Staatl. Bibliothek
Regensburg

Lat. rec. 643 (3

In manibus DEI mei, sortes meæ.

FLORILEGII

ETHICO-POLITICI

nunquam ante hac editi

Pars Tertia:

Procurante

JANO GRUTERO.

Accedunt

GNOMÆ PAROEMIÆQUE GRÆCORUM:

Item

PROVERBIA

GERMANICA, BELGICA,
GALLICA, ITALICA.

FRANCOFURTI,
In Bibliopolio JONÆ RHODII.

Anno cIↃ IↃ c XII.

Fraidsberta
1640.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

ADMODUM

ILLUSTRIBUS AC GENE-

ROSIS DDNN.

DN. JOHANNI PHILIPPO,
DN. HENRICO,

FRATRIBUS GERMANIS,

COMITIBUS ANTIQUIORIS

FAMILIÆ

ORTENBURGICIS, &c.

PATRIÆ BONO NATIS,

S. P.

CUR florentissimæ nominis vestri prærogativæ multiplex istud gēmearum Sententiarū filum insigniam, nemini reddēda est ratio: adeo ultrò cui-

vis paullò humaniori ipſamet patet. Eius quippe adhuc agitis ætatis ver, quod firmari maximè amet liberaliori meliorum diſciplinarum adminiculo. Sed & alioquin ita nati eſtis, ita inſtituti domi foriſq;, ut nihil diu, nihil noctu, aut ore volvatis aut corde cogitetis, quàm vernātes Muſarum Charitumque hortos; è quibus ipſis cùm provenerit hoc quod videtis mellificium; inſignitè fuerim injurius in indolem veſtrā atque induſtriam, ſi cui alteri è primore nobilitate opuſculū hoc conſecraverim. Tantò quidem magis, quod lætos plauſus fauſtaſq; adclamationes dudum vobis propriè deberem. Jam enim non annum, ſed annos ferè, ita ab ore meo publicè pendetis, & quidem quotidiè atque aſſiduò, ut id non tam videamini dare honori admirationiq; Hiſtoriç

Augu-

Auguſtæ, cujus ago interpretem, quàm ut etiã ſugilletis ac traducatis Ordinis veſtri, inferioriſq; diſſolutam imperitamq; juventutem. Ea cùm a parentibus ſuis aut cognatis huc tranſmiſſa ſit, veluti ad mercatum literarium, quei omnigenam ſibi humaniorũ artium uberrimè comparet copiam, omnia alia potius domum refert: jamque eò venit impudentiæ, ut tantùm non ignominioſum ſibi exiſtimet frequẽter videri in Auditoriis Profeſſorum; certè continuò premere publici Athenæi ſubſellia: tanquam nimirum illuſtribus orti natalibus, aut adeò bene nummati, ætatulam ſuam ludicris potius conterere debeant, quàm ſeriis, licentiæ incumbere quàm modeſtiæ, vitiis adſueſcere quàm virtutibus; utque dicam verbulo, cuticulã magis curare quàm

animum. Quantò melius vos, Generosissimi Adolescentum! qui in scholis assidui, nihil ducitis fructuosius glorioſiusve, quàm veluti prosapiæ vetustate, dignitate, famâ, nulli ceditis familiæ per Europam quamvis clarissimæ; ita etiam ceteros omnes longè antecellatis multiplici oris pectorisq; dote. Equidem hos viginti aliquot annos quibus præceptor nobilitati ad Probitatem ac Scientiam, plurimos habui inter Auditores, Barones, Comites, Principes: sed qui cum Ortenburgicis certaret alacritate, adsiduitate, affectu, effectu, habui planè neminem. Quod ipsum profectò spem mihi certam facit, imo fiduciam, nō conservandam tantùm per vos splendidissimę vestræ domus auctoritatem, sed novâ insuper non tralatitiæ maiestatis luce illustrandam. Perseverate solũmodo

modò in ſtadio illo Scientiæ & Prudentiæ, per quod hactenus Bonorũ Doctorumq; omnium favore atq; exſultatione feliciſſimè curritis. Verſate, inquam, nocturnâ diurnâque manu vetera Græcorum Latinorũque monumenta; atque inde uberrimo eruite proventu abſolutam divinarum humanarumq; rerum cognitionẽ; illud, inquam, veſtri Ordinis, quidquid alij contra ſentiant, ornamentum unico magis unicũ. Sanè libros, maximis quibuſq; Regibus Ducibuſq;, cariores fuiſſe prę auro, præ gemmis, præ omnibus; & ſæpe ex me audiſtis, auditiſq; quotidiè ex veſtro Martino Mylio, optimi patris melioris expectationis filio. Quanti fecerit Homeri poëma Alexander ille Magnus, ſatis inde liquet, quod ei dedicaverit ſcrinium Darij regis omnium alioquin pre-

tioſiſſimum. Sed & ante ipſum, merito ſuo æſtimaſſe ſupellectilem librariam, magnum item Regẽ Xerxem, hinc colligamus, quod volumina omnia Athenis invẽta in Perſiam ſuam tranſtulerit. quemadmodum & alio deinde ſæculo ſimilem quoq; mercem ex Atticâ terrâ Italię invexit L. Cornelius Sulla. Certè é theſauris Perſei regis Macedonici, nihil ſuum eſſe voluit ſuorumve liberorum Æmilius Paullus, præter libros. Quàm etiã alia omnia poſthabuerit ſcriptis antiquorum Julianus Imperator, ambitiosè ſatis plus ſemel præſe tulit in epiſtolis etiamnum ſuperſtitibus. Hæc quidem talia, pauci fortè legunt, pauciores admittũt in aures, pauciſſimi imitantur. ſed quid tum? & heîc locum habet illud Senecæ, negantis tam bene agi cum rerũ naturâ, ut optima placeant

ceāt pluribus. Vos tantò magis per-
ſeverate honeſtiſſimū ardorē, gnari
oculis ſuis animiſq; vos indeſinen-
ter obſervare quibꝰ cordi eſt Virtus,
Sapientia, Æternitas; neque id ſo-
lùm, ſed eoſdem jam modò capiti-
bus plectere veſtris nunquam mar-
ceſſibilium frondium coronam, ſe-
riorum videlicet carminum hono-
res, penitoq; è pectore natas gratu-
lationes, aliaq; multa, quibus utriq;
veſtrûm prolixiſſimè optent vove-
antque quæ optima ſunt, quæ ma-
xima: tanquam paullò poſt, conſo-
no totius Orbis ſuffragio, ſalutandi
deprædicandique, nō modò veſtræ
gentis, ſed ævi hujus, optimi pariter
ac maximi. Gētis dum nemini; ſcio
me vobis non ſimplices admovere
ſtimulos, non unimodas ſubijcére
faces: adeo vel egregiæ illæ majorū
veſtrorum animæ domeſticis ſuis

exemplis, non veſtros modò animos, ſatis abundè à ſe quaſi inuſitati ſideris vi lymphatos, ad amorem admirationemque Pulchri cujuſq; ac Boni, ſed vel maximè extraneos ad ulteriora quæque propellant. Facillimum quidem heîc mihi ab octingẽtis retro annis recenſere progenitores veſtros, ſupremæ juriſdictionis principatibus ducatibuſq; per Carinthiam Bavariamque longè lateque potentes: pronum item memorare initas adfinitates eorum cum Regum Imperatorumque faſtigiis: promptiſſimum denique repetere ex Antiquitatis oblivijs famoſiſſima belli paciſque facinora, quibus non ſe ſolùm per univerſam Germaniam, Galliam, Italiam, ſed & Aſiam quoq; reddidere & terribiles pariter & amabiles Ortenburgici, eamque ideo nomini ſuo circumde-

cumdedere famam gloriamq; quã nulla unquam obliteratura eſt Tẽporis vetuſtas: ſed quid? tam grãdia reſpuit præliminaris hujus paginæ filum ſolox: & alioqui ſatis diffusè talia commiſere æternis ingeniorum ſuorum monumentis, maximæ auctoritatis viri, Aventinus, Cuſpinianus, Lazius, Stumpfius, Hundius, Strubecherus, alii. Quare pede meo me menſus, ad vos revertor, fauſtaque ac felicia omina jacio in capita veſtra, precatus Deum optimum maximum; ut qui nunc inuſitato proſequimini amore literas literatoſque; ita & illæ illique deinceps vos inſolenti mactẽt munere; hoc eſt, nullo non genere efferant favoris, præconii, opinionis, admirationis; in tantum quidem, ut cenſeamini non modò Germaniæ veſtræ, ſed Europæ,

pæ, ſed Orbis univerſi, ſemper lucida ſidera : in cuius longum perpetuumque bonum interim creſcite creſcite, o melior Ortenburgicæ proſapiæ ſanguis ; & ſalvete verè animitus,

à ſemper veſtro

JANO GRUTERO.

SERIES OPERIS

I. FLORILEGIUM Ethico-Politicum quatuor mille versibus &c.

II. GNOMÆ Parœmiæque Poëtarum Græcorum.

III. GRUTERI Notæ subsecivæ.

VI. PROVERBIA GERMANICA, collecta à I. L. W.

V. BELGICA, ex Franciſci Goethalſij libello ſelecta.

VI. GALLICA, deſumpta ex Gabrielis Meurerij Opuſculis.

VII. ITALICA, hinc inde ex diverſis libellis excerpta, ad auxit Amicorum benignitas.

pæ, ſed Orbis univerſi, ſemper lucida ſidera : in cuius longum perpetuumque bonum interim creſcite creſcite, o melior Ortenburgicæ proſapiæ ſanguis ; & ſalvete verè animitus,

à ſemper veſtro

JANO GRUTERO.

SERIES OPERIS

I. FLORILEGIUM Ethico-Politicum quatuor mille versibus &c.
II. GNOMÆ Parœmiæque Poëtarum Græcorum.
III. GRUTERI Notæ subsecivæ.
VI. PROVERBIA GERMANICA, collecta à I. L. W.
V. BELGICA, ex Franciſci Goethalſij libello ſelecta.
VI. GALLICA, deſumpta ex Gabrielis Meurerij Opuſculis.
VII. ITALICA, hinc inde ex diverſis libellis excerpta, ad auxit Amicorum benignitas.

SENTENTIARUM ETHICO-POLITICARUM

Pars Tertia.

Nunquam ante hac edita : ſapore tamen antiquitatis penitus imbuta, & parte ſui potiſſimâ ex optimorum quorumcunque auctorum ſcriptis formata aut derivata.

A.

A belluis pauxillulum abſunt barbari.
A carnificina haud differt aula tyrannica.
A filio verus nequit interimi pater.
A fortiore vinci opprobrio vacat.
A fundamento plurimum pendet bono.
A nemine unquam impunè læditur coquus.
A nobili plebejum exſequiæ ſeparant.
A nullo opes exoſculantur quàm malis.
A pauperis conſilio abeſt auctoritas.
A pluribus mali adjuvantur quàm boni.
A rege deſcivere qui deliberant.

A ſemetipſo damnari graviſſimum.
A ſorte opum omnis pendula eſt poſſeſſio.
Ab amantibus quod quiſq; exſpectat, & exhibet.
Ab arte nulla vincitur neceſſitas.
Ab iniquitate vitam Libra vindicat.
Ab ore famæ & amor in aliquo naſcitur.
Abducit à malis magè nos mors quàm à bonis.
Abire noli à virtute ob pecuniam.
Abrumpit amorem amanti contumelia.
Abſcondere, eſt magè dolus quàm victoria.
Abſinthij parum vas mellis inficit.
Abſolvit omnia ſeriùs feſtinatio.
Abſq; ære mutum Apollinis eſt oraculum.
Accedat & dignum patellæ operculum.
Accenditur tyro æmulationibus.
Acceptius nihil Deo eſt modeſtiâ.
Accidere nil bono viro poteſt mali.
Accidere poſſunt quæ acciderunt omnia.
Accipere plus potuiſſe injuriæ loco eſt.
Accipere præſtat quàm referre injuriam.
Acerbius nil uſquam eſt pugnâ conjugum.
Acerrima eſt contemptus accuſatio.
Acre animal canis eſt, utique catenarius.
Actore non probante abſolvitur reus.
Aculeum apis ubi perdit & vitâ excidit.
Ad conſulendum ætas ſenecta perviget.
Ad parva pueri parvi hianti ore obſtupent.
Ad pericula facienda eſſe uſui annulus queat.
Ad præla vappam, quis, niſi vappa, nominet?
Ad pravitatem curritur pronâ viâ.
Ad lacrimas nil feminâ proclivius.
Ad res inhoneſtas, ſis meticuloſiſſimus.

Ad

Ad ſaxum impingere bis idem dementium eſt.
Addiſcitur facillimè omnis pravitas.
Aderit Deus ſeu non voces, ſeu invoces.
Adeſſe ubiq; Deum puta: haud deliqueris.
Adfinitas perit ferè cum filia.
Adferre vim non æquum in corpus liberum.
Adgnatus eſſe quivis vult felicium.
Aditu facilis affabilisq; Rex, placet.
Adjuncta vaſtis viribus ferocia eſt.
Admota flamma urit, remota illuminat.
Adſecla pigris ſemper indigentia eſt.
Adſumpta rurſus uxor, fit ſuperbior.
Adverſa lux iis eſt quæ aguntur cum metu.
Adverſa pariunt gloriam innocentiæ.
Adverſa præſtant quod ſecunda denegant.
Adverſa virtus hoſti etiam colitur ſuo.
Adverſitas frequens parit patientiam.
Adulter animo, adulter eſt & corpore.
Adulterium haud minus viri eſt quàm femine.
Adulterij præludium ſcortatio eſt.
Adulterina heu quid non poſſunt literæ.
Adultero heu quàm lacera conſcientia eſt.
Ægrè auferas lato oculos à ſpectaculo.
Ægrè nimis ſervi ferunt injurias.
Ægrè tegas inſcitiam inter pocula.
Ægreſcit animi invalido feſſus corpore.
Æqualitate nil in orbe pulcrius.
Æquanimiter ſuſcepta ferenda ſervitus.
Æquare res oratio ſummas nequit.
Æquat Deis homines poteſtas regia.
Æquè benignum ſe exhibet cunctis Deus.
Æquè bonos arrodit Momus ac malos.

Æquè feras votis opem quàm corpore.
Æquè malo sunt cornua cervis quàm bono.
Æquissimum est sentire hominem idem quod Deós.
Ærarium è lacrimis coactum, in se ruit.
Æsopicus est mortalis omnis graeculus.
Ætas patet fallaciæ immaturior.
Ætas tenera omne refugit simile sordido.
Affectio quod dictat phaleras respuit.
Affectionis est ministra epistola.
Affectibus quoque subjacet sapientia.
Affectus omnis vilis est apud improbos.
Afflictione pejor est felicitatis.
Affundat oleum oportet cui lucerna opus.
Agrum colentes & viri sunt optimi.
Ah nulla lethi est aut magno aut parvo fuga.
Ahena turris omnibus silentium est.
Alacris voluntas & vicem facti obtinet.
Alacritas animi excitet vel mortuos.
Alia viri sunt, alia officia femina.
Aliena curans, utiq; curat & sua.
Aliena curat justus, non curat sua.
Aliena damna danista lucrum facit suum.
Aliena multi carmina edunt pro suis.
Aliena quærens sæpe privatur suis.
Aliena quæ sunt si quæras, tua invenis.
Alienigenis bene parto nemo cesserit.
Alimenta tanquam medicamenta sumito.
Aliquando ladit fuga hominem discriminis.
Aliquando mors pœnarum vel levissima est.
Aliquando plena laudis exprobratio est.
Aliquando pro facundia silentium est.
Aliquando servat castra, castra qui fugit.

Aliquando vinci tam pulcrum est quàm vincere.
Aliquem facilius evehas quàm deprimas.
Aliquid novi semper progignit Africa.
Aliquid novi profert quotannis Africa.
Alia ingenua est, alia est servilis indoles.
Aliàs homo est se melior, aliàs peior est.
Alios juvare non potes quin te juves.
Alios sibi præferri iniquè omnes ferunt.
Alijs facit malè ira, at maximè sibi.
Alijs severi sunt sibi indulgentissimi.
Aliud amicitia, aliud conjuratio est.
Aliud fori jus, aliud est triclinij.
Aliquando laus non hominis est, sed temporum.
Aliquando vinci aquè est honestum ac vincere.
Aliter inimici aliter amici judicant.
Aliter migramus corde, aliterq; corpore.
Aliter privatum violes, aliter Principem.
Aliud beneficium est, aliud fœneratio est.
Aliud medicina, aliud est incantatio.
Aliud simulat, aliud agit dolus malus.
Aliud temeritas, aliud est fiducia.
Alter carere alterius haud potest ope.
Amabilitati cum pudore haud convenit.
Amara cuncta sunt febricitantibus.
Amare qui nescit rei nulli est utilis.
Amata res viduat amantem lumine.
Amantis anima in corpore haud vivit suo.
Amantis anima utroq; cæca lumine est.
Ambitio cunctis major est affectibus.
Amici anima una bina inhabitat corpora.
Amica nox sceleribus, lux virtutibus.
Amicitia ævi hujus, negotiatio est.

Amicitia esse non potest quàm inter bonos.
Amicitia unum de duobus perficit.
Amicitia domi parandæ, non foris.
Amicitia ferè initium laudatio est.
Amicitiam haud præcidas, verùm dissuas.
Amicitiam retinet fides ac veritas.
Amicitias dissimilitudo separat.
Amicitias vtilitas haud conglutinat.
Amici etiam memoria homini suavissima est.
Amici oriri nulla satietas queat.
Amicum aliquem mihi quàm propinquum mavelim.
Amicus fidus portus est solatij.
Amicus omni ætati adæquè est vtilis.
Amittere in pugna signum, ultimum est nefas.
Amor facit parentem, haud procreatio.
Amor vetus revirescit epistolis novis.
An aliud est est Rex quàm minister publicus.
An esse longas Regibus nescis manus?
An quæ est Dea Ambitione pestilentior.
An veritatis arctius quid est via?
Animæ calamitas corpus est primaria.
Animæ caro unius diei penula est.
Animæ pusillæ est ad maledicta deijci.
Animæ pusillæ est insolescere laudibus.
Animæredit libertas morte corporis.
Animæ sepulcrum degeneris corpus putre.
Anima impiorum usq; usq; pallet ac tremit.
Anima volente corpus destruitur probi.
Animi intuenda forma: mente animum æstima.
Animi medicina melior est Sapientia.
Animi pusilli est, non magni iracundia.
Animi stupet qui gloriatur in malo.

Animis etiam fiunt, ſtudiis qui ſunt pares.
Animum Deus non dona dantis adſpicit.
Animoſior eſt Senectus adoleſcentia.
Anni ſenem non faciunt; mens ſenem facit.
Anni ſenem non faciunt, ſed prudentia.
Annum bonum poteſtas non fructum facit.
Annus prior, ſemper præſenti anno eſt prior.
Annus ſono totus nullo convertitur.
Ante eligas amicum, deinde diligas.
Ante rationem eſt in bello neceſſitas.
Anteambulo ruinæ eſt inſolentia.
Anteambulo ſubmiſſionis gloria eſt.
Antiqua multa, at nil Deo eſt antiquius.
Antiquitati impunè mentiri licet.
Antiquus privato habendum publicum.
Antiſtites quisquis colit, Deum colit.
Antiſtites quisquis violat, violat Deum.
Apex ſenectæ ſummus eſt auctoritas.
Apud Deum hilaritas obtinetur lacrimis.
Apud Deum nil ſupplicante tutius.
Apud improbum pro auxilijs exitium invenis.
Aquæ ſacræ non omnium uſibus patent.
Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives.
Aranearum telis leges compares.
Arbos anus tranſlata mox exſtinguitur.
Arcana habemus quia non fidimus omnibus.
Arcana non ſunt cuncti amici ſi ſumus.
Arcanus eſt ſermo quem ſcit modò unicus.
Arctiſſimum mœſtitia cordis vinculum eſt.
Arcus retenſus cum voles erit utilis.
Ars nulla ſeſe impendit ſingularibus.

Ars nusquam ulla est quæ alteri non serviat.
Artes labore compares atq; indole.
Artes sorores sunt profecto sensuum.
Assecla vanorum hominum es Invidentia.
Asiaticorum ingenijs nil inanius.
Assiduitas præsentiæ fastidio est.
Asini caput carè nimis nitro laves.
Aspectu etiam ipso consummantur prælia.
Athleta fatiscit illicò robustus nimis.
Avaritiæ divina etiam sunt quæstui.
Avarus & desiderat quod nusquam est.
Avarus est latro & fur, imò his peior est.
Avarities minus est violens libidine.
Auctor Deus culpæ cujusq; honestior.
Auctor violati fœderis scelus expiat.
Auctoritas auri ministrâ est à manu.
Auctoritatem immodicus destruit favor.
Auctoritatem, non auctorem respice.
Auctoritatem perdit omnem debitor.
Auctoritatis plurimùm in voce est patris.
Audaciam omnem accendit desperatio.
Audentibus nil usquam inexpugnabile est.
Audere, pars potissima est victoriæ.
Audire minus periculosum est quàm loqui.
Audire nunquam veritatem, regium est.
Audire præstat malè, patrare quàm malum.
Audit Deus videtq;, quamvis sit procul.
Audita mentem de statu illicò trahunt.
Auser lucernam, erit eadem omnis femina.
Auser voluptatem, omne honestum exstinxeris.
Auferre non est regium, sed addere.
Auferre solam bella doctrinam haud queunt.

Aufers coronam si aufers adversarios.
Auferto testem, & nulla opum est felicitas.
Avidissimi parens odij æmulatio est.
Aures rudeis ad male audiendum sunt probis.
Aures statim damus monentibus malè.
Auri fames nil sequitur quàm præsens lucrum.
Aurum decet mulieres, horror milites.
Aurum haud minus viros quàm ferrum vulnerat.
Aurum ignis, animum mortalis vinum indicat.
Aurum orbis omne longè virtus anteit.
Aurum tyrannis orbi clancularia est.
Auro careret si orbis, orbis haud foret.
Auro loquente quævis muta oratio est.
Auspicia rerum semper sunt acerrima.
Aut nullus, aut concursus rarus montium est.
Aut pro salute est omne bellum, aut pro fide.
Aut regem oportet nasci quem, vel fatuum.
Aut vincere, aut mori pugnando, fortium est.

B.

BAlbutit & magister cum tyrunculis.
Beatitati cura semper adsecla est.
Beatus esse sine virtute non potes.
Bellare contra vim naturæ amentia est.
Bellare qui vult caussas è facili invenit.
Bellum cave felix, miser bellum rape.
Bellum domesticum omne pejus extero.
Bellum exterum seditio excit domestica.
Bellum geras potius consilio quàm manu.
Bellum gerendum nemini cum mortuis.
Belli incentivum Principis est ignavia.

Bellum loquendi libertatem deſtruit.
Bellum omnium rerum parens certiſſimus.
Bellum pium præſtantius pace impia eſt.
Bellum prius conſilio quàm viris geras.
Bene anchoris navem duabus fulcias.
Bene conjugatur Mars Veneri, Marti Venus.
Bene dormit qui neſcit quàm male dormit.
Bene eum ſequuntur omnes, qui ducit bene.
Benefac bonus, fieri ſi quæris multiplex.
Beneficia nulla ipſam naturam verterint.
Beneficia qui probis dat: non dat, accipit.
Beneficijs gratum vel minimis obliges.
Beneficijs ſuperare quosvis Regium eſt.
Beneficijs teneas, quos non tenes metu.
Beneficium & gratia vincla ſunt concordiæ.
Beneficium petere ab inimico quis velit?
Beneficium perſæpe confert qui exigit.
Beneficus in nos non eſt, qui ſcelere abſtinet.
Benevolum habere vis Deum uſque? eſto pius.
Benignus uſquequaque princeps eſt bonus.
Bilibra Amorum æqualitatis indiga eſt.
Bina erigit trophæa nullum qui erigit.
Bis vindicat qui cùm poteſt non vindicat.
Bona conſcientia in bello plurimum valet.
Bona omnia in cultu animi vir ponit bonus.
Boni maliq; quædam ubiq; mixtio eſt.
Bonum hoc habet quoque vir probus, nulli invidet.
Bonum omne vel Deus ipſe eſt, aut eſt ex Deo.
Bonis honos ſemper debetur à bonis.
Bonus pati mavult, mereri quàm crucem.
Bonus ſequitur bonum exemplar, malus malum.

Bovem caveto fœnum in cornu qui gerit.
Bruta omnium urget prima peſtilentia.

C.

CAduceator bellum verbis inchoat.
Cælebs oportet is ſit qui non litigat.
Cælo ſereno tempeſtati proſpice.
Calumniæ germana eſt Aſſentatio.
Calumniator fure quovis tetrior.
Calumniator neminem inceſſit palàm.
Cantharidis ala ſolùm proſunt ac pedes.
Capiti corona, forma lena feminæ eſt.
Capitis dolorem haud regia aufert faſcia.
Captes bonorum gratiam, non omnium.
Captivus an quis vulnerum novit decus?
Caſſandræ quia non creditum, ruit Ilium.
Caſtiga amicum clam, ſed prædica palam.
Cave manum dimittas ſterilem pauperis.
Cave voluptam à ſanitate ſepares.
Caveas potius injuriam quàm vindices.
Cauſſæ bonæ brevis ſat eſt oratio.
Cauſſæ bonæ vel verba tria ſuffecerint.
Cauſſam gravat ſupplicium ingrati qui levat.
Cauſam malorum plurium eſt factus pudor.
Cauſſas alienæ quis reddat ſententiæ?
Cauſſas reorum lentè prætor audiat.
Cautè futuris ſemper proſpicit metus.
Centum catenis illigantur divites.
Centum oculos dominus poſſidet, ſervus duos.
Cepit ferum victorem capta Græcia.
Certaminis minimè auctor eſt æqualitas.

Certare

Bellum loquendi libertatem deſtruit.
Bellum omnium rerum parens certiſſimus.
Bellum pium præſtantius pace impia eſt.
Bellum prius conſilio quàm viris geras.
Bene anchoris navem duabus fulcias.
Bene conjugatur Mars Veneri, Marti Venus.
Bene dormit qui neſcit quàm male dormit.
Bene eum ſequuntur omnes, qui ducit bene.
Benefac bonus, fieri ſi quæris multiplex.
Beneficia nulla ipſam naturam verterint.
Beneficia qui probis dat: non dat, accipit.
Beneficijs gratum vel minimis obliges.
Beneficijs ſuperare quosvis Regium eſt.
Beneficijs teneas, quos non tenes metu.
Beneficium & gratia vincla ſunt concordiæ.
Beneficium petere ab inimico quis velit?
Beneficium perſæpe confert qui exigit.
Beneficus in nos non eſt, qui ſcelere abſtinet.
Benevolum habere vis Deum uſque? eſto pius.
Benignus uſquequaque princeps eſt bonus.
Bilibra Amorum æqualitatis indiga eſt.
Bina erigit trophæa nullum qui erigit.
Bis vindicat qui cùm poteſt non vindicat.
Bona conſcientia in bello plurimum valet.
Bona omnia in cultu animi vir ponit bonus.
Boni maliq; quædam ubiq; mixtio eſt.
Bonum hoc habet quoque vir probus, nulli invidet.
Bonum omne vel Deus ipſe eſt, aut eſt ex Deo.
Bonis honos ſemper debetur à bonis.
Bonus pati mavult, mereri quàm crucem.
Bonus ſequitur bonum exemplar, malus malum.

Bovem caveto fœnum in cornu qui gerit.
Bruta omnium urget prima peſtilentia.

C.

CAduceator bellum verbis inchoat.
Cælebs oportet is ſit qui non litigat.
Cælo ſereno tempeſtati proſpice.
Calumniæ germana eſt Aſſentatio.
Calumniator fure quovis tetrior.
Calumniator neminem inceſſit palàm.
Cantharidis alæ ſolùm proſunt ac pedes.
Capiti corona, forma lena feminæ eſt.
Capitis dolorem haud regia aufert faſcia.
Captes bonorum gratiam, non omnium.
Captivus an quis vulnerum novit decus?
Caſſandræ quia non creditum, ruit Ilium.
Caſtiga amicum clam, ſed prædica palam.
Cave manum dimittas ſterilem pauperis.
Cave voluptam à ſanitate ſepares.
Caveas potius injuriam quàm vindices.
Cauſſæ bonæ brevis ſat eſt oratio.
Cauſſæ bonæ vel verba tria ſuffecerint.
Cauſſam gravat ſupplicium ingrati qui levat.
Cauſam malorum plurium eſt factus pudor.
Cauſſas aliena quis reddat ſententia?
Cauſſas reorum lentè prætor audiat.
Cautè futuris ſemper proſpicit metus.
Centum catenis illigantur divites.
Centum oculos dominus poſſidet, ſervus duos.
Cepit ferum victorem capta Græcia.
Certaminis minimè auctor eſt æqualitas.

Certare

Certare noli in eos imitari quos nequis.
Certare præses non potes certantium.
Certè tyrannus esse fortis non potest.
Certum ad diem non respondet fœcunditas.
Certum pete voto finem: avarus usq; eget.
Cerussa toxicorum frigidissimum est.
Cessatione pueris nihil optatius.
Charontis unda enaviganda est omnibus.
Chori imputes errata præceptoribus.
Cibus nimius somnusq; hebetat impuberes.
Circa puteum haud saltatur absque periculo.
Civilis uniq; virtus prior est bellica.
Civis boni est pro patria ultro occumbere.
Civi bono dulce est mori ante patriam.
Clades amaris nunquam est absque moribus.
Cladem Ducis sæpe infert una insciti a.
Clades metusq; obnoxia valde sunt dolis.
Clamosa semper & querula impatientia est.
Clam perpetramus quæ exsecramur publicè.
Clarissimi quiq; ultrò patriâ exsulant.
Claros foris domestica labes destruit.
Claudi obsidio miserabile maximè omnium est.
Clavum tenere rectum haud est cujuslibet.
Cloaca quo commota plus, plus fœtida est.
Coacta non durant: durant spontanea.
Coërceas vulgi furorem, non domes.
Cognatio omnium inter se est mortalium.
Cognitio facilis inter patrem ac filium est.
Cognomen esse Justi quis rex vult sibi?
Cognosce caussam, dein roga sententias.
Cognoscere seipsum, est temperanter vivere.
Collyrio uno oculi haud curantur omnium.

Coluber fugit cervum, leonem interficit.
Commune ibi esse non potest ubi proprium est.
Commune id omne est quo indigemus maximè.
Commune quid cani obscœno est cum balneo?
Communia multa, at est spes communissima.
Communis utilitas, sit utilitas tua.
Compendium est belli interceptio Ducis.
Concordia haud ulla extra continentiam est.
Conflata in unam è multis vulgus bellua est.
Confusio Legum omnium in tyrannide est.
Conjuncta morbo pauperies gravissima est.
Consilia adulatorum semper pessima.
Consilia magna non tegit vultus benè.
Consilium etiam sequare vel vilissimi.
Constantia ulla haud est ubi perturbatio est.
Consules fiunt quotannis & novi proconsules.
Contactibus quoq; polluimur nocentium.
Contemne mortem, & magnam habebis gloriam.
Contemnere omnes, culmen arrogantiæ est.
Contenta plebs suis agrestis fructibus.
Contentionum mater es Superbia.
Contra Deos pugnare, non mortalium est.
Contra hostem inimico nec jurato creditur.
Contra manus valde anceps pugna tergorum est.
Contra officium est non reddere quod acceperis.
Contra senectam ac morbum forma nil valet.
Contraria facere quàm doces turpissimum est.
Contra stimulum nemo nisi stultus calcitrat.
Contrariorum remedia etiam contraria.
Convincitur furti cum re qui prehenditur.
Cordis fenestras non sinit clausas merum.
Cordi bonorum semper est Deo salus.

Corin-

Corinthium æs non arte, casu nobile est.
Corpus cibis, animus sermone pascitur.
Corrigere mavult, abdicare quam pater.
Corroboratur & morâ calumnia.
Credas tibi, laus sæpe aliena fallitur.
Credunt ferè libenter homines quod volunt.
Crescit fames edente coràm te altero.
Crudelitas grandi adsita est potentiæ.
Crudelius timere mortem, quàm mori.
Cubilis, haud convivij silentium est.
Cui dona cordi cuiq; sunt, non diligit.
Cui non adest voluptas, pulcrum esse id nequit.
Cui non fides sit utilitate antiquior?
Cui non gravis laudantis est oratio?
Cui non homini sua anima dilectissima est?
Cuinam ex animalibus vitio paupertas datur?
Cui paupera arca est, dives conscientia est.
Cui tempus adversum est, ei adversa omnia.
Culpæ fuga ducit in vitium, arte si caret.
Culpare quàm æmulari quid proclivius.
Cultura agri nil libero homine dignius.
Cultus Dei merces sui est opimior.
Cultus Deo vel summus misericordia est.
Cùm comparas tibi oleum, & compares salem.
Cum detrimento lucta plurima est Moræ.
Cùm facta videam, verba quid quæso audiam.
Cùm feceris bene, malè audire regium est.
Cum mortuo bellum haud geras: turpissimum est.
Cum rem animus occupavit, verba ultrò ambiunt.
Cum sis homo & ad humana semper te para.
Cum vera possis, falsa noli dicere.
Cuncta ad manum sunt queis eget mortalitas.

Cuncta eripi queunt, at haud scientia.
Cuncta ex Deo: certè à Deo victoria est.
Cuncta exolescunt longâ consuetudine.
Cuncta occidunt, sed Gloria omnium ultima.
Cunctis placere tractans ardua haud potes.
Cunctis sua est rebus juventus florida.
Cur ad bibendum, haud ad edendum cogimur?
Cur circumagatur vulgi Dux rumoribus?
Cur militi enses sunt dati? ne serviat.
Cur somno inerti deseras patriæ decus?
Curæ aptior cuivis rogatus quàm rogans.
Curas edaces liberi flos dissipat.
Curare res incertas haud sapientiæ est.
Curanda vel quamvis invita insania est.
Curantibus res arduas nil arduum est.
Curiositatis filia maledicentia est.
Currum gubernat non robur, sed Fors hera.
Custos malus diuturnitatis est metus.
Cycnis canendum est, cùm tacebunt gracculi.

D.

Damnat prius reum tyrannus quam audiat.
Damnatus à tyranno es ante quam reus.
Damnosa nimia urbi omnis est contentio.
Damnosa res homini si est nimius pudor.
Damnosa sunt in bello ingenia fervida.
Damnosius nil est jacturâ temporis.
Damnosus & sibi est, damnosus alteri.
Damnum ejus esse debet cujus præmium est.
Dare Principi consilium factu est arduum.
Dat prima multos bello eademq; auferx dies.

De

De lege reddi ratio quavis non potest.
De mystagogo mysta queinam judicet?
De nemine unquam vivo desperaveris.
De scelere etiam minore, haud uni creditur.
De tempore ætas omnis conquesta est suo.
De Trinitate credas, non & differas.
Debet minus naturæ aurum, quam industriæ.
Deber vereri quisque seipsum maximè.
Decerpe dum sunt flores, sponte decident.
Decimationi & subjacet fortissimus.
Decus alterius sibi clam adscribit improbus.
Dedecoris haud est ostracismus; gloriæ est.
Defendit omne quod cogit necessitas.
Deforme corpus fit pulcrum facundiâ.
Deformis uxor nulla conjugi est suo.
Deliberatio nulla rerum turpium est.
Delicta rectè condones virtutibus.
Delicta sæpe connivendo corrigas.
Delphinum aquilamq; è facili deprendit Deus.
Ditescere, hominum virtus una, imo unica est.
Demens dolorem ridet infelicium.
Demens superbis invidet felicibus.
Denunties prius bellum, debinc geras.
Desidia quasvis artes nostra perdidit.
Desciisse jam videtur qui deliberat.
Desideranti pauca, multa haud excidunt.
Desiderium desiderio restinguitur.
Deus bonorum exemplar unicum omnium est.
Deum diligere, prorsus est donum Dei.
Deo est similior, cui quàm minimis est opus.
Deo propinqua est anima morbis obsita.
Deo una purum opima pectus victima est.

Dijs carus eſt aurum quicunq; poſſidet.
Dextras duas, nullam ſiniſtram Rex habet.
Dici beatus ante obitum nemo poteſt.
Dici nequit fidelis, infidus ſuis.
Dici nequit velle is, metu qui cogitur.
Dici ſapiens Deum ſi ignoras non potes.
Dicto audientem oportet eſſe potentibus.
Dictum malum aut bonum ſit tempore & loco.
Dies ſequentes teſtes ſapientiſſimi.
Difficile cœptum ſedari bellum poteſt.
Difficile eundem inducere calceum omnibus.
Difficile nimium effugere naturam ſuam eſt.
Difficile valde eſt vincere conſuetudinem.
Digitus aliquando mille, aliquando unum notat.
Digna eligenda ſaltem arbor ſuſpendio eſt.
Dignationi & barbaris legatio eſt.
Dignos ſuâ fraudare laude eſt improbum.
Dignus quibus quiſq; eſt ea nemini neges.
Dignum duce abſtinentem habere dexteram.
Dignum fide omne quei ducas inſomnium?
Dignum triumpho militem bellum indicat.
Dilata pœna, bis nocet innocentiæ.
Dimittitur nulli ſponte id quod optimum eſt.
Diſparia ſtudia ſequuntur mores diſpares.
Diſpendium vitæ eſt famelico pudor.
Diſtringit haud diſſolvit fraus perjurium.
Diu latere flamma ſurgens non poteſt.
Diverſa ſunt legum armorumq; tempora.
Diverſius nil moribus eſt mortalium.
Dives poteſtas publicam rem pauperat.
Diurna pulcræ vix rei oblectatio eſt.
Diuturna ſunt quæ fiunt à volentibus.

Docere factis plus queas quam vocibus.
Docere gestit id quod nescit vanitas.
Docet ruina præcedentum posteros.
Docto labori dulce præfertur lucrum.
Doctrina bello, pace doctrina utilis.
Doctrina egere non putant se divites.
Dolor fere omnis effluit per lacrimas.
Dolus malus simulatio ac dissimulatio est.
Domini imperare est, servorum imperio obsequi.
Domino domus est ornanda, non dominus domo.
Domino nihil non in servum licet suum.
Domi leones, sunt foris vulpeculæ.
Dominum esse, non servum decet pecuniæ.
Domum ô beatam ubi uxor sentit cum viro!
Donare conjunx conjugi nihil potest.
Dormire fas pastori, si vigilat canis.
Dormit quietè qui quod perdat nil habet.
Dotatus ecquis omnibus virtutibus?
Ducem bonum nulla efferat victoria.
Duces suos reverentur Spartanæ, haud timent.
Dulce est quidem, sed & est inglorium ocium.
Dulcissimum est laudare eum quem diligis.
Dum sanus es morborum ne obliviscere.
Duos Lysandros una Græcia haud ferat.
Durabile haud est requie alterna quod caret.
Durant diu mores, exempla diutius.
Durare fructus nesciunt mendacij.
Durat, futura cogitans, felicitas.
Durissimum omne quod invitis imperas.
Dux provocatus non pugnat, nisi cùm utile est.
Dux unus esto exercitus: plures nocent.

E tardo

E

E tardo asello quando natus est equus?
Echidna quædam fœnebris pecunia est.
E ventre morborum omne nascitur genus.
E vilibus vilis paratur gloria.
E vultu heri sibi servus vultum comparet.
Ecquid dignũ laude magnâ absq; usu fas est consequi?
Ecquando Sol invidit unquam vesperæ?
Ecquis bibat cùm jam obsidet fauces aqua?
Ecquis loquentem extra scenam mimum ferat?
Egena nummis civitas vilissima est.
Egregia forma diu latere non potest.
Eia æmulere, verùm absque invidentia.
Enervat & viros amictus mollior.
Epistolaris lex est negligentia.
Equis tenellos vetulis anteponimus.
Errata aliorum sapiens ducit pro suis.
Erroris ecqua mater est? inscitia.
Esse incipit crimen licitum quod publicum est.
Est caca item, ceu luctus, iracundia.
Est casta de qua fama mentiri timet.
Est castitatis maximus rector pudor.
Est delicatis morte carcer durior.
Est ditior quodammodo à quo poscitur.
Est forma morbi ac temporis ludibrium.
Est feminarum haurire vinum amystide.
Est & fideli tuta merx silentio.
Est fortitudo aliud, aliud ferocia est.
Est gratia omnis exors pœnitentiæ.
Est igne nullum condimentum suavius.
Est ignominia antrambulo protervia.

Est ira sola justa quæ iræ iraſcitur.
Est libera in meri saliva veritas.
Est lingua cunctis armis telum promptius.
Est maximus morborum morbus Pravitas.
Est mutua inter famulum herumq; servitus.
Est omne mancum sine sermone gaudium.
Est omnium princeps virtutum caritas.
Est omnium servus qui servit gloriæ.
Est pejor animi morbus morbo corporis.
Est principatus proprium commiseratio.
Est stantium haud fugientium victoria.
Est turpitudo vel malorum maximum.
Est veritas curanda non opinio.
Est universi vinculum eloquentia.
Esto misericors, sed tantùm adversus bonos.
Et orbem habet suum civilis ambitus.
Et barba regis Persici merè aurea est.
Et calce mulam referit ictus Ctesiphon.
Et cariores sunt qui similes filij.
Et causa multis est insaniæ dolor.
Et cedo invidiæ, dummodo absolvar cinis.
Et commodus sibi est, aliis qui commodo est.
Et cordis auris, cordis vocem intelligit.
Et debito omni est adsitum mendacium.
Et desiderium prodit imbecillitas.
Et dignitati mores adstruunt fidem.
Et disjicit prudentiam omnem ignavia.
Et dura saxa stillulæ cavant aquæ.
Et eloqu[illegible]iam illustrat accusatio.
Et [illegible]ultí quærunt misericordiam.
[illegible]um nodum explicet Prudentia.
[illegible]ostium & Deorum iras places prece.

Et hydra ſecto firmior ſit corpore.
Et judicem corrumpit eloquentia.
Et juramenta ridet, quiridet Deos.
Et lacte Divis gentes multæ ſupplicant.
Et menſe partus undecimo excludi poteſt.
Et morbus aliquis per ſapientiam mori eſt.
Et mortuos daniſta tenet pro pignore.
Et multi vitam mortis titulo conſecrant.
Et mutuis auxiliis conſtant omnia.
Et numinis famâ quid eſt in publicâ.
Et ora inimicis ipſa claudit veritas.
Et parricida eſt qui haud adeſt fratri reo.
Et perforata lingua cuivis garrulo eſt.
Et pœnitenti adſinis ejulatio eſt.
Et pulcritudini adſecla inſolentia eſt.
Et ſani amantium æſtuamus febribus.
Et ſcruta laudat qui facit ſcrutariam.
Et temporis breviſſimi eſt occaſio.
Et tollitur bonum, malum ſi tollitur.
Et univerſis providet rebus Deus.
Etiam abſque honore ſufficit virtus ſibi.
Etiam abſque lege jus colunt ac fas pij.
Etiam ad ſalutem pharmacum eſt afflictio.
Etiam adhibendus eſt honoribus modus.
Etiam annulos habemus, mortis gratiâ.
Etiam antequam concepit fœnus parturit.
Etiam chlamis contorta clypeat brachium.
Etiam cibos hyemi ipſa animalia præparant.
Etiam cupiditas tanquam factum plectitur.
Etiam decorum luctus obtinet ſuum.
Etiam dies mederier ſtultis ſolet.
Etiam digitulis duobus elidas alicui gulam.

Est ira sola justa quæ iræ iraſcitur.
Est libera in meri saliva veritas.
Est lingua cunctis armis telum promptius.
Est maximus morborum morbus Pravitas.
Est mutua inter famulum herumq; servitus.
Est omne mancum sine sermone gaudium.
Est omnium princeps virtutum caritas.
Est omnium servus qui servit gloriæ.
Est pejor animi morbus morbo corporis.
Est principatus propriùm commiseratio.
Est stantium haud fugientium victoria.
Est turpitudo vel malorum maximum.
Est veritas curanda non opinio.
Est universi vinculum eloquentia.
Esto misericors, sed tantùm adversus bonos.
Et orbem habet suum civilis ambitus.
Et barba regis Persici merè aurea est.
Et calce mulam referit ictus Ctesiphon.
Et cariores sunt qui similes filij.
Et causa multis est insaniæ dolor.
Et cedo invidiæ, dummodo absolvar cinis.
Et commodus sibi est, aliis qui commodo est.
Et cordis auris, cordis vocem intelligit.
Et debito omni est adsitum mendacium.
Et desiderium prodit imbecillitas.
Et dignitati mores adstruunt fidem.
Et disjicit prudentiam omnem ignavia.
Et dura saxa stillulæ cavant aquæ.
Et eloquentiam illustrat accusatio.
Et fraude multi quærunt misericordiam.
Et Gordium nodum explicet Prudentia.
Et hostium & Deorum iras places preces.

Et hydra ſecto firmior ſit corpore.
Et judicem corrumpit eloquentia.
Et juramenta ridet, quiridet Deos.
Et lacte Divis gentes multæ ſupplicant.
Et menſe partus undecimo excludi poteſt.
Et morbus aliquis per ſapientiam mori eſt.
Et mortuos daniſta tenet pro pignore.
Et multi vitam mortis titulo conſecrant.
Et mutuis auxiliis conſtant omnia.
Et numinis famâ quid eſt in publicâ.
Et ora inimicis ipſa claudit veritas.
Et parricida eſt qui haud adeſt fratri reo.
Et perforata lingua cuivis garrulo eſt.
Et pœnitenti adſinis ejulatio eſt.
Et pulcritudini adſecla inſolentia eſt.
Et ſani amantium æſtuamus febribus.
Et ſcruta laudat qui facit ſcrutariam.
Et temporis breviſſimi eſt occaſio.
Et tollitur bonum, malum ſi tollitur.
Et univerſis providet rebus Deus.
Etiam abſque honore ſufficit virtus ſibi.
Etiam abſque lege jus colunt ac fas pij.
Etiam ad ſalutem pharmacum eſt afflictio.
Etiam adhibendus eſt honoribus modus.
Etiam annulos habemus, mortis gratiâ.
Etiam antequam concepit fœnus parturit.
Etiam chlamis contorta clypeat brachium.
Etiam cibos hyemi ipſa animalia præparant.
Etiam cupiditas tanquam factum plectitur.
Etiam decorum luctus obtinet ſuum.
Etiam dies mederier ſtultis ſolet.
Etiam digitulis duobus elidas alicui gulam.

Est ira sola justa quæ iræ irascitur.
Est libera in meri saliva veritas.
Est lingua cunctis armis telum promptius.
Est maximus morborum morbus Pravitas.
Est mutua inter famulum herumq; servitus.
Est omne mancum sine sermone gaudium.
Est omnium princeps virtutum caritas.
Est omnium servus qui servit gloriæ.
Est pejor animi morbus morbo corporis.
Est principatus proprium commiseratio.
Est stantium haud fugientium victoria.
Est turpitudo vel malorum maximum.
Est veritas curanda non opinio.
Est universi vinculum eloquentia.
Esto misericors, sed tantùm adversus bonos.
Et orbem habet suum civilis ambitus.
Et barba regis Persici merè aurea est.
Et calce mulam referit ictus Ctesiphon.
Et cariores sunt qui similes filij.
Et causa multis est insaniæ dolor.
Et cedo invidiæ, dummodo absolvar cinis.
Et commodus sibi est, aliis qui commodo est.
Et cordis auris, cordis vocem intelligit.
Et debito omni est adsitum mendacium.
Et desiderium prodit imbecillitas.
Et dignitati mores adstruunt fidem.
Et disjicit prudentiam omnem ignavia.
Et dura saxa stillula cavant aquæ.
Et eloquentiam illustrat accusatio.
Et fraude multi quærunt misericordiam.
Et Gordium nodum explicet Prudentia.
Et hostium & Deorum iras places prece.

Et hydra ſecto firmior ſit corpore.
Et judicem corrumpit eloquentia.
Et juramenta ridet, qui ridet Deos.
Et lacte Divis gentes multæ ſupplicant.
Et menſe partus undecimo excludi poteſt.
Et morbus aliquis per ſapientiam mori eſt.
Et mortuos daniſta tenet pro pignore.
Et multi vitam mortis titulo conſecrant.
Et mutuis auxiliis conſtant omnia.
Et numinis famâ quid eſt in publicâ.
Et ora inimicis ipſa claudit veritas.
Et parricida eſt qui haud adeſt fratri reo.
Et perforata lingua cuivis garrulo eſt.
Et pœnitenti adſinis ejulatio eſt.
Et pulcritudini adſecla inſolentia eſt.
Et ſani amantium æſtuamus febribus.
Et ſcruta laudat qui facit ſcrutariam.
Et temporis breviſſimi eſt occaſio.
Et tollitur bonum, malum ſi tollitur.
Et univerſis providet rebus Deus.
Etiam abſque honore ſufficit virtus ſibi.
Etiam abſque lege jus colunt ac fas pij.
Etiam ad ſalutem pharmacum eſt afflictio.
Etiam adhibendus eſt honoribus modus.
Etiam annulos habemus, mortis gratiâ.
Etiam antequam concepit fœnus parturit.
Etiam chlamis contorta clypeat brachium.
Etiam cibos hyemi ipſa animalia præparant.
Etiam cupiditas tanquam factum plectitur.
Etiam decorum luctus obtinet ſuum.
Etiam dies mederier ſtultis ſolet.
Etiam digitulis duobus elidas alicui gulam.

Etiam emere vitam possumus pecuniâ.
Etiam est homicida homicida qui subit domum.
Etiam est homicida qui puellum interficit.
Etiam hoc malum est opum, creant amentiam.
Etiam expetunt beneficia minima gratias.
Etiam Herculi oblectando prosunt Cercopes.
Etiam ictibus ferrum crebris retunditur.
Etiam ignominia vena causâ solvitur.
Etiam in ratione carentibus prudentia est.
Etiam invenire equum inter Thessalos pigrum est.
Etiam invenire est laureolam in mustaceis.
Etiam latrones vestis terret regia.
Etiam leoni in supplices clementia est.
Etiam medicus occultè ægros curat suos.
Etiam otium animi generat ægritudines.
Etiam probant bonum, qui non faciunt bonum.
Etiam probitatem in hoste quovis diligas.
Etiam proborum suavis iracundia est.
Etiam pudori est vulgo vocum obscenitas.
Etiam pudorem expugnat heu necessitas.
Etiam quibusdam abest mens eloquentibus.
Etiam relinque aliquid supervenientibus.
Etiam reportes gloriam è silentio.
Etiam saginâ pullus fit nimiâ ferox.
Etiam sibi homines queis carent bona adstruunt.
Etiam silices formicarum atterunt pedes.
Etiam similes sui odio habent vel pessimi.
Etiam sua est rebus voluptas bellicis.
Etiam sibi sua luxuriæ est simulatio.
Etiam suæ sunt vulnera conscientiæ.
Etiam sua quidam intelligunt vitia atque amant.
Etiam suum velat facinus tenebris latro.

Etiam subit jugum generosus spiritus.
Etiam suos fortuna alumnos prodidit.
Etiam suum vectigal pro umbrâ penditur.
Etiam suus quoque libertati adest modus.
Etiam suus sit oportet in lucro modus.
Etiam tacenti auro sua est persuasio.
Etiam thymi flos apiculis mel sufficit.
Etiam timent culpam ubi non est mentes bona.
Etiam tyrannus qua timenda haud sunt timet.
Etiam valet sine ratione auctoritas.
Etiam venenum pragustator sufficit.
Etiam vir extra Enrotam fortis nascitur.
Etiam viris donanda dona sunt bonis.
Etiam voluptas gloriæ est lucæ bovi.
Etiam voluptas miserorum aliqua est in malis.
Ex insidiis perire, fermè Principum.
Ex pectore haud ex ore vocem mittito.
Ex qualibet re, odor tamen lucri est bonus.
Ex saturitate nascitur petulantia.
Ex vilibus ars nascitur primordiis.
Exulcerata corporis mel vellicat.
Ex vultibus tamen hominum mores colligas.
Examinanda purpura est ad purpuram.
Excogitat pœnas novas crudelitas.
Exercet omnis orbis cauponariam.
Exordij mali exitus quoque est malus.
Exordium finis, medium omnium, Deus.
Expers juventus esse consilij solet.
Expers senectæ, expers fati arrogantia est.
Exstingnit ignem qui fomenta subtrahit.
Exstinxeris iram prudenti absentia.
Externat aquè gaudium mentem ac dolor.

Externum habendum omne ſcelus cum gaudio.

F.

FAc dignitati mores adſtruant fidem.
Fac fine uti reſpondeas exordiis.
Faceta ſæpe & impunita audacia eſt.
Faciem invenuſtam moribus vincas bonis.
Facit medicinam ignoto vel ſutor loco.
Facilè dibapho ſacerdotij ſtrumam tegas.
Facilè illacrimatur alteri quivis bonus.
Facile haud paratur, ſed retinetur gloria.
Facile ſubit populo ipſi commiſeratio.
Facilis juventa, ſenecta difficillima eſt.
Facilius eſt placere uni quàm pluribus.
Facillimè ignem naphtha è proximo attrahit.
Facillimum eſt inferre amico injuriam.
Factum bonum turpatur pœnitentia.
Fallas pueros talis, juramento viros.
Famam unà amator perdit cum pecunia.
Fames facit meretrices, non pecunia.
Fato datur poteſtas, fato tollitur.
Fato venit clades, fato victoria.
Fatur loquenda, tacenda fatur ebrius.
Favere inimico amicus noſter haud poteſt.
Favet ferè fortuna vis pejoribus.
Felicitas inopina parens injuriæ eſt.
Felicitas nulli obvenit niſi à Deo.
Felicitas ſocij, felicitas mea eſt.
Felicitas ſumma, invidere nemini.
Felicitatis & comes ferocia eſt.
Felicitatis mater obedientia eſt.

Felicitati præferenda adversitas.
Felicitatem nullus homini aufert locus.
Felicitatem pauci opimam concõquunt.
Felicitatem promere cuiq; licet domo.
Felicem odisse, calamitas absque remedio est.
Felicium mors omnium est gravissima.
Felicibus statuere leges arduum est.
Fera bellua est juvenis sine præceptoribus.
Ferè est aviditas dives, & pauper pudor.
Ferè inopiam adsectatur pestilentia.
Ferè nequit loqui, tacere qui nequit.
Feritas leonum inter sese non dimicat.
Ferro bene intermisceas caduceum.
Ferrum bene intermisceas caduceo.
Ferrum sacratis omne templis exulat.
Festos dies etiam colunto sobriè.
Festum diem usq; & usq; & usq; agit bonus.
Fides quidem est habenda, sed non omnibus.
Fidei ægriùs quàm damna frontis sarcias.
Fideliores longè oculi sunt auribus.
Fieri potest furtum quoque fundi & adium.
Fit & dolor parentum filij dolor.
Fit & stupore vulgi medicus nobilis.
Fit fastuosa nimium ornata femina.
Fit perperam quod non suo fit tempore.
Fit rusticus sermo si adspires perperam.
Fit sæpius caussa odij amor flagrantior.
Fiunt ferè preces degeneres ob metum.
Flagitia cuncta alumni semper sunt opum.
Flammas amoris excites periculis.
Fletus palam, non est dolor, ostentatio est.
Flexamina res profectò es Eloquentia.

Florida est quæcunq; agit sub disciplina civitas.
Flos pulcer est pallor virorum illustrium.
Flores quidem ipsos, poma sed plus diligas.
Fluxum nihil mage est amore corporum.
Fœcundus etiam ad quæstum pauper divitis.
Formam auri potes mutare, materiam sed non potes.
Formosus est? exspectet paullum, & non erit.
Fortem adjuvat fortuna, inertem dejuvat.
Fortes bonum nomen vel maxime appetunt.
Fortem virum illibenter ignavus videt.
Fortis quidem est sermo, sed opus est fortius.
Fortissimo quandoque præda imbellior.
Fortuna belli item mutatur cum loco.
Fortuna cum virtute bellat perpetim.
Fortuna Iustitiæq; Suadæq; est soror.
Fortuna matrem agnoscit providentiam.
Fortuna ubique, at plurimum in bello valet.
Fortuna ubi jam summa est ipsa in se ruit.
Fortuna vix colit virtutem prospera.
Fortuna utramque nobis paginam facit.
Fratri invidere neutiquam fratrem decet.
Fraudem arguit dolumq; clandestinitas.
Frenandus ante cursum, non in cursu equus.
Frigus famesq; , pretia sunt ignaviæ.
Frons atq; vultus animi omninò janua est.
Frequentius multò est loqui malè quàm benè.
Frui alterius insaniâ res optima est.
Fruſtra perungas unguento jam mortuum.
Fruſtra ligatâ lingua armatur dexterâ.
Fucis adumbrant veritatem feminæ.
Fugienda rebus turpitudo in omnibus.
Fulget quidem aurum sed magis multò fides.

Furamur

Furantur omnes qui faciunt quod non licet.
Fures duos vix saltus unus nutriat.

G

GAudet magis qui donat illo qui acoipit.
Gemmæ suæ sunt in cerebro piscibus.
Gemmis suam dat caritatem opinio.
Gens ardelionum, multa agendo nil agit.
Gerit imperium Rex non sibi, sed civibus.
Gignentium nudum solum est, ubi deest aquæ.
Gladium ac venenum fœmina est videntibus.
Gnatus patrem etsi vincit at vincit patri.
Gnavè agere oportet quod agas, non ductariè.
Græcanica est prudentia, audacia barbara est.
Grande æs fit auri parvâ laminâ pensius.
Gratis amare, vera amoris est nota.
Gratum beneficium est cujus auctor perplacet.
Gratum & Deo dolium omnium parvissimum est.
Gravior amici contumelia quàm exteri.
Gravior animorum morbus est quàm corporum.
Graviora sunt longinqui temporis odia.
Graviora quædam sunt remedia periculis.

H

HAbitu optimum est in rebus omnibus modus.
Hæreticorum mater est superbia.
Hæreticorum haud pejus est concordiâ.
Harpya cuivis terna fœnus pauperi est.
Haud admodum curæ est poësi veritas.

Haud aliud iter est divitum, aliud pauperum.
Haud audiendus est superbè homo miser.
Haud caritate vinculum est potentius.
Haud caussa venter crapulæ est, verùm gula.
Haud certus est bello ulli sumptuum modus.
Haud civis est, cui patriæ abjecta caritas.
Haud cogitanda mors, sed immortalitas.
Haud conserit livor manum cum imbellibus.
Haud convenit cum majestate libidini.
Haud crimini ulli debita est clementia.
Haud cuncta oportet fieri statim quæ licent.
Haud culleo toto serendum est, sed manu.
Haud dæmon ullus pejor est ipso ambitu.
Haud diligit se, proximum qui haud diligit.
Haud esse lege mitior judex potest.
Haud esse simplex pariter atque asper potes.
Haud est Deorum honorem fructu vendere.
Haud est parum vetare fieri injuriam.
Haud est sapor rerum bonarum in prosperis.
Haud exeat sermo ullus è triclinio.
Haud expianda, mortuis sunt mortua.
Haud exuli datur exilium quod imperas.
Haud femina ulla rapta est quin voluit rapi.
Haud fortitudo est quæ rationis indiget.
Haud flere timidi mater militis solet.
Haud jam hominem habere oportet misericordias.
Haud intrat unquam Gratiarum hortos Hyems.
Haud Jupiter fias accepto fulmine.
Haud juris ullum excusat ignorantia.
Haud largiendo damna sentiit Deus.
Haud liberis coram objurgandus est pater.
Haud ludioris ignaros oblectaveris.

Haud major est quis me, si haud est & justior.
Haud male deleas hostes, male sed cives, etsi improbos.
Haud minus amicos ipse quàm te diligas.
Haud morbus ullus pejor est dementiâ.
Haud mutuantur formicæ, haud hirundines.
Haud negliguntur res Deo mortalium.
Haud ignis obstet fato, haud murus æreus.
Haud obviat farinæ qui molam fugit.
Haud patribus similes sunt usque filij.
Haud pauper est rerum cui usus suppetit.
Haud pauperi æquâ lege licet cum divite.
Haud persequi hostes jam fusos Laconicum est.
Haud piscem olere cuncti vel florem queunt.
Haud plus habet sapientiæ elephas quàm lapis.
Haud pluris sunt indocti homines quam quantum habent.
Haud præbet ansam fraudi qui nihil timet.
Haud pravitatis ullus usus ad bonum est.
Haud respicit Deûm insulas jus bellicûm.
Haud sæpe tentat morbus temperantiam.
Haud scire cuiquam est quid vesper serus vehat.
Haud sentiunt vincentes lassitudinem.
Haud sprevit Hecales tenue Theseus prandium.
Haud suspicatur de altero malum probus.
Haud tortile unquam ritè lignum corrigas.
Haud transeundum est illico ad contraria.
Haud victimæ adsit fel Junonis pronubæ.
Haud vivit ullus cuncta cui sint prospera.
Haud ulla sanis in membris seditio est.
Haud una fert terra omnia: alia alterâ indiget.
Haud unquam inutilis opera civis est boni.
Haud usus est equis suus absq; moribus.
Hei quam molesta res est matrimonium.

Hemina

Hemina vini, unusq; panis ſat replet.
Heu quàm creat ſomnos graves cibus gravis!
Heu quanta ineſt vis imprecationibus!
Heu quanta ubiq; exilij eſt infelicitas!
Heu! ſordibus quibus emitur potentia!
Hiems ſatis Aquilonia utiliſſima.
Hippolytus obiit, quia novercæ creditum eſt.
Hoc fiſcus aufert quod non Chriſtus accipit.
Hoc ore ſimus omnes quod & pectore.
Hoc pravus eſt miſerior quo felicior.
Hoc ſuſpicax quisque eſt minus quo integrior.
Hoc turpius luxurioſus quo diutius.
Homicidam habe qui hominem abſq; lege interficit.
Homo animalium omnium animal, heu, miſerrimũ eſt.
Homo ocioſus res novas requiritat.
Hominis male eſt morati riſus vaſtior.
Hominis nequam parvi pendenda gratia.
Homini bonum ſummum eſt animi tranquillitas.
Homini imperare non eſt ars, ars artium eſt.
Homini pecunia nil eſt niſi viaticum.
Hominem artuatim interficit qui fœnerat.
Hominem illico diverſa vina inebriant.
Hominem qui ſervus eſt ſuperbum eſſe haud decet.
Hominum merum furiat minus quàm muſica.
Hominem ſupinum ne quidem mordent canes.
Homines aliud ſentire, aliud loqui ſolent.
Homines frugi utique rectè faciunt omnia.
Hominum interitu ſententiæ haud quoq; occidunt.
Honeſta non occulta quæruntur bonis.
Honeſta vita, princeps eſt ſapientia.
Honeſta ſolo à turpibus diſtant modo.
Honore matrem afficere ſanctum eſt ac pium.

Honorem

Honorem amici ponat ante quis suo.
Hortator Veneris liber est & armiger.
Hospitibus ignis atq; tectum sufficit.
Hospitium adverso pauci præstant tempore.
Hostem veneno quisquis vincit vincitur.
Hosti esse amicus quam diu in vita est nequis.
Humana aguntur Deo, Fortunâ, Tempore.
Humana in eodem non manet felicitas.
Humana vita nil profectò est quàm mare.
Hydropicorum plena in aulis omnia.

I

Iactura magna ibi est ubi magnæ sunt opes.
Iactura partis sæpe totum sancijt.
Iaculis ubi est opus, nil verba conferunt.
Iam contribulus redditus, serva ordinem.
Iam nulla fit nisi ob arbitros largitio.
Idem est, rationi attendere, ac sequi Deum.
Iejunus omnis plus sitit, minus esurit.
Ignaviâ deterior est curiositas.
Ignem minorem obscurat ignis grandior.
Ignorat alta qui non doctus infima est.
Iis maximè nunquam qui jurant creditur.
Ille optimus ferè est, qui idem est & celsior.
Illis revertere hostis qui te læserant.
Illicita poscit, licita ubi accepit caro.
Imagine nulla est adsequenda veritas.
Imbelliam fortem facit necessitas.
Immixtus error rebus est hominum omnibus.
Implere par est regem quidquid annuit.
Imponito nulli ipse ferre quod nequis.

Impossibile

Impossibile nil est, nisi quod non vult, Deo.
Impunè nemo contra stimulum calcitrat.
In acumine linguæ amicitia adulantium est.
In animo amici amicus vivit mortuus.
In capite totus: absque capite nil homo est.
In concione natu loquitur maximus.
In corporis statu habitus mentis cernitur.
In crastinum res differantur seriæ.
In deteriora interpres inclinat metus.
In dexterâ positum omne jus est Herculi.
In egeno egena, in divite omnia ditia.
In eundem avis numquam laqueum bis decidit.
In expeditis mora periculum trahit.
In febre linguam habere teneram perbonum est.
In flore stirpis fructus multus interit.
In flumen idem nemo bis descenderit.
In fragili corpore omnis odiosa offensio est.
In gratiâ parci, in querelâ prodigi.
In hoste sæpe formidatur vastitas.
In literis speculum exstat conscientiæ.
In maximis opibus jactura maxima est.
In more egregia regio insunt omnia.
In omnibus Deus Deis est Jupiter.
In otiosis non manet prudentia.
In pace prudens etiam bellum cogitat.
In prælio mori mors perpulcerrima est.
In prælio non sunt, sed in bello, omnia.
In rebus humanis summum innocentia est.
In solitudine ex homine quis fiat Deus.
In teste nulla auctoritas domestico est.
In unicâ pulcrum Spartâ senescere.
In urbe major quàm in castris licentia.

Inanis usque pera mendicantium est.
Incendia summa initiis levibus excites.
Incesta etiam est sine stupro, stuprum qua cupit.
Incontinentes sunt viantium manus.
Indignus est expers laboris præmio.
Industrio summa est viro superbia.
Iuebriantur juvenes tardius quàm senes.
Inedia hominem die demum aufert septimo.
Inerudita Amorem ferre mens nequit.
Ineſt bonum Polydis capiti, ineſt malum.
Infame nil est præter turpitudinem.
Infame, pueri gerere se in morem seni.
Infantulorum dulcia patribus verbera.
Infirmitatis signum egere pluribus.
Infortunij arra certa quæstus est malus.
Ingenia mala erroribus nunquam vacant.
Ingenia non fingit doctrina, sed polit.
Ingenia plus quàm varia sunt peccantium.
Ingloria est virtus citra periculum.
Inimicitia facillima est deceptui.
Inimicitiæ principium maledicentia est.
Injuriam auget & personæ dignitas.
Injuriam ferre est quàm inferre optatius.
Injuriam propulsat fortis, haud facit.
Injuriarum memoria mutua optima est.
Injusta voluptas fine acerbo clauditur.
Injustitiæ caussa omnis est ignavia.
Inquire semper in te, nunquam in alterum.
Innata semper magnis gloriatio est.
Innoxius leo omnis est, ubi est satur.
Inopina mors vitæ summa est felicitas.
Insania est si amas nequis quod adsequi.

Inſcitiæ temeritas prima filia eſt.
Inſcitiæ temeritas nata maxima eſt.
Inſomniis præſtant remedium fabulæ.
Inſpicere dentes improbum eſt donati equi.
Inſpicere fas tua eſt, aliena ſed nefas.
Inſtar ſcopuli verbum fugiatur inſolens.
Integra opus virtuti ætate bellicæ.
Integra vita haud divitat, ſed pauperat.
Intemperantem longa quemvis pax facit.
Inter diſſimiles eſſe amicum quid queat?
Inter duos machæra fortioris eſt.
Inter pares honore concertatio eſt.
Intercapedo amicitiam quamvis levat.
Interna febris febrium graviſſima eſt.
Intincta mente ſemper verba proferas.
Intra fores conuiciator filiis.
Interna Numen non externa reſpicit.
Intolerabilior cruditas quavis fame eſt.
Intra ſuam fortunam, qui ſapit, manet.
Iuventa multum, non multum ſenium vorat.
Iuventa ſenilis mortis inſtantis nota eſt.
Invidia fermè habet matrem ſuperbiam.
Invidia ibi eſt, vbi nimia eſt potentia.
Invidia longè contemtu eſt violentior.
Invidia mater fraudis ac calumniæ eſt.
Invidia præfert ſemper antiquos novis.
Ipſis roſæ ſunt colligendæ è ſentibus.
Ipſum Deo ſe accuſat, qui excuſat ſibi.
Ipſum veretur qui ſeſe, timet Deum.
Ipsâ nihil ſapientius ignorantiâ eſt.
Ira eſt dolor, dolorum imo ira maximuſt.

Ireparentum celeres sunto non graues.
Iram Domini quoque bruta animalia sentiunt.
Iratus ab insano differt tempore.
Irretiuntur & viri per feminas.
Irritat ipse adspectus animum sanguinis.
Is sanus est qui scit quid sit insania.
Iucunda profert, non vera, Assentatio.
Iucunda pueri avent non quæ sint vsui.
Iudex parum fidelis est affectio.
Iure optimus regnum inter optimos gerat.
Ius atque fas legum omnium est Saturnius.
Jus est idem sanatibus quod fortibus.
Ius esto idem Titio fuit quod Accio.
Ius fasq; Spartæ facere Chiis turpiter.
Ius est id, utile quod ei est qui plus potest.
Iussa facere seruitutis est confessio.
Iusti pares Diis per forum omne obambulant.
Iustitia nil est quàm Dei potentia.
Justitiæ omnium usus communis maximè est.
Iustitiam adauges si pecuniam erogas.
Justis Deus piisq; semper prospicit.
Justum virum dies deprehendit longior.
Justus dolor plus percutit quàm brachia.
Iuvenem facilius quàm seniorem rexeris.
Iuvenis labora, ut otieris iam senex.
Iuxta mare ambulare jucundissimum est.

L

LAbore in omni nil quiete dulcius.
LLabore multo multa pares gaudia.
Labore parta custodimus artius.

Labore parvo parta res contemnitur.
Laboris acti memoria jucundissima est.
Lacerat lacertum largi mordax Memmius.
Lacrimis dolorem quamvis ingentem egeras.
Lædi melior vir à pejore non potest.
Lædunt minus bellaria sumpta pro cibo.
Lætatur anima intrinsecus laudem ad suam.
Lappa est, egestas excuti se non sinit.
Lapis è sepulcro aliquando colitur pro Deo.
Lata undiquaq; omnis via est sapientibus.
Laudabilis haud ubiq; festinatio est.
Laudanda non ubiq; festinatio est.
Laudandus haud est à nullo qui carpitur.
Laudare se ipsum, pretium conscientiæ est.
Laudare vis virtutem? laudato probos.
Laudatio vel stricta dignis sufficit.
Laudato rura ingentia, exiguum cole.
Laudato saltem quos imitari non vales.
Laudent parentes filij illaudabiles.
Laudent parentes filij laudabiles.
Laus æmulationis incitabulum est.
Laus aulica, odiosissima sugillatio est.
Laus exterorum, verior quàm civium.
Laus falsa, laus non est, est exprobratio.
Laudis meretur nil alieno qui abstinet.
Laudem abnuit unam vt consequatur alteram.
Laudem haud merentur quæ exprimit necessitas.
Laudem haud meretur quod natura dat bonum.
Laudem merentur clara gesta perpetem.
Laudes amici duxeris laudes tuas.
Laudes suas quis non libenter audiit?
Laxat voluptas modica animos, & temperat.

Laxato

Laxato cornua arcui, aut inusui est.
Lex à Deo rex est datus mortalibus.
Lex desideriis scripta nulla creditur.
Lex omnis absq; auctoritate mortua est.
Lex optimum hercle est in republicâ optima.
Lex est data homini, vt quæreretur gratia.
Lex viva, non scripta, est suis Princeps bonus.
Legem ac tribunal quisque habet domo in sua.
Leges hodie reguntur, eheu, non regunt.
Leges jubent erui, non abscondi malos.
Leges legantur sæpe, sæpe fœdera.
Leges priorum qui servat, stabilit suas.
Leges quidem timemus, at Reges magis.
Legitimè id omne fit quod fit pro legibus.
Lenis virorum somnus est agrestium.
Libens juvat miseros malo, ante exercitus.
Liber manet bonus tametsi serviat.
Licetur ipsâ vel vitâ ira quod cupit.
Linguâ bonos malosq; Momus impetit.
Linguæ auriumq; maxima est cognatio.
Livor caret mente, auribus livor caret.
Livor suomet ipse se ferro induit.
Livoris expers nusquam potentia est.
Livere debet nemo, certè non senex.
Loci auxilio persæpe vincit paucitas.
Locum occupas medium? occupas dignissimum.
Longa arguit tantum mores hominum dies.
Longe alius est Iphicles, alius Hercules.
Longè fugit profecto qui fugit suos.
Loquacitati adest & curiositas.
Lucrosa quævis mortis est dilatio.
Lucrum è malo, non est lucrum, infortunium est.

Loqui ad voluntatem haud potest puertia.
Ludicra nunquam præponenda seriis.
Lugubre nullum funus quàm domesticum est.
Lumen fugito quod sævo ex igne nascitur.
Lumen lucernæ solis luce offunditur.
Lusus pueræ freti sunt sapientiâ.

M

MAge cogitanda est veritas quàm offensio.
Mage est ditare, quam ditari, regium.
Mage est voluptas quàm labor quid discere.
Mage quæritur clientium res quàm fides.
Mage turpitudo formidanda quàm labor.
Magis arduum est præstare alios quàm se bonum.
Magis sibi quàm suis bonus dux imperat.
Magis putrescit unda stans quàm cursitans.
Magis timemus cuncta ante experientiam.
Magister juramentum est fallaciæ.
Magnanimus est omnis qui cedit tempori.
Magna est placet quæ inuitis eloquentia.
Magnanimi hominis non est iræ succumbere.
Magnanimitatis & comes iactatio est.
Magnis animi evertuntur calamitatibus.
Magnus quidem torrens fluit, sed turbidus.
Magnum esse quid refert, prodes si nemini?
Magnum dolorem consolere silentio.
Magnum remedium afflictis commiseratio est.
Magum facilius infamet quis quàm probet.
Magnum in periculis præsidium innocentia est.
Maiora sunt multò opera animi quàm corporis.
Malo abstinere, cuius est Dei unicus.

Male educatus rarò transit ad bonum.
Mala magna facere eiusdem est & depellere.
Male illicò audibis, si malè dixis mihi.
Malè imperanti, bene parere quis queat.
Malè nutrias in domo vnâ duos canes.
Maledicere de quo, signum malevolentiæ est.
Mali nihil agere, primus virtutis gradus.
Maligna insontes deprimit suspicio.
Mælignitatem nulla flectit lenitas.
Malim moriri meos, quàm mendicarier.
Malim perire ab hostibus quàm ciuibus
Malis amicum quam potentiam aut opes.
Malis egestas est mala, at bonis bona est.
Malit carere gloriâ adeptus gloriam.
Malus est sacerdos si non est vel optimus.
Malum eligendum semper est leuissimum.
Malus tametsi regnet, servus est tamen.
Malus choraules, symphoniacus est bonus.
Mars est tyrannus, lex regina est omnium.
Malum omne, quod sit contra conscientiam.
Malum suum quisq; autumat grauissimum.
Medela summis unica est mors in malis.
Malo unico punito mille corrigas.
Medicina facit sanos, firmos Gymnastica.
Mederi potis oratio iracundiæ.
Medicina non æquè est sua atque temporis.
Medicina vitii eximia est, confessio.
Medicinam animæ justitiam esse quis neget?
Medicum esse oportet sæpe cum dispendio.
Meliora semper præferenda suavibus.
Mediocritas in rebus optima omnibus.
Mel optimum est recens, vinum optimum est vetus.

Melius beneficio quàm metu homines obliges.
Melius ſibi quisq; credit de re maxima.
Membris cinædi queis ſitis nil intereſt.
Memoriâ oportet ſit bonâ mendacium.
Mendacium nil differt à perjurio.
Mendax ubi verum dicit amittit fidem.
Mendicitas magiſtra temperantiæ eſt.
Mens tanta ineſt Centauris, quanta feminis.
Menti tenebras mœror offundit graveis.
Merces bonorum an ulla eſt, quàm laus poſtuma?
Merces fideli tuta eſt & ſilentio.
Merces laborum fortium una gloria eſt.
Merces malo fraudum tandem à ſuperis datur.
Mercurius ex ligno omni non exſculpitur.
Meretrix amantem nullum habet, quàm transfugam.
Meretricia inventu fides rariſſima eſt.
Mergi poteſt uter, ſed haud ſubmergitur.
Merum bibentem longior ſomnus decet.
Metus futuri gaudium omne ſtrangulat.
Metus futuri, pignus eſt metus prior.
Migrante lis omnis migrat pecuniâ.
Miles fugax nunquam obtinet victoriam.
Minerva ſemper proxima adſidet Jovi.
Minimè beant mortalem opes; uſus beat.
Minimè docilis vidua eſt ad illa quæ velis.
Minimè malo fit, quod fit exemplo tuo.
Minimè moleſta Mavorti arma ſunt ſua.
Minimè reget ſuos, ſe regere qui nequit.
Minimè ſolet probus vir eſſe ſuſpicax.
Minimè ſuis parcent, qui non parcunt ſibi.
Minimo labore rem conficias maximam.
Minus Deo æquus eſt homo, homini quàm canis.

Minus impetrabis armis quàm clementia.
Minus valet potentia beneficentiâ.
Miramur abstrusa, haud moramur obvia.
Miramur omnes nostra; aliena temnimus.
Mirè viros honestat matrimonium.
Mirum in modum laus dum vitatur quæritur.
Miseratione melior invidentia est.
Miserior est cui moritur uxor cælibe.
Modestiam à se omnis fugat felicitas.
Molestia ac labor comes scientiæ est.
Molestiæ exsors Principum molestia est.
Molestior certè hoste aperto est invidus.
Molestius nil imperare quàm malis.
Morientium suprema vox nunquam excidit.
Morâ interit rei gerendæ occasio.
Morbos remedium sæpe adauget, non necat.
Morbus loquendi quem tenet nunquam tacet.
Mordacior calamitate exprobratio est.
Mordere non modò est canum, etiam amantium est.
Mors est minus deflenda quàm nativitas.
Mors id homini est, quod portus navigantibus.
Morientibus gratissima res est, commori.
Mors ecquid est præterquàm somnus ferreus?
Mors esse longè non potest quærentibus.
Mors omnium rerum vel communissima est.
Mors portus est humanis tempestatibus.
Mors una portus est mortalium omnium.
Mortis comes teterrima omnium fames.
Mortem expavescis? at laborum est terminus.
Mortem reus anteit ad mortem qui ducitur.
Morem gerit miles Duci; haud Dux militi.
Morem prout conducat rectè accommodes.

Mores amici haud ficti sunt, sunt simplices.
Mores honesta verbis, verba moribus.
Mores suos mutare vix potest senex.
Morum suorum gens tenax est rustica.
Morum suorum odi remissos judices.
Morosa ferme ubiq; est indulgentia.
Morsitas simul est & intractabilis,
Mortalis es? ne spires immortalia.
Mortalitatem æternat matrimonium.
Mortalis es? Patiare item mortalia.
Mortalium nemo est qui non egeat Deo.
Mortalis es? ridere noli mortuum.
Mulctato simile iure te qui læserit.
Mortalis nemo est quem non attingat morbus ac dolor.
Multi graues extra intus sunt leuissimi.
Mortalium omnis fortitudo est à Deo.
Multi metu non fœnerant dispendii.
Multa accidere homini præter sententiam.
Multi oppetunt mortem ipsam ne mortem oppetant.
Multa in dies addiscentes senescimus,
Multi probant, sed non tamen faciunt bonum,
Multa ori amara cordi sunt suavissima.
Multi malum quærunt bonis præsentibus.
Multi domos, paucissimi animos excolunt.
Multos amicos invenit felicitas.
Multi timent homines, timent pauci Deum.
Multos amicos quærens nullos inuenit.
Multis celeritas moriendi sensum abstulit. (lum.
Multò est melius ducem habere nullum quàm ma-
Multos armat sacramentum, paucos splendor gloriæ.
Multos habet dominos alumnus gloriæ.
Multos merum, plures prosperitas obruit.

Multos

Multos patrum corrupit indulgentia.
Multos prohosq; habere natos arduum est.
Multum arma possunt, plus proditio sed potest.
Multum est magistrum habere cui acquiescimus.
Multum bibere atq; sapere multum, haud fas simul.
Multum homo bilinguis sæpe concinnat mali.
Multum juvat fortuna fortitudinem.
Multum preces piorum a Numine impetrant.
Multum quibus est ingenii, cordis est nihil.
Mundi instar est humani fabrica corporis.
Munus lucrosum est fers quod à volentibus.
Musæum ab urbe sit procul, nemus propè.
Muscipula plebis usq; lex agraria est
Mutare non est turpe cui sententiam.
Mutat quidem pilos, sed non mores lupus.

N.

NAti parentes jure ceu Deos colant,
Natura ab usu incontinenti inflectitur.
Natura finem fecit ad certum omnia.
Natura fratres nulla fecit impares.
Natura fugitans omnis est molestia.
Natura idem non tribuit ingenium omnibus.
Natura nullam fecit ulli patriam.
Natura nullum docuit esus carnium.
Natura nulli non rei dedit parem.
Natura rebus indiget paucissimis.
Natura rerum tota constat legibus.
Natura ubiq; victrix est simulatio.
Navem adprobè gemella firmat anchora.
Navim duabus fulcias rectè anchoris.

Navigia jactu exonerat ipsa necessitas.
Ne cogitet Princeps nisi immortalia.
Ne dirigas contra torrentem brachia.
Ne fœminæ credas, quantumvis mortuæ.
Ne fas quidem est fratri nocere noxio.
Ne generi tribuas, sed virtuti gloriam.
Ne gloriari libeat alienis bonis.
Ne prima vincat, sed melior sententia.
Ne pudeat artem proloqui quam factites.
Ne reficito putrem domum, sed tollito.
Nec accipe omnia, nec passim, nec ab omnibus.
Nec avidus est nec delicioſus abstinens.
Nec deserendus est amicus mortuus.
Nec imperiti Deus officium respuit.
Nec interit ipsa morte sancta affectio.
Nec ira rectè nec juventas consulit.
Nec laus hominem mutat nec maledicentia.
Nec mulieri, nec gremio oportet credere.
Nec nascitur temerè fama, aut temerè occidit.
Nec nocte nec die expers dives est metus.
Nec obsequendum est omnibus jussis patris.
Nec pace nec bello utilis vir improbus.
Nec primus ad cœnam veni, nec ultimus.
Nec scit pati nec probus, facere injuriam.
Nec sis amicus nulli, nec sis pluribus.
Necessitas quod cogit infirmissimum est.
Necessitate quod fit, non fit turpiter.
Necessitate qui est bonus, non est bonus.
Negat Deum, gubernatorem qui negat.
Negationis est species dilatio.
Nemo agricola toto orbe degit sanior.
Nemo alterum plus ipsum se quàm diligit.

Nemo attigit fines adhuc ſcientiæ.
Nemo bis ob delictum idem pœnas luat.
Nemo coronatur ſine adverſario.
Nemo Dei tribunal evitaverit.
Nemo Deum latere unquam poteſt malus.
Nemo Deum unquam homo ſefellit improbus.
Nemo didiciſſe non mavult quàm diſcere.
Nemo eſſe judex atque actor ſimul poteſt.
Nemo eſt, amoris expers qui vivat ſui.
Nemo eſt diu tutus periculo proximus.
Nemo invidere cuipiam juſtè poteſt.
Nemo invidet re non agenti in proſperâ.
Nemo litat mœrori ſpectans Pythia.
Nemo loquatur abſenti aut ſurdo malè.
Nemo loquatur ſequius de mortuis.
Nemo maledicit mortuis niſi improbus.
Nemo occupari ſeriis ſemper poteſt.
Nemo omnium malus ſuâ abſque noxiâ eſt.
Nemo petijt veniam ante victus quàm fuit.
Nemo poteſt mirarier quæ deſpicit.
Nemo repentè factus eſt turpiſſimus.
Nemo retinuit unquam fatum aut impulit.
Nemo reus fit quam diu cum potentia eſt.
Nemo reus peccata fateri vult ſua.
Nemo ſapiens verè eſt, niſi & verè bonus.
Nemo ſibi vult ſolvi quæ non commodat.
Nemo ſuæ moratur filiæ nuptias.
Nemo ſuo abſque detrimento eſt improbus.
Nemo unde laborat ipſe abſolvit alterum.
Nemo unquam avem vidit guſtari à vulture.
Nemo ut loquatur quod nolit poteſt cogi.
Neptune nunquam hanc navem niſi rectam hauſeris.

Nequa-

Nequaquam rectè faciet, qui credit citò.
Nequit beatus esse cui quidquam deest.
Nescit repulsam ferre virtus sordidam.
Nihil ages nimis si teipsum noveris.
Nihil amat natura solitarium.
Nihil facit quin valde sit bonum Deus.
Nihil habet Philosophus & habet omnia.
Nihil juvat corona bibentem florea.
Nihil juvat miseriæ alienæ accessio.
Nihil mage irritabile est quàm adversitas.
Nihil magis cuiquam est timendum quàm Deus.
Nihil malum viro videtur diviti.
Nihil molestum homini est quod haud desiderat.
Nihil parant, amittere timent quod Scythæ.
Nihil sequendum homini adsequi quod non queat.
Nihil timendum dimicanti pro Deo.
Nil absque labore homini potest obtingere.
Nil absque virtute uspiam laudabile est.
Nil adspicit qui currit, præter præmium.
Nil æstimandum leve Deus quo læditur.
Nil aliud est homo quàm Dei ludibrium.
Nil aptius Deo est quam consonantia.
Nil caritate honestius, nil fortius.
Nil carius magna affectanti tempore.
Nil censeas ex formâ verùm ex usibus.
Nil cogites quod eloqui non audeas.
Nil convenit regi æquè, quàm jus dicere.
Nil curiositate in orbe amentius.
Nil dulcius jucundiusq; patriâ.
Nil est amoris dulcius tyrannide.
Nil est bene inchoasse nisi rem finias.
Nil est Deo contrarius discordiâ.

Nil est facilius ipsum quàm se fallere.
Nil est facilius quàm è bono fieri malum.
Nil est honestum quod non sit & utile.
Nil est levis parviq; in vitio ponderis.
Nil est malum, à natura quod datum omnibus.
Nil est sapiente consilio securius.
Nil est puero quinquenni teste certius.
Nil est quod ipso haud concoquatur tempore.
Nil est vetustas quod non ipsa leniat.
Nil est voluptas quàm furens tanicula.
Nil gaudii feracius est quàm gratia.
Nil homini Mors est somnus quàm longissimus.
Nil humilitate fucata superbius.
Nil in bonis præter virtutem ducito.
Nil integri est, ubi non obedientia est.
Nil lata lex prodest, nisi usurpaveris.
Nil melius homini à Diis datum sapientiâ.
Nil mollius parentium est affectibus.
Nil morte melius a superis homini datur.
Nil morte melius dare homini potest Deus.
Nil prodest mage ægris quam curari ab eo a quo ipsi
Nil non licet patrare pro Republica. (*volunt.*
Nil non natura humana patiendo ferat.
Nil non potest **Robur** *junctum Prudentiæ.*
Nil non revelat temporis longi mora.
Nil occupati hominis minus est quam vivere.
Nil omnium profectò est quod lateat Deos.
Nil orbe toto veritate dulcius.
Nil otio est profecto liberalius.
Nil otio est profecto illiberalius.
Nil patriâ parentibusq; carius.
Nil patris exstat nomine honorificentius.

Nil regium mage est quàm beneficentia.
Nil suavius quàm alienis de rebus loqui.
Nil suavius quam injuriarum oblivio.
Nil suavius sermonis est commercio.
Nil strenum mage in bibendo spongiâ.
Nil tam malum, in quo non sit quippiam boni.
Nil tam minutum est, quod juvare non queat.
Nil tam seni est similis quam adolescens ebrius.
Nil tempore est ipso uspiam vetustius.
Nil turpius est venali misericordiâ.
Nil vanitate quidquam ingenuo turpius.
Nil veritate majus ab Deo accipis.
Nil uspiam doctrina est invidiosius.
Nil uspiam est Amoribus loquacius.
Nil uspiam tuto in bellis contemnitur.
Nimio fit ipso injustus justus qui est nimis.
Nimium bonos, quamvis invitos vindices.
Nimium libenter homines de alijs garriunt.
Nimium interest benefactum in quo ponas loco.
Nisi desuper pluat, Græcus malè esurit.
Nisi in bono progredimur, auferimur retrò.
Nisi incolantur, illicò ædes concidunt.
Nocere posse non magnum est; quivis potest.
Nolentium exstant tanquam pignora lacrimæ.
Noli æmulari, etsi felices, improbos.
Noli citò jurare, vel res ob leves.
Noli leoni barbam vellere mortuo.
Noluisse visus interim est qui distulit.
Non accipit sacra Hercules timentium.
Non additum est tempus? præsens intelligas.
Non armigeri mortem oppetat dux, sed ducis.
Non arrogatur aliquis, nisi jam vesticeps.

Non atterit bonos, probat tentatio.
Non coronantur ſi qui veniunt ſerius.
Non credit ægrotare ſe dementia.
Non curat hoſtis Divos adverſarios.
Non deficit multis jus, ſed probatio.
Non dicere audet omne quod vult ſervitus.
Non eſſe ſanum, ſanitatis eſt genus.
Non eſt amicus cujus dubitas de fide.
Non eſt amicus, qui eſſe amicus deſinit.
Non eſt beatus cui quis terror imminet.
Non eſt bonitas, meliorem eſſe ipſis peſſimis.
Non eſt bonus, qui non acerbus eſt malis.
Non eſt, fuitve, eritve, gratus omnibus.
Non eſt opus bile ulla fortitudini.
Non eſt ſui compos ſat feſtinatio.
Non eſt tegenda, quamquam amara, veritas.
Non experitur quidnam poſſit caritas.
Non facilè condemnatur improbo probus.
Non facilè mendicantis peram impleveris.
Non facilè vir condemnat improbum probus.
Non fert ſenex carpi ſe ab adoleſcentulo.
Non illicitum eſt in quo haud timemus conſcios.
Non judicat contra leges princeps pius.
Non judicatur de vitâ ſed creditur.
Non mole ſed virtute magnus eſt Deus.
Non morbus eſt, morbi ſed appendix febris.
Non obtinet quicunq; avet victoriam.
Non omne, ceu juventam, ſic ſenium decet.
Non omnibus fieri licet Catonibus.
Non omnibus Salaminia triremis patet.
Non omnium eſt litare poſſe Gratijs.
Non pendet à die ultimo beatitas.

Non pœna quem facit ſed cauſa martyrem.
Non pœna, ſed naturæ finis eſt, mori.
Non poſſe flere, cauſa flendi maxima eſt.
Non quod operi eſt adverſum, adverſum & fructui.
Non ſemper ad ægros admittuntur proximi.
Non ſemper eſt rectis in ſuadendo locus.
Non ſemper idem atq; idem homines ventus regit.
Non ſemper idem floribus eſt vernis honos.
Non ſentit aſinus fuſtis ictum, ubi eſurit.
Non ſentiunt in acie fortes vulnera.
Non ſentiunt occaſum oblata Numini.
Non ſuſtinet paternus affectus moram.
Non tam malus judex alijs es quàm tibi.
Non voce tantùm loquimur, aſt & pupulis.
Non utique Vlyſſes unus ipſe eſt callidus.
Noſtrûm quis animam non poſtponit corpori?
Noverca doctrinæ omnis negligentia eſt.
Novi pediſequa honoris arrogantia eſt.
Noviſſe ſe ipſum, culmen eſt ſapientiæ.
Nox tam diu eſt, illuceſcit quamdiu dies.
Noctem requirunt quæ geruntur cum metu.
Noctu urgeas conſilia, luce promove.
Nulla abſq; virtute uſpiam eſt beatitas.
Nulla eſt aſellum præterire gloria.
Nulla eſt bona cauſſa inter fratres: omnis mala eſt.
Nulla eſt calamitas ferre quam quis non queat.
Nulla eſt diu malorum expers felicitas.
Nulla eſt ratio quæ non habeat contrariam.
Nulla eſt voluptas abſq; pœnitentia.
Nulla eſt voluptas ægrotante corpore.
Nulla in fuga ſalutis eſt fiducia.
Nulla inimicitia eſt quæ non morte ſolvitur.

Nulla invenitur quæ non peccet civitas.
Nulla orbe toto luce res est pulcrior.
Nullam impetret qui sustulit clementiam.
Nullam improbus probo infert contumeliam.
Nullas metuit insidias, nullas qui facit.
Nullas habere malim leges quam irritas.
Nullus Deorum plus quam Pluto pratimet.
Nullus fuit sibi unquam ingratus Musicus.
Nullus locus Dei absq; providentiâ est.
Nullus sine justitia usus fortitudinis.
Nullus suâ vocatur in jus de domo.
Nullius est belli parens Æqualitas.
Nullius est servile testimonium.
Nullius usus ars absq; experientia est.
Nulli absq; curis obtigit beatitas.
Nulli bonum suum extero invidet probus.
Nulli datur mancipio vita: usu omnibus.
Nulli ex animalibus vitio pauperies datur.
Nulli fuit unquam amicorum ingens copia.
Nulli magis reges coluntur quam mali.
Nulli nocent inimici amicus qui Deo est.
Nulli nocet, cunctis prodest adversitas.
Nulli sequendum est adsequi quod non queat.
Nullum aque animal ut homo uspiam est mutabile.
Nullum antidotum invenire adversus Cæsarem est.
Nullum arctius mœrore cordis vinculum est.
Nullum arguas, aut arguas lenissimè.
Nullum facinus ratione subsistit malum.
Nullum gravat tributum omnes quod conferunt.
Nullum invenire est rebus qui haud faveat suis.
Nullum otium consistit absq; negotio.
Nullum sepulchrum pulcrius tyrannide est.

Nullum ſolita eſt offendere verecundia.
Nullum vitium ſine patrocinio eſt ſuo.
Nullis aquis extingui caritas poteſt.
Nunc expedit hunc, nunc illum fieri, pro loco.
Nunquam à bonis temperantia ſegregat.
Nunquam adgregat ſe luctus reſpuentibus.
Nunquam bonis virtus ſua mercenaria eſt.
Nunquam caret ſagittis os edentulum.
Nunquam choros ducunt Dei abſque Gratiis.
Nunquam cicatrix interit calumniæ.
Nunquam Deis neglectui vir eſt probus.
Nunquam dolori defuit ingenium ſuo.
Nunquam eriget tropheum ullum vecordia.
Nunquam exuunt mores leo aut vulpecula.
Nunquam incipe amare, aliquando odiſſe quem potes.
Nunquam indnit ſenectam honoris ambitus.
Nunquam interemptus dormiens eſt fulmine.
Nunquam latet quem prodit innocentia.
Nunquam libido repperit finem ſui.
Nunquam choro comprehenditur livor Deûm.
Nunquam locuſta lucam protulit bovem.
Nunquam tribuno oppeſſulata janua eſt.
Nunquam ullibi ſalutem repperit fuga.
Nunquam una nautam fecit navigatio.
Nuſquam invenire quietam exeandeſcentiam eſt.

O.

O *Dij boni, quidnam in vita hominis eſt diu?*
O *grata quàm res es malorum oblivio!*
O *quàm eſt beatus cui fas pro patriâ mori.*
O *ſanitatis dulce contubernium.*

Ob luxum in urbe ſæpe fit ſeditio.
Oblivionis utique Bacchus eſt parens.
Obmurmurantem quisnam ſervum ſufferat?
Obnoxia eſt dolo audax confidentia.
Oblata caſu etiam ad conſilia flectere eſt.
Obrepere hominibus ſi potes; Deo haud potes.
Obſcæna quamvis membra ſint, tamen foves.
Obſcæna quis non cum pudore protulit?
Obſonium è mari petas juſtiſſimum.
Obſonium homini ſanguis eſt, feris cibus.
Obſonium ſal omnium antiquiſſimum eſt.
Obſonijs quoque ipſis ſal obſonium eſt.
Oculi magis fideles ſunt homini auribus.
Oculo nihil vicini eſt invidentius.
Oculi profectò ſunt feneſtræ mentium.
Odi ſophiſtam qui ſibi ipſi non ſapit.
Odio malos qui non habet, ipſus eſt malus.
Odioſa res eſt, promptè carpere alterum.
Odioſum hominum genus, officia exprobrantium.
Odiſſe turpe eſt quidpiam quod adjuvat.
Odit ſenectam, amat juventutem Venus.
Offenſa naſci non poteſt de gratia.
Oleribus una antiſtat braſſica omnibus.
Omittet hic offenſas, ille differet.
Omnem dies adimit homini ægritudinem.
Omnem ferendo vincere eſt injuriam.
Omnes beati & omne quod volunt habent.
Omnes colit virtutes, unam qui colit.
Omnes mala, eheu, ſuſpicamur, non bona.
Omnes opes, omniſq; egeſtas à Deo eſt.
Omnes timori ſerviunt, omnes ſpei.
Omnes ubiq; amare mera eſt inſulſitas.

Omnis genus est superbiæ exaltatio.
Omnis mali remedium mors vel unicum est.
Omnis molesta est quæ exprobratur gratia.
Omnis saturitas mater est petulantiæ.
Omnis statim premitur suo exemplo nocens.
Omnis tyrannis est illacrimabilis.
Opes egenis eroga atq; fortibus.
Opes iniquas arram habe Infortunij.
Opes, opes, scelerum omnium nutriculæ.
Operi manum adde, & inde Divos invoca.
Opinio semper favet pejoribus.
Opiniones alterius quis ponderet?
Oppedit & cœlo ferox victoriis.
Optant senectam omnes; adepti despuunt.
Oratio fortem facit animi ignaviam.
Oraculum omne cum silentio excipe.
Orant sapientes Græci, stulti judicant.
Oratione haud usquam est divinius.
Orbis pretium terrarum est Domini passio.
Ornatus in luto est indigno dignitas.
Ornatuum minimè omnium constat coma.
Os obligari bovi trituranti nefas.
Os percolas: orationis janua est.

P.

PArare avaritia cogit, frui vetat.
Parcissimè obloquare canum est queis caput.
Parentibus læsis, Deus q; læditur.
Parentibus semper pejores filij.
Pars eloquentiæ, abscondere eloquentiam.
Partum quod est male, malè item dilabitur.

Parum aut nihil refert asino, cui serviat.
Parvas opes tardè pares, magnas citò.
Parvum videre mundum aves? hominum vide.
Pascit canes, adulatores qui fovet.
Pastor malus pascit seipsum non gregem.
Patent honoris omnes omnibus viæ.
Paterni amici, amici cur non sint tui?
Patiare potius ipse quam facias scelus.
Pati pro amico, lucrum amico maximum.
Patrat scelus, per quem patrandi copia est.
Patrat scelus, scelus patrari qui haud vetat.
Patriæ salus patris saluti prævalet.
Pauci ad parentum laudes aliquam addunt suam.
Pauci sciunt quidnam sibi liceat Principes.
Pauci senes fierent medicina ni foret.
Pauci simul casti sunt atq; amabiles.
Pauci sua eloquuntur recto pectore.
Pauperior hoc avarus est quò ditior.
Pax firma ea est, ubi omnium est æqualitas.
Pax longa formam rei deformat publicæ.
Pax omnium rerum, ordinum tranquillitas.
Pacem colunt ejusdem generis belluæ.
Peccat minus qui mox errorem corrigit.
Peccat suis se commendandum qui putat.
Peccata aliena sæpe nosmet ingravant.
Peccata lenis nutrit indulgentia.
Peculiaris est pudor Quiritibus.
Pecunia absq; peculio fragilissima est.
Pecunia Regum, non est regum; egentium est.
Pecuniam plures ducunt quàm conjugem.
Pecuniam qui haud reddit, reddet gratiam.
Pecuniosum haud damnes quamvis sit nocens.

Pedes habent Dei utique, verùm laneos.
Pegaſo excutitur Bellerophon alta dum nimis petit.
Penes indigentes plurimum invidentiæ eſt.
Peperit Amorem mixta Iris Favonio.
Per cœnum ad urbem rectà fertur ebrius.
Per ſe an per alium quis roget, nil intereſt.
Per vim metumq; geſta, iniquè ſint rata.
Perfecta imago Rex virtutis ſit ſuis.
Perfectus eſſe in omnibus nemo poteſt.
Periculum ingens ſpernit à ſe Ignaviam.
Periculo haud caret habitus corporis optimus.
Pericula belli militum ſint, non Ducis.
Periculoſa aliquando feſtinatio eſt.
Periculoſa vitæ omnis mutatio.
Periculosè amicum amicus judicat.
Periculoſum eſt cùm placet quiſquam ſibi.
Periculoſum eſt liberè lingua loqui.
Periculoſum ubiq; eſt liberè loqui.
Perjuria amantum ex alto ridet Iupiter.
Perjurio ligaris, non abſolveris.
Perjurium rebus ferè ſit aſperis.
Permagna terræ cum cœlo eſt germanitas.
Permulta Regum errata ſupprimit favor.
Perplurimum ſenectæ ineſt audaciæ.
Perſæpe ægro fecit medicinam oratio.
Perſæpe alijs qui ſapiunt, non ſapiunt ſibi.
Perſæpe cauſſa fit pudor nimius mali.
Perſæpe currit ultrò infelix ad necem.
Perſæpe fortuita divinatio eſt.
Perſæpe fregit corda egeſtas fortia.
Perſæpe in ipſos hoſtes vertuntur mina.
Perſæpe lætitia obſtrepit facundiæ.

Perſæpe magna pars eſt ingenij dolor.
Perſæpe melior à pejore occiditur.
Perſæpe mille præſtat unum jugerum.
Perſæpe nimia noxæ diligentia eſt.
Perſæpe pacis nomine bellum involvitur.
Perſæpe præſtat proſperis adverſitas.
Perſæpe victis, non vinci victoria eſt.
Perſæpe quæſtus ſtultitiæ imprudentia eſt.
Perſona Opum læta eſt foris, domi anxia eſt.
Perſonam eam indue implere quam pulcrè potes.
Perſpicua quæ ſunt eſſe longa non decet.
Perſuaſionis pharmacum primum eſt pudor.
Peſtifera ſunt venena ſtatim à radicibus.
Peſtis bonorum maxima eſt calumnia.
Peſtis fuit multorum, unius pravitas.
Petas iniquum oportet æquum quei feras.
Petenda habenti haſtam ac parmam victoria.
Petulantia eſt mage adoleſcentum quàm ſenum.
Philoſophus eſt qui haud quærit res ſuperfluas.
Philoſophandum eſt paucis, nam omninò, non placet.
Pigritiam inuſus, pigritia veternum parit.
Pia corda nunquam caritatem deſerunt.
Piſcis profectò ſolus eſt obſonium.
Placere cui ante contigit quam perſpici?
Placere neſcit conſolator lacrimans.
Placet Deo omnis ille cui placet Deus.
Plantam videre vis cœleſtem? hominem adſpice.
Plerisque cæca mens adeſt mortalibus.
Plerumque comes rectè factorum gloria eſt.
Plerumque homini Deus occultè facit bene.
Plerumque magno magna præda cum malo eſt.

Plerunq; oritur tyrannus è victoriâ.
Plerunq; piſci primitus putet caput.
Plorant avari autumnitate uberrimâ.
Plura occupes facundia quàm prælijs.
Plures animorum morbi ſunt quàm corporum.
Plus eſt viciſſe, quàm vitaſſe ſæculum.
Plus in dedecore quàm in dolore ineſt mali.
Plus liberi obligantur matri quàm patri.
Plus militem in pugnâ animus arma quàm juvant.
Plus nos amat Deus, pater quàm filium.
Plus patriæ eſt in te jus quàm parentibus.
Plus patriæ debetur quàm parentibus.
Plus pro altero quàm pro ſe amor verus timet.
Plus proficit ſeveritate benignitas.
Plus plurium nocet ducatus quàm juvat.
Plus quàm accipit refundit fundus fertilis.
Plus urit ignis ſub Nepa, quàm ſub Cane.
Plures Opum condi, promi pauciſſimi.
Pœnæ minoris ſocietas ſolatio eſt.
Pœnæ unius ferè metus fit plurium.
Populo eſt voluntas legis inſtar Principis.
Porta itineri cuicumq; vel longiſſima eſt.
Portus laborum ſalve nox mortalium.
Poſſunt mori, ſed non & vinci martyres.
Poſt calamitatem gaudium eſt jucundius.
Poſt judices, in cœlis Divi judicant.
Poſt magna prælia & imbres largi decidunt.
Poſtrema pacta derogant prioribus.
Potentior jure eſt, potior qui munere eſt.
Potum magis jejunus quam cibum adpetit.
Potu fames, cibo at non ſolvitur ſitis.
Præclara quænam non eadem ſunt ardua?

Præeſſe

Præesse res pulcerrima est volentibus.
Prædæ innocens cunctorum nascitur lepus.
Præpone amicos veros vel parentibus.
Præsaga valdè est rebus mens improsperis.
Præsens calamitas quàm futura plus premit.
Præsentia oblectant magis quàm absentia.
Præsentibus meliora cuiq; absentia.
Præsentis est lex temporis necessitas.
Præsidia vitæ sunt æterna, literæ.
Præstant alij in sago, alij præstant in toga.
Præstantioris haud semper victoria est.
Præstare in arte Musica vix regium est.
Præstat docere vitâ quàm sermonibus.
Præstat scientia excellere quàm potentia.
Præstat semel mori, habere semper quàm male.
Præter quietem vult alia omnia ambitus.
Præterita linque; consulas præsentibus.
Prætori habetur pro nullo omne quod parum est.
Prævaricatur arator, nisi adorat solum.
Prævisa tela, si nocent, minus nocent.
Prata floreis, astra cœlum, Reges ornat veritas.
Pravum haud facit, sed pravum ostendit vanitas.
Pretiosior anima una rebus omnibus.
Primum tacere discas, postmodò loqui.
Princeps sciat non exsequatur omnia.
Privatus urbe Theseus est quam condidit.
Prius in viros fremit leo quàm in feminas.
Prius meditere probè negotium quàm geras.
Pro corporis exercitio etiam est saltatio.
Pro dignitate fas & jus de se loqui.
Pro jure ubiq; stat Fortuna gentium.
Pro lege habet suam impotens lubidinem.

Pro lege longam habeto consuetudinem.
Pro lege ubivis mos valet vetustior.
Pro monstro extemplo est, quando qui sudat tremit.
Pro se Imperator non timet, sed pro suis.
Probabilitas pro judicandi regula est.
Probo adfricare suam improbitatem amat malus.
Probo improboq; necessaria est benignitas.
Probrosa apud suos pati miserrimum est.
Procedere possunt mentes quàm oculi longius.
Proclive non est nosse seipsum cuilibet.
Proclivis ultrò passim misericordia est.
Proclivius nihil est alium quam carpere.
Prodesse vitæ, munus est sapientiæ.
Proditionum mensa frugi haud est capax.
Productè prodigum esse amatorem addecet.
Professioni cede, non scientiæ.
Prohibere non audent Duces obnoxij.
Proles fere similis parenti nascitur.
Prolixa ne sint verba quæ sunt aspera.
Promptissimè pares cum paribus congreges.
Prona ad miserationem est invidentia.
Pronuntiatio etiam est exercitatio.
Propensa ad misericordiam est benignitas.
Propinquus est naufragio quisquis navigat.
Propriæ ultioni fas commune præferas.
Proprium Dei misereri, proprium parcere.
Proprium tyranni est, nulli amico fidere.
Prudentiæ res inimicissima crapula est.
Prudentum egestas etiam frangit pectora.
Pudere posse magnus est scortis pudor.
Puella pulcra dotis instar maximi est.
Pueros minuto consoleris crustulo.

Pugnantium crescit cum pugnâ gloria.
Pugnare noli cum te fortioribus.
Pugnare secum non grave est; levissimi est.
Pugnare vis contra Hydram? fœnori accipe.
Pugnat catellis animal omne pro suis.
Pugnis stimulos si cædis, manibus plus dolet.
Pulcer licet sis, non venustus es tamen.
Pulcrè admoventur ipsis fontes vitibus.
Pulcri nihil latere diu prorsus potest.
Pulcrum quod est, haud fortuitò nascitur.
Pulsâ ire nube clarior solet dies.
Pulsa prius quàm alterius intres in domum.
Purgare si vis alios, te purga prius.
Purges caput: nam sensuum palatium est.
Pusilla grandi haud subjacet cladi domus.
Putere cuncta credit, os cui putidum est.

Q.

QUæ carpis in alio, facere ipse ne audeas.
Quæ consuluntur neminem cogunt tamen.
Quæ ducit ad vitam via angustissima est.
Quæ facere te pudet, pudeat & dicere.
Quæ non fluunt aquæ attrahunt putredinem.
Quæ non manu sunt in tua, à Deis pete.
Quæ parta facilè est temnitur victoria.
Quæ porriguntur dexterâ, lævâ haud cape.
Quæ pulcriora sunt probi obvertunt foras.
Quæ tenuiora, & saniora corpora.
Quæcunq; laudas æmulari eadem decet.
Quæ vult annus quacunq; nocte somniat.
Quæcunq; opes largitur inopia est bona.

Que-

Quæcunq; terra vacua, sunt & publica.
Quale est caput, talis præstatur & sapor.
Quam quisq; norit artem, eandem exerceat.
Quàm stulta pravè judicat sententia!
Quam suscipis personam, eandem & implcas.
Quarenda certè virtus post pecuniam.
Quærenda non est rebus ars in maximis.
Quærenda virtus, sed quasitas post opes.
Quærens Deum perenne quærit gaudium.
Quærit magis Deus te quàm munus tuum.
Quales heri talis famularis est manus.
Qualis quis animo est, talis incessu venit.
Quàm Rex timetur, tam timere cogitur.
Quàm sæpe inimicum inviti heredem linquimus!
Quamcunq; tempus urbem, patriam facit. (mala.
Quàm-plurima herclè homini omni ex homine sunt
Quamplurimos morbi medicinam perdocent.
Quamplurimum est in poculis audacia.
Quando hoc erit? quando illud? pueri quæstio est.
Quando impetit bos cornibus domesticos?
Quanquam bonum non facimus, laudamus tamen.
Quandoq; crimen proditur silentio.
Quantum adjcis moræ, tantum aufers gratiæ.
Quantum ô bonum est perferre posse injurias!
Quantum potest sapientia cum potentia!
Quantum voles habebis qui minimum voles.
Quavis cloaca fœdior servus gulæ est.
Queis est parum agri, illum metuuntur passibus.
Quem pauperavit sors, injustè audit malè.
Quem vult Deus perire mente orbat bona.
Quemcunq; fortem grandior facit metus.
Quemq; ad suum æquum est esse quæstum callidum.

Quem-

Quemvis diem pro festo habet vir approbus.
Qui bene conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum.
Qui credulus est, idem est & incautissimus.
Qui deprecatur utiq; injuriam intulit.
Qui diligit fratres, parentes diligit.
Qui doctus est, amicorum haud unquam est inops.
Qui fert martyrium suomet baptizatur sanguine.
Qui fortior est vincit, non qui innocentior.
Qui furem agit, mentitur idem & pejerat.
Qui inimicus est, non protinus interfector est.
Qui judicat absq; affectu, rectè judicat.
Qui literas didicere, plus duplo vident.
Qui merum quærit bonũ, quærit quæ unius sunt Dei.
Qui multa avet pauper; dives qui nil avet.
Qui multa habet multis vicissim idem indiget.
Qui navigant medio sõlum exoptant mare.
Qui nescit uti parvo æternum serviet.
Qui nil agit, bene agere quæso quei queat?
Qui nil habet proscribere ejus nil queas.
Qui nil laborat, is nil cùm est opus tenet.
Qui non gerunt laudanda amant inscitiam.
Qui non potest Venerem, crepidam ejus arguit.
Qui non suos male ledit hostes, adjuvat.
Qui non vetat peccare cùm potest, jubet.
Qui nullum inimicũ habet, is nec ullum amicũ habet.
Qui pauperi misereatur, Domino fœnerat.
Qui pejerat timet homines, contemnit Deos.
Qui perdidit omne quod fuit, fit impudens.
Qui perseverat, quod nequit vis obtinet.
Qui primus est, non semper est & optimus.
Qui proximum juvat, quoq; ipsum se juvat.
Qui regere se nequit, regum est deterrimus.

Qui

Qui rexerit ſe, totum item orbem rexerit.
Qui ſeſe habet, contemnit habere cætera.
Qui ſorte honos contingit, ambitu caret.
Quibuslibet melior opibus laus publica eſt.
Quicumq; amat ferventer ſæpe reſpicit.
Quicunq; cantat magè lætatur quàm dolet.
Quicunq; homo eſt frugi facit rectè omnia.
Quicunq; laudat virtutem, laudat Deum.
Quicunq; ſummo adſpirat, vel medium obtinet.
Quid aliud innocentia, quàm eloquentia eſt?
Quid dulcius jucundiusq; lumine?
Quid gloria eſt, quid ſunt opes, quàm ſomnia?
Quid ira quæſo quàm initium eſt inſaniæ?
Quid literarum eſt dulcius commerciis?
Quid miſerius eſt in vitâ, velle quàm mori?
Quid noſtro habet dolore opus, qui non dolet?
Quid poſſit aliud ſtulta ſtultus quàm loqui?
Quid pulvis intumeſcis erga pulverem?
Quid ſe nimis lutum ſupra lutum efferat?
Quid ſufficit illi cui 'Deus non ſufficit?
Quid ſunt opes niſi fomites ignaviæ?
Quid? tu putas poetas quæ ſentiunt ſcribere.
Quid vita noſtra eſt quam peregrinatio?
Quid vita tota eſt præter punctum temporis?
Quidquid bonum eſt, cognatum item eſt concordiæ.
Quidquid coactum eſt parvo durat tempore.
Quidquid Deus promittit, ipſemet facit.
Quidquid facilè obtinemus, facilè ſpernimus.
Quidquid libet Proteus ſolet eſſe Ægyptius.
Quidquid ſupervacuum eſt, intemperantia eſt.
Quidquid volunt, ſtatim Sabini ſomniant.
Quidvis facilè fallas præterquam inſcitiam.

Quidvis jubet pauperies & facere & pati.
Quidvis potest cogi; relligio non potest.
Quieta mens mandata scrutatur Dei.
Quietiores sunt boni usque quàm mali.
Quis admovet tormenta confitentibus?
Quis aptet infanti cothurnos Herculis?
Quis aulicorum lucro haud supponit manum?
Quis esse possit cœcus ad formas bonas?
Quis nam suos docere patres audeat?
Quis non aliena facilè pericula deserat?
Quis non sui assurgat præstantioribus?
Quis non redeat in gratiam cum mortuo?
Quis optima haud præponat jucundissimis?
Quis pauperi unquam credidit pecuniam?
Quis præferat leges hominum cœlestibus?
Quis sponte conscisçit sibi infortunium?
Quisquis bibit proclivis est in lacrimas.
Quisquis dolorem vindicat, nil respicit.
Quisquis nimis placet sibi, omnibus displicet.
Quisquis placet vulgo, sapientiæ displicet.
Quivis fidem homini curioso derogat.
Quivis sui est profectò interpres optimus.
Quo grandior crudelitas hoc tutior.
Quo grandior persona, hoc crimen grandius.
Quo longior pugna hoc corona honestior.
Quò minus restat viæ, plus quæritur viatici.
Quo mollior potestas, hoc securior.
Quo pauciora quis optat, hoc est ditior.
Quò pauciora tractas, erras rarius.
Quo parcat animo quisque plurimum interest.
Quo plus bibere Parthi, hoc sitiunt amplius.
Quo quid mage est inane hoc valdius sonat.

Quo rariora quaq3, honora hoc sunt magis.
Quo senior est anima hoc fit & florentior.
Quo tritior via est, eo est & tutior.
Quocunq3 stultus verbulo percellitur.
Quod alteri das amplius haud jam est tuum.
Quod anchora est navi id spes est mortalibus.
Quod ars potest, & usus, id & virtus potest.
Quod astra in tenebris, hoc inter malos boni.
Quod corpori panis, menti eruditio est.
Quod cuiq3 carum est, hoc idem venerabile.
Quod dat Deus bonum malumve id accipe.
Quod est bonum, hoc habere quivis non potest.
Quod fructuosum est, & bonum putaveris.
Quod ignis auro, hoc animis est afflictio.
Quod imperat necessitas & impetrat.
Quod intus operantur mali, damnant foris.
Quod omnium primum est, est & verissimum.
Quod optimum est, hoc est idem rarissimum.
Quod quis facit per alterum, ipsemet facit.
Quod quisq3 avet, quoq3 ilicet fingit sibi.
Quod quis tulit rapinâ, non deponitur.
Quod tangit omnes, jure & omnes comprobent.
Quod vincitur facilè, facilè contemnitur.
Quodcunq3 adest, æqui bonique3 consulas.
Quodcunq3 licuit Jovi olim, hoc regi licet.
Quodcunq3 sorti accedit usuram autuma.
Quoquo modo possis, colas ritè Deos.
Quorum improbas opinionem, hos improbas.
Quosvis amores solvas contumeliâ.
Quot curiales, tot tyranni civium.
Quottidiè aliquid addiscens fit senex Solon.
Quovis cibo parasitus perduci potest.

Quovis die dominos opes mutant suos.
Quovis modo fas vincere adversarium est.

R.

RApere atque abire semper consuevit lupus.
Rarissima absq; lacrimis victoria est.
Rarissimè idem & verbis & factis valet.
Rarò antecedit cognitionem affectio.
Rarò malefacta colloquijs curaveris.
Rarò omnibus placet sententia optima.
Rarò vomit quicunq; crapulæ imperat.
Rarus sapiens in patriâ mortuus sua est.
Rationis omnis expers, omnis improbus.
Rationis omnis planè egena pravitas.
Ratione rerum agendum est, non libidine.
Re commendetur, non auctoris nomine.
Rectè inchoatæ & exitus rei est bonus.
Rectè ordiare semper à tuo lare.
Rectè valere res est jucundissima.
Rectum atq; justum est ex usu quod publico est.
Reddit statim homines ebrios potentia.
Redit tyrannis cum otio crudelitas.
Redhibere rem raptam, beneficium nego.
Regi nequit res publica absq; injuriâ.
Regina rerum consuetudo est omnium.
Regna plurimi colunt, ipsos reges paucissimi.
Regnum mereri pulcrum est innocentiâ.
Regnum omne regno grandiori subjacet.
Regnum tenent in concionem rhetores.
Regnorum interitus Principum dissensio.

Relinquit homines ultimus omnium Ambitus.
Remedia ſunt pro nullis quæ adſunt ſerius.
Remedio oportet abeſſe contumeliam.
Rempublicam ferè una continet fides.
Repente liberalis, intendit dolos.
Repugnat ægritudo fortitudini.
Res maximæ haud ſciuntur à quamplurimis.
Res ſunt ferè turpiſſimæ mortalium.
Rem feminarum vir natus malè attigat.
Rem puram ab impura re contingi nefas.
Rem ſæpe totam partis jactura integres.
Rerum miniſtri puniendi atrocium.
Rerum omnium orbis eſt ſuus mortalium.
Rerum omnium, ordo præſidium eſt, ſi non parens.
Rerum ordinem non ſervat infelicitas.
Rerum ſatias præterquam bellicæ omnium eſt.
Rebus bonis lætare, dole contrariis.
Rebus malis amicus omnium eſt optimus.
Rebus nocet calumniator publicis.
Rebus novis & nova ponenda nomina.
Rebus omnibus pulcris ſaturitas adverſaria.
Rebus ſecundis adſita inſolentia eſt.
Rebus ſecundis cuinam amicis eſt opus?
Rebus ſecundis maximè colas Deos.
Rebus tuis paciſcere fortioribus.
Retrahi nequitur quoquo progreſſa eſt ſemel.
Reverere alios, ſed neminem quàm te magis.
Rex imperat bonus ſuis volentibus.
Rex jure præſtet omnibus queis imperet.
Rex maximè regni mediam partem occupet.
Rex Perſa menſâ & participat canes ſuâ.
Rex ſeſe eundem præbet omnibus bonus.

Rex talis eſt, quale ejus contubernium eſt.
Rex verus omnis anteit virtutibus.
Regis character una beneficentia eſt.
Regis nocet morbus magis quàm civium.
Regis propria eſt vigilantia atq; induſtria.
Regis voluntas legis inſtar eſt ſacræ.
Regis voluntas pro jure omni judici eſt.
Regi à Deo unico omnium utiliſſimum.
Regi & magiſtro debita obedientia eſt.
Regi fidem ſervato, ſed magis Deo.
Regem ô beatum mortuos qui conſulit!
Reges coluntur non ſui cauſſa, aſt opum.
Reges quidem timemus, at Leges magis.
Regum timore nulla res funeſtior.
Riſu jociſq; haud parentatur mortuis.
Rumoribus ſervi ulciſcuntur balthea.

S.

Sacrilegus eſt qui è publico captat lucrum.
Sacrum aut profanum habeas, parvi hodie penditur.
Sæpe abitus eſt trux hoſpitis ſuaviſſimi.
Sæpe ad perniciem agi ſolet ſinceritas.
Sæpe adde parvum parvo, facies maximum.
Sæpe efferatur ipſius in rabiem dolor.
Sæpe eſt metus, non indolis, modeſtia.
Sæpe ipſa pauca proſunt, ac fructus ferunt.
Sæpe opprimunt ficta cauſſa innocentiam.
Salſa litant mola qui tura non habent.
Saltem arborem dignam eligas ſuſpendio.
Sanè timet legem Imperator Juliam!
Sapiens, futuris jam modò adſuescas malis.

Sapiens nequit vocari ignarus qui Dei est.
Sapiens reponit omnem in seipso spem sui.
Sapientis est inter malos non insici.
Sapientis haud usquam errat divinatio.
Sapientibus & pro responso est silentium.
Sapientia aliud nil ipsa est quàm felicitas.
Sapientia multa, at tempus sapientissimum est.
Sapientia omnibus artibus præstantior.
Sapientiæ fortuna exigua intervenit.
Scientiam ingenio ac labore compares.
Saporibus lingua una cunctis regula est.
Scandunt eôdem quò dominus minæ ac timor.
Scire imperare, res vel difficillima est.
Scopum ferire nisi jaculatus sis, nequis.
Se damnat ipse Rex malos qui promovet.
Se ledit ipsum, qui alium quærit ladere.
Se melior est duplo hostem qui vicit semel.
Se nemo sanat alterum qui vulnerat.
Se proditores primos vendunt omnium.
Sese afficit, qui afficitur, contumeliâ.
Se vendit ipse qui danistæ se obligat.
Se vindicare nemo invitus cogitur.
Secreta vix est ut reticeat femina.
Secretum an ullum credis esse divitis?
Sectata non est unquam fucum veritas.
Secundiora respuunt silentium.
Secura egestas nulla curis angitur.
Secura nulli prava conscientia est.
Securitatis mater oblectatio est.
Securius nil uspiam innocentiâ.
Sedes honestè plus sat, si in medio sedes.
Seditionem excludit omnem æqualitas.

Sellis duabus qui ſedet, vtraq; excidit.
Semel malus, præſumitur ſemper malus.
Semper boni maliq; conjugatio eſt.
Semper Dei natura pauperi favet.
Semper dolet ſuperbus, ſemper ringitur.
Semper doloris remedium eſt oblivio.
Semper Labor Sumptusq; adeſt Virtutibus.
Semper locum relinque pœnitentiæ.
Semper loquuntur garruli, nullum audiunt.
Semper mage homines illa quæ abſunt quærimus.
Semper manet liber, mortem qui deſpicit.
Semper naturæ cum virtute convenit.
Semper nocet pudor cui non ratio ſua eſt.
Semper ruinæ anteambulo eſt ſecuritas.
Semper ſenectæ rectè à juvene ceditur.
Semper ſimultas inter eſt conterminos.
Semper timetur rex, uſus mendacio.
Semper tyrannos proximè ſedent mali.
Semper tyrannus à viris nudis perit.
Senectus à rebus gerendis avōcat.
Senes minimè tentantur peſtilentiâ.
Senſus juſtitiæ eſſe non quit, ſi non ſunt injuriæ.
Senſus mali, mali eſt & emendatio.
Senſu perempto haud eſſe quis poteſt miſer.
Sentire aliud quàm dicere, eſt mendacium.
Sequere officiis, neſcis ſequi quem corpore.
Sequitur ſuæ naturæ quiſq; ſemina.
Sermo gravis malos non frangit; corrigit.
Sermonis eſt nutrix idem ſilentium.
Sermone blando & mentem adulteres bonam.
Sermone multo magna virtus paſcitur.
Sermone quæ peccamus re ipſa pendimus.

Serpentium morſus ſerpentes non petit.
Serva nocentem ab eo damnari ſi cupis.
Servanda vel juſtitia adverſus infimos.
Servare depoſitum, eſt ſervare rem ſacram.
Servare rem mage arduum eſt quàm perdere.
Servat ſuam ferrum naturam in ignibus.
Servi eſſe ſolent heris vtibiles qui timent.
Servile prorſum eſt excuſare ſe omnibus.
Servire ventri morbus eſt turpiſſimus.
Servis novis quis res ſtatim credat ſuas?
Servit magis paterfamilias quàm imperat.
Si bos ferit cornu bubulcus plectitor.
Si ceteris coli vis, ipſum te colas.
Si cupis ſperare quod vis, & feras quod accidet.
Si deficit fides, oratio perit.
Si dives es, bene audies, licet malus.
Si flere miſero non licet, flendum eſt magis.
Si gloriam vis adſequi, ipſamet fuge.
Si parva curas, gerere res magnas nequis.
Si pauper es, malè audies, licet bonus.
Si ſummus eſt dolor, neceſſe eſt ſit brevis.
Si turpe quid patrant Dei, non ſunt Dei.
Sic poſſide tanquam diurna ſint opes.
Sic vive, ne fruſtra te natum exiſtimes.
Sic vivito hora tanquam adeſſet ultima.
Signata furem non nimis pecus timet.
Silentium moleſtum eſt inter pocula.
Simplex ſit omne Numini quod conſecras.
Simul cum amictu veſtis ponitur pudor.
Simul eſſe neſcit diſſidium ac beatitas.
Simul ſapere atq; misereri res ardua eſt.
Simulata frandi ſæpe locum parat fuga.

Simulatio quædam virtutum est vanitas.
Sine justitiâ esse ipsa injustia non potest.
Sine justitia esse non potest concordia.
Sine justitia nihil valet prudentia.
Sine principio minime finem cognoscere est.
Sine sycophanta nulla alibi res publica est.
Sine veritate nulla ars est, nulla ars erit.
Sitim mage ac magis bibendo accenderis.
Situs decor rerum omnium in concordia est.
Sodalis haud est luctui silentium.
Sol luminibus, Amor sed mente cernitur.
Sola expedit fieri urbe Spartana senem.
Solæ viros pariunt Lacenæ unà & regunt.
Solas opes habebis quas donaveris.
Solvit pudorem dura castigatio.
Solum rei torquentur crimen qui negant.
Solùm sibi immanes natæ sunt belluæ.
Somno similis est Morta profundissimo.
Somnus merumq; inimica diligentiæ.
Sors destinata ne quidem effugitur Deo.
Sortem omnium jugi Deus versat rotâ.
Spectanda caussa, non fortuna est, in malis.
Spectanda hominum mage utilitas quàm gratia.
Spectanda vel in jure maximè æquitas.
Speranda nulla ab irâ gratia est bona.
Sperare nil concessum agris nocentibus.
Sperat Metelli quisq; fortunam sui.
Spes lenta quamvis semper pascit exules.
Spes maximum est solatium infortunio.
Spe præmij non curat Æsculapius.
Spes sæpe fallit impudentem audaciam.
Spes sunt nihil vigilantium quàm somnia.

Splendescit usu ratio, inusu agit situm.
Spinam timet quicunq; non carpet rosam.
Spoliare victos jure fas est bellico.
Statim fidem cuicunq; habet verbo innocens.
Stridore minimo elephantum terreas suis.
Stulti bonis haud capiuntur præsentibus.
Stuporis est ab eodem lædi sæpius.
Sua imputant errata maritis femine.
Suavis est laborum præteritorum memoria.
Suavissima est propè terram navigatio.
Suavissima omnis post litem concordia est.
Suavissimus somnus qui idem est altissimus.
Suavissimum omnium obsoniorum sanitas.
Sub hebete multas rege uxor patrat neces.
Sub sole nil est quod non constet ordine.
Sub veste vili sæpe fastus delitet.
Sub vili amictu sæpe fastus delitet.
Subclaudicant, cum claudo queis consortium.
Subeunda invidia solùm res ob maximas.
Successus omnis fœtus arrogantiâ est.
Summæ nihil tuti usquam potentiæ est.
Summas opes, summam virtutem existimes.
Summi doloris caussa summum gaudium est.
Summum decus profectò regium est decus.
Summum Deo sacrificium obedientia est.
Sumuntur & mores à conversantibus.
Sunt fœta multis bella acerbitatibus.
Sunt magna multa, maximum sed est Locus.
Sunt magna multa, mundus est at maximus.
Sunt nequiores nummi veteribus novi.
Sunt præferenda utilia amœnioribus.
Sunt pulcra multa, sed nil orbe pulcrius.

Sunt quædam in alto rerum ſecreta omnium.
Sunt valida multa, neceſſitas validiſſima eſt.
Sunt verba naturalia, haud arbitraria.
Superbia eſt tumorq́; regnum divitum.
Superflua ſunt ſine quibus vivere poſſumus.
Superſtitioſus odit & metuit Deos.
Surdæ ſunt aures, cùm animus alias res agit.
Suſpecta cuinam medici fiat potio?
Suſpecta cui non ſit maris ſerenitas?
Suſpecta laus eſt quæ ore cognati venit.
Suſpecta quæq; extremum habent periculum.
Suſpectam habe Fortem, Dea eſt leviſſima.
Suus pudor quidam eſt etiam impudentiæ.
Suo labore omnes alit vir ruſticus.
Suos ubiq; mores vir retinet gravis.

T.

Tabulæ pares ubi ſunt, abſolvitur reus.
Tabulas ſequitur ſemper novas ſeditio.
Tacere nequeat ſtultus inter pocula.
Tacere poſſe haud fatui eſt, eſt ſapientiæ.
Tacere ſumma aliquando eſt eloquentia.
Tacitè dolere proprium eſt ignaviæ.
Tales catellæ planè ſunt, quales heræ.
Talis pueros, ſacramentis fallas viros.
Tam Muſa Bacchum bellè ac Nympha diluit.
Tam paupere eget dives quàm pauper divite.
Tandem ex barathro emergit alto veritas.
Tandem ipſius error interit telis ſuis.
Tandem ſui fortunam criminis pudet.
Tanto beatior es quanto collectior.

Tan-

Tantum ijs nocet quibus ineſt ignorantia.
Tantum ſemel juravit in vita Hercules.
Te noſcito ipſum: neſciunt id plurimi.
Te patere vinci linguâ, ſi re viceris.
Telum ultimum eſt ac maximum neceſſitas.
Tempus ferè magiſter eſt mortalibus.
Tempus loquendi novit, qui novit loqui.
Tenax amoris gluten animus mutuus.
Tenere non eſt facile, nudus qui effugit.
Tentatio ſi nulla eſt, nulla oratio eſt.
Terram omnium ſubit poſtrema Gloria.
Terram ſubire vivum, non Neronium eſt.
Terrentibus Divis & Hector fugerit.
Terrere fortem majus eſt quàm occidere.
Teſtes amor nullos verus deſiderat.
Theſaurus uſque plenus beneficentiæ eſt.
Timere multos non vis? unicum time.
Timet ſuos tyrannus: Rex timet ſuis.
Tolle arbitros, & tollis munificentiam.
Tonante demum felix ſit Cato Jove.
Tota humilitas noſtra eſt, ſeipſum cognoſcere.
Toti parum adde, ſi totum haud vis perdere.
Totius eſt rectrix vitæ eloquentia.
Totum evenire quiſque credit quod timet.
Totum puſillo corpus livet vulnere.
Tractanda læta haud triſtia in convivijs.
Tragœdiæ non ſunt implendæ pauperes.
Tragœdia orta fermè ab ignorantiâ eſt.
Tranquillitas animi fructus ſuaviſſimus.
Tranquillitatem compares laboribus.
Tranquillitate haud fructus ullus dulcior.
Tranſiſſe vix credit ſollicitus quod timet.

Trepidante vultu proditur mendacium.
Tributa tantùm Principes augent mali.
Triplex funiculus difficilius rumpitur.
Tua res agitur cum paries ardet proximus.
Turpe erga amicos utier prætextibus.
Turpe est fieri animo nigrum albente jam comâ.
Turpe est senectæ vinci ab adolescentiâ.
Turpe hostibus, sed amanti cedere turpius.
Turpe incipit simulatq; honestum deficit.
Turpis salute pro patria nullus timor.
Tutela regum summa civium favor.
Tutissima urbs, æqualitas in qua viget.
Tutò tacet cui fari honestè non licet.
Tutum est Deo cui tutor patrimonium.

V.

VAcare culpâ maximum est solatium.
Valent ubiq; jura plus quàm dextera.
Ubi arma non sunt, ibi loquaris liberè.
Ubi caritas annonæ, ibi messis divitum est.
Ubi caritas, ibi lex supervacanea est.
Ubi crimen admissum est, caussam illic audias.
Ubi desinunt vires, ibi fraus incipit.
Ubi Dominus odit, fit nocens, non quæritur.
Ubi est amor ibi sollicitudo proxima est.
Ubi est Amor, Tuum Meumq; inde exsulat.
Ubi est honor, ibi quoq; arrogantia est.
Ubi Hannibal est, ibi belli arx, ibi caput.
Ubi Imperator, ibi & fortuna lautior.
Ubi ira cunq;, ibi nec umbra gaudij est.
Ubi lex viget, floret quoque eloquentia.

Ubi locorum cumq; Helena est, Troiam puta.
Ubi opus ad unguem spectat, arduissimum est.
Ubi quis furit, crimen voluntas non habet.
Ubi timor, ibi legum est observatio.
Ubi turpitudo, ibi utile esse non potest.
Ubiq; cunctis noxia est socordia.
Ubiq; mors est: mille ad hanc patent viæ.
Ubiq; muscæ mensa, ubiq; prandium est.
Vecordium magistra est experientia.
Vectigal homini magnum est parsimonia.
Vel actionum maxima omnium otium est.
Vel falsâ opinione gravabitur pudor.
Vel maximam urbem unus malus commoverit.
Vel mente sola animoq; furtum perpetres.
Vel vultu in ipso regium elucet decus.
Veneranda res est, verùm instabilis gloria.
Veniam impetrat sibi ipse ignoscit qui alteri.
Veniam meretur peccatum ignorantiæ.
Venter mola est: supra modum nil injice.
Verba optimè balbus balborum intelligit.
Verbis loquatur quisq; sæculi sui.
Verbo magis puerum arguas quam verbere.
Verbum Dei ipsa veritatis regula est.
Veri locum in bellis opinio obtinet.
Vestis calorem vestis frigus discutit.
Vestita nunquam, semper nuda Gratia est.
Veteres triremes littus abjectæ occupant.
Veterrimus homini amicus, amicus optimus.
Vexant columbas, corvis veniam dant mali.
Vexatur inter plurimas canes Lupus.
Vi non bene agitur causâ ubi potest agi.

Vicarius est Ægyptijs Nilus Jovis.
Vicinitatem avari habent pro injuria.
Vicisse voluptatem est voluptas maxima.
Victâ pietate cuncti nunc aurum colunt.
Victoria amici & nostramet victoria est.
Victus comes vitiosi pestilentia est.
Victus semel, nulli hostium est formidini.
Videtur optimum omne quidquid quæritur.
Vidua suam rem diminuunt, augent viri.
Vigente bruma ventilabrum fabrica.
Vilescat omne quidquid est prater Deum.
Vilissima est mors duriter viventibus.
Vim temperatam in majus & Dij provehunt.
Vim vi repellas iure quovis gentium.
Vincas facilius quosdam quàm persuadeas.
Vincit Deo adjuvante iners Ignavia.
Vincit parens à filio qui vincitur.
Vinci unicam Natura non sinit famem.
Vincuntur ipso sæpe consilia impetu.
Vindemiam vis tollere? stercus tollito.
Vindicta docili sæpe patet solertiæ.
Vindicta quævis proxima est injuriæ.
Vindictæ amici vitam Achilles posthabet.
Vinum bibentis commodat se moribus.
Vinum illicò, sed non & mustum inebriat.
Vinum vetus lauda, novasq; fabulas.
Vini pretiosi fax & pluris venditur.
Violentæ quosq; mors consumit optimos.
Vir melior à pejore læsi non queat.
Viri boni est, bene agere cum periculo.
Viri optimi est spectare lucrum publicum.

Virtus amici mortui haud exſtinguitur.
Virtus egena laudis citrà pulverem eſt.
Virtus mage ſolida naſcitur quam fingitur.
Virtus minimè inter belli capitur præmia.
Virtus nequit ſuccumbere multitudini.
Virtus Opum certè perennis adſecla eſt.
Virtus ſequenda ei ſequi vult qui Deum.
Virtus ſibi una atq; unica ipſa præmium eſt.
Virtutis auſpex Veritas primaria eſt.
Virtutis eſt loco malis mendacium.
Virtutis eſt res continere gaudium.
Virtutis eſt ſignaculum, haud merces honor.
Virtutis expers, verbis jactat glorias.
Virtutis haud juvat abſque actu poſſeſſio.
Virtutis ingens eſt adminiculum pudor.
Virtutis omne præmium in conſcientia eſt.
Virtutem egeſtas, divitiæ vitium tegunt.
Virtutem in hoſte etiam oſculantur adprobi.
Virtutem, vt umbra, uſq; uſq; ſequitur gloria.
Virtute nil civili homini præſtantius.
Virtute in ipsâ tota ſita eſt ſapientia.
Virtutibus hoſtis omnibus jactantia.
Virtutibus quaſi œſtrum eſt æmulatio.
Vis claudere os inimici? ante os claudas tuum.
Vis divites natos relinquere? fac bonos.
Vis gloriam obtinere? ſperne gloriam.
Vis illicò Orbem tollere? pacem tollito.
Vis imperare regiè? ſervi Deo.
Vis patrem amare? ames ipſius filium.
Vis perdere gregem ovium? paſtorem tollito.
Vis ſcire qualis ſit Rex? voci attendito.
Vita abſque amicis felix eſſe non poteſt.

Vita invidiam : ipsâ nil periculosius.
Vita omnis expers nemini est incommodi.
Vitæ ac saluti consulendum cuilibet.
Vitæ bonæ exemplo malos sat corrigas.
Vitæ genus nullum exsors est molestiæ.
Vitæ severæ condimentum urbanitas.
Vitæ unica adsita est ſpes consolatio.
Vitam abjicit citius vir quam fidem bonus.
Vitare Charybdim cupiens in Scyllam incidit.
Vitiare scripturas quæ abundant non solent.
Vivus videnſq; suum Imperium amisit Nero.
Vix ad senectam durat homini audacia.
Vix audiunt vocem ullam Reges liberam.
Vix dona grata sunt, deest queis comitas.
Vix est vt haud idem mendax sit debitor.
Vix invenias aliquem qui displiceat sibi.
Vix invenire expers laboris gaudium.
Vix nomine ipso nota Temperantia est.
Vix nuntiet bonus, nedum Deus mala.
Vix perpetrantur res magnæ absq; affectibus.
Vix Rex amat cui obligatum se putat.
Vix vel casam veris amicis impleas.
Vix unus arteis plures dextrè exerceat.
Ultra gulam voluptas nulla permeat.
Ultrà Herculis columnas ire nemini est.
Uncto à corio nunquam absterrebitur canis.
Unguenta homines recreant, sues animâ exuunt.
Unâ loquuntur voce leges cum omnibus.
Unoculus inter cæcos regnum possidet.
Uni senecta debita est facundia.
Unum ad diem sat est deflere mortuos.

Uno oſcitante & oſcitabunt ceteri.
Volunt habere pacem mentis carmina.
Votis malis iratus pro armis utitur.
Votis parentum aurem applicat piam Deus.
Vox eſt ovi una, homini voces ſunt plurimæ.
Vox umbra facti eſt: ergo utrumq; conſonet.
Vocem audire ſe Daniſta ubiq; credit debitor.
Vocem quoq; ingens ipſam intercludit dolor.
Urbs nulla templis, nulla Divis urbs caret.
Urbs quæ eſt viris munita, muris non caret.
Urbes procellas, rura portus nomines.
Urbium pendet ſalus à pœnis atq; præmijs.
Urgentibus ne cedas, palma præmonet.
Urtica amœna ſæpe proximâ eſt roſa.
Uſura nullas ſola neſcit ferias.
Ut eſſe ſervus vult herum, eſſe ſic ſolet.
Ut eſt bona ſic quædam mala verecundia eſt.
Ut flamma ſic facilè fovetur gloria.
Ut formâ homines ſic & natura differunt.
Ut Luna ſic ſors fronte eadem haud permanet.
Ut optimus quiſq; eſt minus eſt & ſuſpicax.
Ut parturit mons, illicò mus naſcitur.
Ut ſeculo parcatur, abſolvas reum.
Uti licet populo Deûm donarijs.
Uti dolo, ſervile mage eſt quam regium.
Utilia multa, at virtus utiliſſima eſt.
Utinam hac carere poſſemus moleſtia!
Utiq; ultimus vir Romanorum eſt Caſſius.
Vulgus ſimul ad fortunam offendit frangitur.
Vulgus viris haud ſat fidit prudentibus.
Vulgus ſe dignum quid ſit, cognitum haud habet.

Vult approbari vitæ testes qui adhibet.
Vultu parentes ladere ipso, item est scelus.
Uxor marito haud ornat se, sed publico.
Uxor quid faciat, in manu non est viri.
Uxoris est dos prima morigeratio.

TROCHAICI,

vel

QUASI.

TROCHAICI.

A.

A gradu ſcala ſecundo haud eſt venire ad ſeptimũ.
A malis ceſſatio, veniæ eſt opus non gloriæ.
A minora ſcelera ad magna adſcendit uſq; pravitas.
A Muſis alienum id omne eſt Jupiter quod non amat.
A tuis crudelius necaris, quàm ab extraneis.
A voluptate & dolore Numen omne diſſitum eſt.
Abſit vt ſit parvus ulli agri modus quo ali poteſt.
Abſq; amicitiâ nec ædes ulla, nec ſtare urbs poteſt.
Abſq; amicitiâ vitalis eſſe vita cui queat?
Abſq; amico ne quidem jucunda nobis patria eſt.
Abſq; animo haud movero corpus, nec animum abſq; corpore.
Abſq; feris ſimul ac tyrãnis truncæ virtus Herculi eſt.
Abſq; magiſtratu durare quæ queat reſpublica?
Abſq; nævo in orbe toto repperire neminem eſt.
Abſq; nervis ambulare poſſe homines, medici negant.
Abſq; pace ſuſtineri neminis corpus queat.
Abſq; perſecutione nullus ſervus eſt Dei.
Abſq; Sole nox perennis adforet mortalibus.
Abſq; teſte caſtigato, laudato ſub teſtibus.
Abſq; vi metuq; vix eſt vt rem mutes publicam.
Abſtine à cibo qui ad edendum haud eſurientes ſuſcitat.
Abſtine à potu haud ſitientem qui ad bibendum ſuſcitat.

Abſtinere honore, ambitio ſæpius præpoſtera eſt.
Accidunt gravius quæ præter expectationem accidũt.
Accipiat potius pugil plagam, quàm ut vitet turpiter.
Acrius urit re ſecunda interpolata adverſitas.
Ad curam juvenum ac ſalutem Amor miniſter eſt Deûm.
Ad leges natura rerum humanas non componitur.
Ad manus primum eſt veniendum ubi irrita eſt legatio.
Ad metalla quis damnatos negitet eſſe divites?
Ad mores honeſta multum confert educatio.
Ad parentum liberi ferè mores deducimur.
Ad peccata conniveto civium rebus malis.
Ad rationem nemo, cuncti ad ſimilitudinem vivimus.
Ad ſalem ac cuminum amici, amici jucundiſſimi.
Ad ſapientiæ ſtudia ingens læva ſors viaticum eſt.
Ad ſui defenſionem promptus eſt quivis malus.
Ad tyrannum qui intrat, exit ſervus, liber ſi fuit.
Ad ventrem auribus carentem verba facere eſt arduum.
Ad vindictam injuriarum, ſcriptæ leges omnium.
Affectus ſupercilij eſt juſto eſſe ſubjectum amplius.
Adfliguntur opibus mores ſæculi vel optimi.
Adjuvat perſæpe natus claritudinem patris.
Admiratio ingens verba non parit, at ſilentium.
Admirationis expers non eſt eloquentia.
Admirere alios homines nimis potius quàm tempſeris.
Admodum multos Fames, at plureis crapula abſtulit.
Admodum periculosè raditur liber leo.
Adſcribenda filiorum virtus eſt parentibus.
Adſidet Jovi Jus & Fas: cur non vobis, Principes?
Adſtringas natos magis meritis quàm pactionibus.

Adver-

Adversaria, Invidia est solummodò felicibus.
Adversus clientem nemo dicit testimonium.
Æde in omni talis ordo est, qualis & in exercitu.
Ædes in quam lac asininum infertur, certè morbida est.
Ægret omne corpus membris multis ægrotantibus.
Ægri à morte, de morbo ipso sera disputatio est.
Ægrius maledicta inimici quàm malefacta concoquãt.
Ægrius virtute cedat quis quàm fortuna alteri.
Ægrotante corpore anima cuiq; vel sanissima est.
Ægrotare se qui nescit quei queat curarier?
Æqua lex est castitatis hinc viro inde femina.
Æquè ignavia homines ad famam profert atq; industria.
Æque in verbis invenitur atq; in rebus vanitas.
Æquitatem difficulter servat, præstans omnibus.
Æquitatem gratiamq; Pluto flocci non facit.
Æquo animo sapiens, iniquo stultus vitam deserit.
Æquori Alpheus miscetur nec trahit salsuginem.
Æstima virum bonum haud à sorte verum à morib.
Æstimamur de sodale ignoti nostris moribus.
Ætatem uni mus cubili nunquam committit suam.
Alea leges iniquas jura non solvunt fori.
Alitum quascunq; pennas penna aquilina devorat.
Alius odit principatus, alius odit principes.
Alteri esse non potes quin sis tibi ipse injurius.
Alteri nocere caussa commodi haud licet sui.
Alteri potest optare quis quod jam ipse perdidit.
Alteri habere honorem nescit, ipse qui haud habet sibi.
Alteri qui facilè jungitur, is facilè & disjungitur.
Alteri qui formam uxoris laudat, sæpe eâ excidit.
Alterius cui placet sors, nimirum est odio sua.

Alterius gaudere morte non est animi nobilis.
Alterius memor inconsultus est amor, & sui immemor.
Alterius periculosè te obligabis debito.
Alterius quei conservet pudorem, amisit qui suum.
Alveos in plures amnem diduc, lenior fluet.
Ambitiosa ingenia plus mali conantur quàm boni.
Amplia quàm maximè bonum, malumq; contrahe.
Amplitudines virtutum nullis cohibe finibus.
An quis armis aut fide ante Germanos mortalium est?
An reus est, sententiam qui dicit inter judices?
Angeli est in ipsâ carne præter carnem vivere.
Anima non potest videri, sensibus nec percipi.
Annus ac dies monet hominem sperer ne immortalia.
Ante cogita unde solvas, & sic sume mutuum.
Ante discrimen feroces sunt pavidi in periculo.
Ante patrem filios sepulcro abdi, præposterum est.
Appetis dominatum demens præmaturè præcocem.
Applicandæ leges rebus potius, quàm res legibus.
Approperato; ne post tempus prædæ præsidium pares.
Aptior bello est alumnus ruris, urbis incolâ.
Aptius haud est facilitate ad amicitiam viaticum.
Aptius nil ad tuendas est opes quam diligi.
Arbitri locum fortuna rebus in cunctis tenet.
Arbor cæsa potest renasci: cæsus vir semper jacet.
Arbor deterioris terræ succo sæpe deperit.
Arbores vetustiores difficulter subruas.
Arbores vetustiores difficulter transferas.
Arborum frugumq; vota, sedere diutinas nives.
Arca plena quid prodest si inanis conscientia est?
Arctè habent suos parentes contentesq; liberos.

Arctius

Arctius Deo cohæret plura qui à Deo petit.
Arduum est alibi vixisse, alibiq; caussam dicere.
Arduum est belli atque pacis simul excellere laudibus.
Arduum est quid persuadere ventri, qui aures non habet.
Arduum non est movere urbem, arduum est componere.
Arma non sumenda sunt pro amico contra patriam.
Armatura fortiori idem bonum est quod mœnia.
Armatura permaligna est improbitas contra improbũ.
Arrogantis est negligere de se quis quid sentiat.
Asperat morbum haud suo medela sumpta tempore.
Asperis facta est potens Romana res, non prosperis.
Aspidis vulnus pusillum est, attamen in mortem sopit.
Assidet Jovi Jus ac Fas, Jus ac Fas usq; ut patret.
Auctior redit frequenter spreta in tempore gloria.
Aucupum modo assentator vocem Regem est æmulus.
Audiant senem juvenes, juvenem audiere quem senes.
Audiens Ducis dicto haud est miles re gestâ malâ.
Audire ac tacere rerum est omnium arduissimum.
Auferas inique multis uni post quod præbeas.
Auferunt sordes quibusq; gestis omnem gratiam.
Avida simul & nescia est potiundi honoris vanitas.
Aurea omnia habere dum vult rex Mida, interit fame.
Auribus facilè apprehensis circumfertur amphora.
Auribus mortalium citiùs mala quàm bona accidunt.
Auribus res est molesta oratio prolixior.
Auribus sunt delicatis est quibus fors prospera.
Auribus sunt delicatis fors quibus non prospera est.
Auriga optimus nec omni vincit in certamine.

Aurum

Auro malumnus carere & gemmis quàm arrogantiâ.
Aurum habenas pravitatis, aurum virtutis tenet.
Aut cum rege nil loquendum est, aut loquenda Veritas.
Aut non vtimur vulgò divitijs, aut abutimur.
Aut propter fidem aut ſalutem juſtus bellum geras.
Aut Regem non alloquare, aut alloquare ſuaviter.
Aut regit ſuperbè multitudo, aut ſervit infimè.
Axitioſa annonam caram è vili concinnant viris.

B.

BAlneum reficit deſeſſos, victores encomium.
Balbutire patri cum natis parvulis ſuaviſſimum eſt.
Barbaræ ſtatim patent duci veterano aſtutiæ.
Barbarûm æmulationes ſunt in amore acerrimæ.
Bella ne quidem ſuo gerunt cum genere beſtiæ.
Belligerandum cum tyrannis, non eorum cum bonis.
Benevolentiam quamcunq; conſuetudine augeas.
Bis alibi forſan peccare, verùm in bello non licet.
Bis peccat qui pretium meriti ab improbis deſiderat.
Blandos uſq; atq; uſq; amicos, certos hoſteis ducito.
Bos item ſeneſcit, extant multa facta ſed bovis.
Bruta naturam magis ſequuntur, quàm humanum genus.

C.

CÆca, Fortuna eſt cæcosq; quos complexa eſt efficit.
Callidiſſimum animalium habeto homini quod adhuc incognitum eſt.

Calceus

Calceus rectus demonstrat pulcritudinem pedis.
Campus amplus justitiæ, at benignitatis amplior.
Captam avem putato, quanquam ano teneas tantum pede.
Captus hostis, non jam est hostis: nomen gestat supplicis.
Cara cui virtus celebri usq; usq; grassatur via.
Caritati raritas sermonum infert dispendium.
Caritati respondere nolle, vtiq; impudentiæ est.
Caritatis pars magna, erga pauperes miseratio.
Caritate septum oportet esse, haud armis Principem.
Carnium dulcissimæ sunt, carnium quæ nil habent.
Castigandus maximè est amicus rebus prosperis.
Castigandus minimè amicus rebus est improsperis.
Castigatio valet cui mixta est obsecratio.
Caussa fœnus perfidiæ, fœnus radix mendacij est
Caussa non facit tyrannos, infortunium facit. (*tur.*
Cernimus mage in alijs, quam in nobis, ubi delinqui-
Certè major est animorum, corporum præsentiâ.
Certè si sapiens sapit saluti erit sapientibus.
Certus amicus antehabendus & soli longè & sali.
Cœnat optimè ambulando quisquis obsonat famem.
Cetera à servis, regendi sed servi ipsimet abs hero.
Circumi sepulcra, luctum si lenire vis gravem.
Citiùs obrepit senectus cunctis quàm putaverant.
Civis nullus est laudandus, nisi sit è republica.
Civem unum servare malis, mille quàm hostes perdere.
Cives rege pro bono omnes audiunt, omnes vident.
Civium manu perire præstat quàm cum civibus.
Civium salute continetur & salus tua.
Civium si res valet privata, valet & publica.
Civium sub rege egeno intuta est gaza largior.

Civitas haud libera est in qua non est æqualitas.
Civitatis sunt æterna & ipsa æterna gaudia.
Clarior doctrina multò est, crebra exempla quam juvant.
Clariores longè morum, quàm majorum imagines.
Clave sermonis reserantur clausi arcana pectoris.
Clave sermonis reseres amoris plenitudinem.
Cæca Fors est efficitq; cæcos quos complectitur.
Cæca non es ô Fortuna: cæci sunt qui in te incidunt.
Cæcæ opes sunt obscuræq; quæ non sunt spectaculo.
Cæcæ prorsus sunt opes egentes spectatoribus.
Civibus tuis placere vis? placeas ipsus Deo.
Cogitatio honesta mentem purat, turpis inquinat.
Cogitat suas usuras nocte dieq; debitor.
Coguntur alijs parare lucra, qui nolunt sibi.
Comicum magni momenti quei sit testimonium?
Comis esto cunctis, at è mille fide nemini.
Commodi privati caussa, iniquè prodas publicum.
Commodius nil est quam semper cum sapientiâ loqui.
Commodum malus fert ex re nulla, bonus ex omnibus.
Comparare vis amicum? absentem tolle laudibus.
Comparat vivum thesaurum amicum quisquis comparat.
Compares citius tibi virtutem quàm custodias.
Concha margaritum, tellus aurum fert, spina rosam.
Concipit contempta diras, non preces, benignitas.
Condimenta multa sunt, sed ignis omniũ optimum est.
Conjecturas sequimur omnes fermè, non scientiam.
Conjugem pauciſſimi, omnes eligunt pecuniam.
Conjugum bona ac mala item se immiscẽt civitatibus.
Consecrat rosa corollas Musis, qui ipsas diligit.
Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet.

Consiliarijs imputanda haud sunt peccata Principum.
Consiliariorum est tempus omnium vel optimus.
Consilio quavis nocentem dignum pœna judico.
Consilio vis mixta hominem figurat, amens belluam.
Conscientiæ tribunal ferre suæ nemo potest.
Conscium evasisse possis, sed non conscientiam.
Consilium datum ab omnibus est, pauci sumpsere periculum.
Consilium impedit voluptas, rationi adversaria.
Constitit plerisq; magno habuisse conjuges Deos.
Consul ac Dux fastuosus sit; tribunus serviat.
Consulatus fert repulsam si Cato repellitur.
Consulit bene is cui usus, charitas, os liberum est.
Contemnuntur ij qui nec prosunt sibi nec alteri.
Contra se ipse misericors est qui vult prodesse improbis.
Contra vim, tutela templorum aut nulla aut precaria est.
Contrahunt amicitiam omnia, dissipant Discordiam.
Contumeliam majoris ne quidem fert arrogans.
Copia est ubi ingens, ingens etiam ibi indigentia est.
Corporis manus totius dicas propugnaculum.
Corporis morbum medicina; animæ morbum mors removet.
Corporis trunci sacerdos, omnis res est mali.
Corpora quæ cito calescunt, eadem frigescunt citò.
Corpori animam mancipare res vel injustissima est.
Corrigit quamplurimos unius castigatio.
Crebra Regum civibus minimè usui est mutatio.
Creditum tibi aurum, enixè serva; verba sed magis.
Credulos magnidicis verbis fallere haud est arduum.
Crimen haud est improbitatem nosse, at illi assuescere.
Crimen facti habet, tacitum intra se ullum qui volvit scelus.

Crimi-

Criminosior culpa est, ubi status est honestior.
Cujus robur haud strategi nutritur præconio?
Cui damnato gratulandum est, ei jus dicas lenius.
Cui domo uxor est mala, habet gymnasium patientiæ.
Cui licet quod vult, ferè idem plus sibi vult quàm decet.
Cui mens nulla est omnia timet, confiditq; nemini.
Cui minuta curæ non sunt, & majora negliget.
Cui res hostium sunt notæ maximè, est dux optimus.
Cui non es par actione, illi ut par sis voto vide.
Cui valetudo aut senecta adversa, castris exeat.
Culpa fontis est, non alvei, parce rivus si fluit.
Culpa paucorum communi juri iniquè derogat.
Cum bonis satius jacere est, cum malis quàm vivere.
Cùm dolet mens, cuncta oculorum spernit oblectamina.
Cùm malus blanditur, telo tum vtitur novissimo.
Cùm miserrimum sit flere, quam miser est cui id non licet?
Cum parentis occisore colloqui piaculum est.
Cuncta cogit experiri vis malorum etiam feras.
Cuncta deferunt natura bruta haud voluptatibus.
Cuncta honesta, cuncta justa regibus sunt barbaris.
Cuncta in luce se benefacta collocarier volunt.
Cuncta prodit tempus, tempus veritatis filia est.
Cuncta quæ jubar vident solare Volupia serviunt.
Cupiditatem facilius contempseris quàm expleveris.
Cur quæ non das ipse amicis hæc ab eis desideres?
Cura hodierna: quippe nulli cognita hora crastina est.
Curetes bello Ætolig; pereunt ob caput suis.
Curiositas soror gemella est invidentiæ.
Curiosus est qui alieno ponit in choro pedem.
Curiosus non comœdos, sed tragœdos inspicit.

Cymbalis

Cymbalis tubisq; longe ſuavior vox tibiæ eſt.
Cupiditati inſtar totius vitæ una eſt dieculæ.

D.

DAmna non patitur perfecta caritas abſentiæ.
Damnum ipſum dediſſe videtur, damni cauſſam qui dedit.
Dant egeni operam voluptati, haud operam dant liberis.
Dat ſenectus orbitasq; plurimum licentiæ.
De rogo haud domo exſtruenda oportet cogites ſenex.
De potentiore pœnas exigit ſublimitas.
De virtute nullum adhuc trophæum erexit pravitas.
Debet & inſervire multis, multi cui inſerviunt.
Debitor quoq; eſt in multis vel ſanctiſſimus Deo.
Decipienti me ſemel, malè Divi; at bis, faxint benè.
Decolorant hos delicta aliena quibus conſentiunt.
Dedecus ſubit poſtremum conjugem qui verberat.
Dedecet bonum, nedum Deum ipſum pœnitentia.
Dedecoras avos, eorum ſi virtutes negligis.
Dedecus imperij ferè probro privato jungitur.
Dediti omnes ſunt rei privatæ, pauci publicæ.
Deeſſe terra, in quâ vivamus, in quâ obeamus non poteſt.
Deliter privata ſub communiore inſcitiâ.
Deme præmia iniquitati: nemo erit gratis malus.
Des potius etiam non dignis quàm dignos ut negligas.
Des potius ne quis delinquat, quàm ob delictum, præmia.
Deſipit cui pœnitere comparatur præmio.

Desuetudo pigritiam, pigritia veternum parit.
Deteriores sunt parasitis qui convivant diviti.
Devoravit natu matrem Relligio gazam ut parit.
Dies hic tertius, cum nihil egi: die quarto moriar fame.
Dicta cuncta tanti habentur, quanti is est qui protulit.
Dicta Principum, æquè vitam eorum quàm facta indicant.
Difficile est mediocritati operam dare in convivijs.
Difficilius inquinare filios quàm perdere.
Dignior fide usq; vitu sit quàm sermo Principum.
Dignitatis custos est firmissimus modestia.
Dignitatis virtutisq; largitio obliviscitur.
Dignus est honore, honorem quem premunt, non sublevant
Diligendi liberi sunt, sed minus quam patria.
Diligentiâ serves tuam rem ac parsimoniâ.
Disciplina est immortalis: est caduca pecunia.
Disciplinæ animo conjunctæ nullo intereunt tempore.
Discipuli quodcunq; peccant pædagogus plectitor.
Dissimulatus intellectus, si non prodest, nil nocet.
Dissolutus sentiat quid de se quisq; negligit.
Dives avarus perit ab opibus, pauper avarus ab fame.
Dives non est qui indiget aliquo, nec pauper qui haud indiget.
Dives sis licet, dives non es tamen dum navigas.
Dividat patrimonium frater major, eligat minor.
Divites nihil sibi putant timendum, etiam rei.
Divites habere natos cupiunt omnes, non bonos.
Divites rebus beati sunt supervacaneis.
Divites quanta habeant cernis, quantis egeant non vides.

Diviti quoq; absq; injuria esse publico licet.
Divitias alijs dum tribuit liberalis, accipit.
Divitias odisse, quid nisi genius inanis gloriæ est?
Docti postquam prodierunt, desierunt esse boni.
Doctores loquendi habemus homines, tacendi Deos.
Doctrinarum amara radix, fructus at suavissimus.
Doctus in locis alienis civis est non exterus.
Dona carent Virtutis fructu, dona carent sortis side.
Dote freta subservire postulant sibi viros.
Dormientem inimicũ, an vigilem vincam, nil interest.
Dona plus examinant, quàm iusta qua sint, indices.
Dulce habere qui cum sic loqui, ut tecum, omnia audeas.
Dulcis altrix est senectæ pura conscientia.
Durat ætatem mediocris honor, nimius vix vel diem.
Dum ferente duceris aurâ naufragio ipsi prospice.
Dux alijs minora mandat, sibi sumit validissimum.
Dux bonus nou tantũ à fronte, verùm à tergo prospicit.
Dux & auctor auferendus est cupientibus nova.
Dux solummodo dicetur, ut dicentur milites.

E.

E Ferociore pullo equum ars facit longè optimum.
E foro haud redi priusquam amicum ibi paraveris.
E malis boni creantur sæpe ut è bonis mali.
Eadem dicta eademq; oratio æqua non æquè valet.
Ebrii lingua omne prodit, corde hæret quod sobrii.
Ecqua civitas perennet æquis absq; legibus.
Ecquis comiter monstrare renuat erranti viam?
Ecquis ei credat alienos, ipse suos qui prodidit.
Ecquis est qui colla subdat legibus post laureas?
Ecquis escam viliorem à delicatu sumpserit?
Ecquis est qui nos custodit, si Dominus nos deserit?

Desuetudo pigritiam, pigritia veternum parit.
Deteriores sunt parasitis qui convivant diviti.
Devoravit natu matrem Relligio gazam ut parit.
Dies hic tertius, cum nihil egi: die quarto moriar fame.
Dicta cuncta tanti habentur, quanti is est qui protulit.
Dicta Principum, aquè vitam eorum quàm facta indicant.
Difficile est mediocritati operam dare in convivijs.
Difficilius inquinare filios quàm perdere.
Dignior fide usq; vita sit quàm sermo Principum.
Dignitatis custos est firmissimus modestia.
Dignitatis virtutisq; largitio obliviscitur.
Dignus est honore, honorem quem premunt, non sublevant
Diligendi liberi sunt, sed minus quam patria.
Diligentiâ serves tuam rem ac parsimoniâ.
Disciplina est immortalis: est caduca pecunia.
Disciplinæ animo conjunctæ nullo intereunt tempore.
Discipuli quodcunq; peccant pædagogus plectitor.
Dissimulatus intellectus, si non prodest, nil nocet.
Dissolutus sentiat quid de se quisq; negligit.
Dives avarus perit ab opibus, pauper avarus ab fame.
Dives non est qui indiget aliquo, nec pauper qui haud indiget.
Dives sis licet, dives non es tamen dum navigas.
Dividat patrimonium frater major, eligat minor.
Divites nihil sibi putant timendum, etiam rei.
Divites habere natos cupiunt omnes, non bonos.
Divites rebus beati sunt supervacaneis.
Divites quanta habeant cernis, quantis egeant non vides.

Diviti quoq; absq; injuria esse publico licet.
Divitias alys dum tribuit liberalis, accipit.
Divitias odisse, quid nisi genus inanis gloriæ est?
Docti postquam prodierunt, desierunt esse boni.
Doctores loquendi habemus homines, tacendi Deos.
Doctrinarum amara radix, fructus at suavissimus.
Doctus in locis alienis civis est non exterus.
Dona carent Virtutis fructu, dona carent sortis fide.
Dote fretæ subservire postulant sibi viros.
Dormientem inimicũ, an vigilem vinciam, nil interest.
Dona plus examinant, quàm iusta quæ sint, iudices.
Dulce habere qui cum sic loqui, ut tecum, omnia audeat.
Dulcis altrix est senectæ pura conscientia.
Durat ætatem mediocris honor, nimius vix vel diem.
Dum ferente duceris aurâ naufragio ipsi prospice.
Dux aliis minora mandat, sibi sumit validissimum.
Dux bonus nox tantũ à fronte, verùm à tergo prospicit.
Dux & auctor auferendus est cupientibus nova.
Dux solummodò ditetur, ut ditentur milites.

E.

EFerociore pullo equum ars facit longè optimum.
E foro haud redi priusquam amicum ibi paraveris.
E malis boni creantur sæpe ut è bonis mali.
Eadem dicta eademq; oratio æqua non æquè valet.
Ebrii lingua omne prodit, corde hæret quod sobrii.
Ecqua civitas perennet æquis absq; legibus.
Ecquis comiter monstrare renuat erranti viam?
Ecquis ei credat alienos, ipse suos qui prodidit.
Ecquis est qui colla subdat legibus post laureas?
Ecquis escam viliorem à delicata sumpserit?
Ecquis est qui nos custodit, si Dominus nos deserit?

Ecquis est qui se meliorem non alijs existimet?
Ecquis pro salute jacta Neptuno imputaverit?
Ego cum genui tum moriturum scivi, & ei rei sustuli.
Ego illum perijsse duco, cui quidem perijt pudor.
Eheu quàm nihil summæ usspiam est tuium potentiæ!
Eia quid jucundo amico sanus comparaverit?
Ejus ad laudem inclinamus, cujus amor nobis bono.
Ejusdem hominis est audire vera velle & dicere.
Eminus vident senes qui cominus cæcutiunt.
Eorundem est excitare magna mala, ac compescere.
Eriguntur ad amulandum animi, laudari quod vident.
Error in culpa est, voluntas quamvis absit crimine.
Errori haud patrocinatur multitudo errantium.
Erubescat ipsum se, qui solus est, præ cæteris.
Esse qui curat quod audit, vitam aget rectissimam.
Esse haberi quod cupis, compendium est ad gloriam.
Esse martyr non potest qui non est in Ecclesia.
Esse nil potest rectum aut honestum absq; verecundia.
Esse sub tyranno malim, quàm exercere tyrannidem.
Est aliud prudenter consulere aliud est feliciter.
Est bonus putandus vitia qui redimit virtutibus.
Est Chorus Theophrasti major, Zenonis concinnior.
Est cultissima in qua nullus cultus est epistola.
Est decus summum, pietatis ergò ferre dedecus.
Est Deo curæ ne virtus maneat expers gratiæ.
Est docenda non cruciatibus afficienda amentia.
Est generi pecuniæq; ætatis honos præstantior.
Est malus malum qui laudat, aut bonum redarguit.
Est miserum non esse cum illo, quo sine esse non potes.
Est necesse navigare, haud est necesse vivere.

Est

Est parum nocere nulli; si non prodes pluribus.
Est prior pugil, luctator alter, cursor tertius.
Est quibus lorica Christus, hostium vim non timent.
Est sitis potior quam undarum gustus ipse exaggerat.
Est supercilium ingens non parere celsioribus.
Est verecundum, debere; haud reddere verecundius.
Est unus timens melior, quam mille filij impij.
Esto prudens aut consilijs utere Rex prudentium.
Et bello valet civili singulorum audacia.
Et genus virtusq́, res si desit, algâ est vilior.
Et nihil paritura saxa ubertas imbrium rigat.
Et pedum suctu priorum sub brumam ursi victitant.
Et sibi senex uxorem ducit & vicinia.
Ex alieno incommodo, non est lucrum, est incommodum.
Ex asini ossibus parata, canora pulcrè fistula est.
Ex eâ quis parte peccat, quâ minus colit Deum.
Ex eis morbi creantur nobis ex queis vivimus.
Ex malis aliorum orator improbè auget res suas.
Ex quibus sit quisq́, non quis ipse item sit quaeritur.
Ex sui cognitione nascitur felicitas.
Ex sui ignorantia omne nascitur infortunium.
Excusare vitia nostra omnes quàm effugere malumus.
Exeat prius de vita in vitam qui venit prius.
Exeat domo jurare si quis vult per Herculem.
Exemplum cape ex amicis quid cavendum ab hostibus.
Exercendo animi levantur, ingravescunt corpora.
Exhibet ingenia hominum vultus, sed tamen mage oratio.

Exige ab hoc usuram crimen quem non est occidere.
Exhibete quod bonum est amori, non formidini.
Exitum rarò beatum ingens facit potentia.
Expiant Regum furores capitibus populi suis.
Exul est tamen miser, illi quamvis adfluant opes.
Exul omnibus diffidit, abhorret ab omnibus Timon.

F.

FAcilè corpore vincitur, animus cuius ante concidit.
Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.
Facta iniusta, ut non auctori, at periculum omnibus ferunt.
Facta quæ sunt, facta ne sint, ne quidem Deus potest.
Falli sæpe ac sæpe oportet, esse qui cupit probus.
Fama quã populus propagat multus, haud prorsus perit.
Fama hominum tunc etiam vivit, cùm esse credas mortua.
Famam amare cum virtute Principis mos est boni.
Familiaritas gravitasq; sedem eandem haud incolunt.
Fas apud Deos, apud homines ius est quidquid Rex jubet.
Fasciis constringe ventrem si famere non cupis.
Felicissimus parentum, à filio qui vincitur.
Felix es? mari annulos immitte, pisces referent.
Felix esse non potest, timere qui non desinit.
Femina absq; viro, absq; labore spes, nihil parit boni.
Femina ebria omnibus fores claudit virtutibus.
Femina est salus domus, domus ruina femina est.
Femina nec formam oportet, nec famam esse publicam.
Femina forma improbè, at non fama item sit publica.
Femina virisq; amores flagrantissimi omnium.

Femina-

Feminarum etiam absq; forma laudatur festivitas.
Feneratori debebis usq; si debes semel.
Feminis mares servirent, nata nisi satias foret.
Fert malè esse avis sibi, pullis suis dum sit bene.
Ficta non durant; cum ætate quod maturuit manet.
Ferrum aut rubiginem; fraudemque odiumque lividus.
Fidum amicum habere malim, quàm gazam omnem Persicam.
Filiæ plus patrem amant, matremq; amant plus filii.
Filiorum cariores, qui similes parentibus.
Filium habere prorsus nullum malim quàm amittere.
Filiorum pædagogus omnium optimus pater.
Filiorum rectè facta honori sunt parentibus.
Filiis adhuc cibum cornix præbet volantibus.
Finis est victoriæ, ne idem agamus victi quod agunt.
Fit privata omnis potestas templi limen ut subit.
Fletus est parum pudicus propero amori qui datur.
Fletus sortis infaustæ verecunda execratio est.
Flagrat patria erga natos plurimo igne affectio.
Flexa non falsa autumare dictio Delphis solet.
Floris instar solstitialis tota humana gloria est.
Flore adhuc in cano poma iam metitur rusticus.
Flumen omne, credit esse pontum mediterraneus.
Fluminis cursum lapillus non moratur perpetis.
Forma femina haud trahit, visus trahit lascivior.
Fœda opum cunctis libido, at in sacris fœdissima est.
Fœditas patet peccati, affectum ubi inde subtrahis.
Fœnerat Deo quicunque æs pauperi credit suum.
Fœnus augetur suâ perunia non solvitur.
Fœneratoris teneri nescit uno æs sacculo.

Forma queis ſtata eſt ferè ſunt perpudicæ feminæ.
Formam oculis uxor mariti ſi approbat ſuam ſat eſt.
Formam tradere quis loquendi, niſi loquendo non poteſt.
Fors dominatur, ulla nec vita ulli in vita propria eſt.
Fortibus geniculans hoſtis imperat clementiam.
Fortis ille eſt, qui non in ſe fortis eſt, ſed in Deo.
Fortis in mortem cogatur, non cogatur in preces.
Fortitudo haud fortitudo eſt, cui Juſtitia deficit.
Fortitudo haud in ſtupore, ſed dolore vulnerum eſt.
Fortitudinem haud ſecundis, verùm adverſis æſtimes.
Fortitudinis viaticum eximium eſt jactantia.
Fortium entheo furore pectus implet muſica.
Fortium memoria, honore conſecratur Numinum.
Fortium virtutes ſunt & hoſtibus miraculo.
Fortius neceſſitate nil: ei ſubſunt omnia.
Fraudis atq; inſidiarum & perfidiæ ſunt plena omnia.
Frenum equos, ſuperſtitio gubernat multitudinem.
Frigidâ candens exſtinctum ferrum aquâ nimis riget.
Frontis obſequijs fucatæ præfer contumelias.
Fructuoſior actio eſt, ſed contemplatio altior.
Fructuoſum interdum jure de ſuo decedere.
Fructus abſtinentiæ ſtatim ipſam mentem alacrem facit.
Fruſtrà dicimus ſobolem, niſi quod vocatur exhibet.
Funus omne triſte, ſed nil triſtius domeſtico.
Fucus eſt juventæ, fucus eſt ſenectæ injurius.
Fucus invidusq; laborem aliorum norunt perdere.
Fugimus officij laborem, dignitatem amplectimur.
Funeris mœror, quàm carus urbi fueris indicat.

G.

GAudij mage ſunt quàm luctus literæ interzuncia.
Gaudio in commune avarus triſtior triſtiſſimo eſt.
Gaudium majus moleſtia ubiq; major anteit.
Gaudium malum eſt, ſi non inde unde debet gaudeas.
Gaza res quidem ipſa pulcra: virtus at eſt pulcrior.
Gloria atq; honor labores Principum facit leves.
Gloria unius diei præferenda æternitas.
Gloriari de bonis alienis, curta gloria eſt.
Glorioſior eſt triumphus, quem coronavit labor.
Glorioſius eſt redire, quàm non ejici, exuli.
Glorioſius repellas bellum quàm haud admiſeris.
Gnatus adprobet mores ſuos patri, haud regat patris.
Graculi deformitatem deteget vel noctua.
Græci omnes ſciunt honeſta, ſoli at Spartani colunt.
Grandis cautio eſt animum cognoviſſe adverſarij.
Gratia quæſtus adeundum nemini ad rempublicã eſt.
Gratiam duplam meretur non rogatus qui dedit.
Gratiam primo ac ſecundo fac delicto, haud tertio.
Gratiam tyranno habere neceſſe eſt ob fas ac nefas.
Gratiâ tuâ provectus, ſi poteſt, reddet vicem.
Gratior nullus cultus Deo eſt quàm miſericordia.
Gratioſi cuivis ordini omnes argentarij.
Gymnaſium ac palæſtra totam effeminavit Græciam.

H.

HÆc futura quis putaſſet? vox eſt imprudentium.
Hamus ut piſces, voluptas ſic mortales corripit.

Haud Alexandri est furtivam consequi victoriam.
Haud animadvertendum pro potestate ulli intra domum est.
Haud animi rex es excelsi nisi pecuniam despicis.
Haud cruentius bellũ ullũ est, quàm libertas quod gerit.
Haud decet verba egredi ulla portulam convivii.
Haud debet placere in se ipso, in altero quod displicet.
Haud Deo sancti manent, in ipsum qui sunt impii.
Haud Deos adeũt fidenter, mẽs quibus liquida est minus.
Haud digressus ad longinqua est, mente quẽ fas tangere.
Haud est commodum aut honestum, unum in convivio loqui.
Haud fidas Duci, qui nunquã in bello rem gessit male.
Haud iniqua semper est iurisq; visq; copula.
Haud iustum modo est, sed & laudabile hostem fallere.
Haud locus illi in nuptiis, cui animus non est ad nuptias.
Haud locus iustæ est querelæ cùm pateris quod feceras.
Haud locus sermoni honesto ubi bellŭantur Principes.
Haud necessitatis est peccare, contumeliæ est.
Haud parẽ conflictum assumere usus ac torpor potest.
Haud provincia ulli danda rectè facere qui nequit.
Haud requiras omnes si essent iusti fortitudinem.
Haud rogare posse, rogandi vel genus potissimum est.
Haud sat rectè arcana credas non animatis literis.
Haud suaves sunt, temperatæ ni fuerint argutiæ.
Haud telũ mediocre ad res gerendas benevolentia est.
Haud timet fortis laborem: turpitudinem timet.
Haud vacat periculo tyrannidis clementia.
Hæc tu etsi perverse dices, facile Achivos flexeris.
Haud verecunda est juventus ubi pudore egent senes.
Haud unquam satis fida est, ubi iam nimia est potentia.
Hei quam formidandus est sub rege delator malo.

Hei

Hei quàm facilè est voce ab unâ ferre perpetuũ malũ.
Heu quam magnũ oculis dolorẽ pulcræ faciunt Perſides.
Heu miſerrimum cui omne quod libet ſimul licet.
Heu quàm multa mens mortalis adſequi omnino nequit.
Heu quantâ domus ruinâ redimitur vulgi favor.
Heu quantum mali patrare transfugæ ficti queunt.
Heu! quo non ſe eſt effuſura victrix legum audacia.
Heu, voluptatum purarum ignari quàm ſunt Principes.
Hominem noveris dũ vivit; quieſcas ubi eſt mortuus.
Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives.
Hoſpitum ſub formâ ſæpe luſtrant urbes Numina.
Hoſtes aggredi in tenebris, ſignum ignavi militis.
Hoſtibus ſubinde bellum eiſdem inferre noxium eſt.
Humanæ infelicitati patrona eſt neceſſitas.
Humilitas verborũ ubiq; eſt; animi nuſpiam obvia eſt.
Humilitate non elatione contingas Deum.
Humine an ſublime quis putreſcat, ecquid intereſt?
Hymnis digna, non lamentis planctibusve mors boni.

I.

IAculator ſe etiam exercet quamvis abſit æmulus.
Ianuam omnibus delictis mulier aperit ebria.
Id docere, quod novit quem doceas, eſt ſtultiſſimum.
Id quod diſplicet ſtultis profanum, quod placet ſacrum.
Id ſolum poteſt tacere, quod non novit, femina.
Ignorari non poteſt acceſſerit quod maximis.
Illecebra delinquendi magna eſt, adfluentia.
Illecebra ſi abſit, inoffenſa formæ gratia eſt.
Illico morbi elangueſcunt marceſſente corpore.
Illico ſunt vitia nata, ut ipſa virtus gignitur.

Illu-

Illustrissimus fieri vis? tollito illustrissimum.
Imbecilla natura est vt contemnat potentiam.
Imbecillus admodum pudoris custos est timor.
Immemor beneficij hostis est communis pauperum.
Immortalem iram fovere mortales minimè decet.
Imperare dignitas non est modò, ars sed artium.
Imperator civium impar omnium consensui est.
Imperator non exaudit leges arma dum strepunt.
Imperat quodcunq; suadet bene morata oratio.
Imperfecta cuncta garrit corvus contra avem Jovis.
Imperij diuturnitate coalescit Regum audacia.
Imperij una firmitas est civium benevolentia.
Imperita multitudo haud usui est in prælijs.
Imperium quod non crescit Rex victor minui æstimat.
Impingendus est calix mulsi vt plorare desinat.
Improbæ artes sunt voluptas queis ministris vtitur.
Improbè an persuadeare, an vi cogare, haud interest.
Improbi ipsi quod merentur hoc de cunctis sentiunt.
Improbi licet triumphent, sunt tamen miserrimi.
Improbi rident probum, sed non & ridetur probus.
Improbitates bella multorum obtegunt mortalium.
Improbitatis ac virtutis index aurum est optimus.
Improbitatis virtutisq; quilibet rex est sui.
Improbum est lugere fiunt quæ naturæ legibus.
Imprudentibus malorum origo res sunt prosperæ.
Impudica qui loquuntur, impudica diligunt.
Impudens ubi est senecta, juventa impudentissima est.
Impudica adulterum haud distinxerit à conjuge.
Impunè potius lædaris, quam dedaris alteri.
Imputatur, quicquid peccant medici, intemperantiæ.
In bonis semper secundas ferre adulator cupit.

In castris perire Martis præstat, quàm Cupidinis.
In cibo modus potuq; ad pædagogos pertinet.
In discordia civili noxæ est solitarius.
In ducenda uxore mores discutiendi non decor.
In gravi tribulatione locum consiliâ non habent.
In loco est tuto, ultrà exire cujus non queunt mala.
In lucem edito vitæ dux cuiq; Genius est bonus.
In magno imperio ægrè famam retineas clementiæ.
In malis vacare culpâ unum genus solatij est.
In mœrore grandiora quæ tacentur æstimes.
In malis absurda magis sequimur quàm consentanea.
In metallum de metallo effossum quodq; revertitur.
In malis semper priores ferre adulator cupit.
In mari gubernatorem, haud in piscinula æstimes.
In mortalium malis tyrannis postremissimum est.
In pejus ruente toto, partes una item labant.
In periculis pugnisq; solito sis prudentior.
In potentum haud acriter judex requirit crimina.
In puellarum intuere mores, non opulentiam.
In salo rerum potitur Delphin, in solo interit.
In secreta irrumpit, aperta præterit effractarius.
In se amant homines, in alijs non ferunt superbiam.
In sinu fovet serpentem qui beneficus est malis.
In summo timor periculo haud recipit misericordiam.
In regno voluptatis virtus nequit consistere.
In viros legum esto, non virûm in leges auctoritas.
Inchoat opera honesta voluntas, perficitq; occasio.
Incipit ætas à senecta, haud in senectam definit.
Incitantur multi amicorum auxilio ad facinus malum.
Index intimi est amoris conjugum accusatio.
Indecentius nil est quàm imitari quod non neveris.

Indoles

Indoles ſibi bona conſtat etiam in Bacchanalibus.
Infelicius nil illo eſt qui peccat feliciter.
Infortunium eſt parentum, liberorum infamia.
Ingenium bonum malumve quem facit, minimè locus.
Ingeniis donanda non ſunt monſtra, verùm crimina.
Ingenio ex ſuo metitur noſtrum quisq; cæteros.
Ingenuum mage, apertè odiſſe; fronte quàm mentem abdere.
Ingrati ſimulacrum muta repræſentat caritas.
In querelis levamentum triſtis omnis fors habet.
Innocens eſt, non nocet qui leviter, ſed qui nihil.
Innocentem te lex eſſe, curioſum non iubet.
Innocentiæ tributa eſt vox, vitium ſilentio.
Innocentiam qui iactat poſt culpam, culpam duplat.
Innocentium defenſor, ſit vindex & ſontium.
Inſequenda facto, non verbo arceſſenda gloria.
Inſimulatur innocens quidem at nocens revincitur.
Inſipiente fortunato haud quidquam intolerabilius.
Inſpice in canos, & illis facies indignum nihil.
Inſpici poteſt naturæ vis ac ius in beſtiis.
Integros honor dolorq; lapſos ad pugnam incitat.
Integrata amicitia aperit beneficiis locum novis.
Intelligere turpe quod ſit, & pudori maximo eſt.
Inter Æthiopes videre formâ albos mirè eſt volup.
Inter amantes literarum optata ſunt commercia.
Inter funus atq; fœnus aut parum aut nil intereſt.
Interdic patri bonis qui rem ſuam gerit malè.
Intereſt nil num catenam crure an collo geſtites.
Inter pocula & ſuas partes habet ſapientia.
Intereſt nil, veritus in ſe quis ſit, an in liberis.
Intereſt virtutem, magni an vitam parvi quis putet.
Intueri cœlum adacta præ metu ſues tacent.

Intueri è terrâ dulce laborem alterius naufragum.
Invenias bonum facilius unum, quàm plures bonos.
Invidus cui est vicinus, heu, quàm agit miserrimè.
Invidus malus quidem est aliis, sibi est at pessimus.
Invisibilem qui hostem vincit, à visibili haud vincitur.
Involvit sub specie legis crimen circumscriptio.
Ipsum se intueri oportet, qui alterum incusat probri.
Ira quæ rationem eiurat res nullas agit bene.
Iracundiam putato cotem fortitudinis.
Iracundiam vitare nescis? saltem temperes.
Iram si vetes clamare, pennas eius amputas.
Irritus naturâ reluctante quivis est labor.
Ita sunt gloriæ meretricũ; haud multum apparet quod datum est.
Itur ad aram, ad arbitrumq́, ut est inlata iniuria.
Iudici quæ persuadere non possis, ei auferas.
Iudex & tibi esto aliquando, qui sic alios iudicas.
Iudicii plerunque egeni sunt, ingenio qui valent.
Iudicum indignatione vincit accusatio.
Iudicum ne mitior sit legibus sententia.
Iura quædam non lex nobis sed natura tradidit.
Ius nigrum iis sapit se Eurotæ qui lavere flumine.
Ius revocandæ libertatis minimè patronis datum.
Iupiter, meis bonis admisce & infortunium.
Iupiter nec mutuam dat, nec sumit pecuniam.
Ius viola regnandi caussâ: cætera pietatem colas.
Iustitiæ haud modò Lumen unum est, tota tota Lumen est.
Iustè morte eâ peris quam repperisti in alteros.
Iustius furto servantur, quàm evertuntur oppida.
Iuxta ineptum se laudare seq́ reprehendere.

Labitur

L.

LAbitur qui plus poteſt, qui nil poteſt afflgitur.
Lacrimam non opprimas imperio, ſed magis incites.
Ladit omne corpus officuli exigui luxatio.
Lætus eſſe non poteſt quicunq; formidat malum.
Lætus ſum, pater, laudari me abs te laudato viro.
Lævâ Apollo arcum ac ſagittas: Gratias dextrâ tenet.
Lamna aliter ſecat polita, aliter ſqualens rubigine.
Largius fruare Baccho, ſi citò vis fieri ſenex.
Larvarum ſolummodò eſt luctarier cum mortuis.
Laſcivo diverſus habitus exprobat petulantiam.
Latronum incubare abruptis, nidulariq; in petris.
Laus honorq; nimius ipſam etiam efferat modeſtiam.
Laus major boni eſt mariti, quàm Senatoris boni.
Laudibus labore partis plurimo nemo invidet.
Lectionis indeficiens cura parens peritiæ eſt.
Lectione magis firmanda multâ mens quàm plurium.
Lex bona imbecilliorum tradit fortioribus.
Lex regina eſt omnium immortalium ac mortalium.
Legibus boni obſequuntur ultrò, haud invitè, ut mali.
Legibus Cœleſtibusq; ſervit temperantia.
Leniendo hominum labori, olivam Pallas protulit.
Libera eſt minus quæ caris exhibetur ſervitus.
Liberali animo labores merces ſunt ampliſſima.
Liberalitas eſt qui amicis prodeſt, nemini nocet.
Liberi per omne tempus ſunt dolor parentibus.
Liberi quidem mali ſunt, ſervi ſed boni Iones.
Liberis para eripi quod non queat viaticum.
Liberos mali parentes attamen bonos volunt.

Liberos quæ non lactavit, mater haud est integra.
Libertas sine gratia, haud libertas, contumacia est.
Libertate solum utuntur servi Saturnalibus.
Lippitudinis tollendæ gratiâ venam secas.
Linea una in pulvere ducta non facit geometram.
Lippo oculo manum abstinere quin attingas, non queas.
Literas didicisti: quando scis, sine alios discere.
Longè herclè opulenti loquuntur aliter atq; ignobiles.
Longè vota nostra vincunt summi dona Numinis.
Loquere demum ubi non dicturus digna eris silentio.
Lucra sola sunt quibus parens est liberalitas.
Lucubraturus bibebat nil nisi aquam Demosthenes.
Luca bos murem timet, timet Leo gallinaceum.
Ludicris capi haud debebat urbs quæ mater urbium est.
Ludo utendum est, ut satis jam rebus factum est seriis.
Lumen ecquis de suomet lumine accendi vetet.
Lumen est videntium bonum, sermo audientium est.
Lumen ingenij probi ipso elucet & aliquod in joco.
Lux bene acta plus patet quàm non benè actum seculũ.
Lucis affectum trophæi gustus præsens abdicat.
Luxuriæ efferventis æstum, nisi coërces, incitas.
Luxuriosus, juvenis peccat, insanit sed enim senex.
Lympha plus calet marina, quàm fluenta fluminum.

M.

MAjestate modò suis prior est Rex; servus cetera.
Majorem abstinendo quæras quàm fruendo gloriam.
Magna ad parva, parva ad nihilũ attentione deruas.
Magna de parvis, de parvis magna orator conficit.
Magna exempla reperientium regeruntur in caput.
Magna gaudentem difficile est parva contentũ loqui.

Magna ingenia, magna vitia, magnas virtutes ferunt.
Magna magnis indigent negotia adparatibus.
Magna multicùm minantur extricant tamen nihil.
Magna servitus profectò indelicatè vivere.
Magna sit necesse est caussa, amorem magnum quiruat.
Magna ubique mutat mores in pejus potentia.
Magnificentiùs contemnas, quàm fruare pecuniâ.
Magnificentius nil est in aula corpore regio.
Magnitudo patris, natum non producit; obruit.
Magnus esse Dei in oculis vis? esto parvus in tuis.
Magnus est amor ex ipsâ qui venit misericordia.
Magnum ibi commune, ubi privatus est census brevis.
Major hoc injuria est, quo à viliore contigit.
Malim pauper esse sanus, quàm ingens cum morbo Deus.
Major morum habenda ratio Regibus quàm sanguinis.
Major patriæ debetur quàm parenti gratia.
Malo virum pecuniâ egentem, quàm pecuniam viro.
Malim dives ægrotare, valere pauper quam bene.
Maluit mori, quàm exire contra leges Socrates.
Malumus falsò laudari omnes, quàm jure corripi.
Manus verat, priusquam penes sese habeat, quidquam credere.
Mancipium spe libertatis firmes ad mendacium.
Margaritas ante porcos nemo sanus miserit.
Matris est loco privignis vidua ducta illiberis.
Mavelim mihi inimicos invidere, q̃ me inimicis meis.
Mavelim vacare culpa, eam quàm deprecarier.
Maxima hercle simpliciter fiducia est amantium.
Maxima imbecillitas consilii adolescentiæ est.
Maximæ locum faciunt jacturæ opes & maximæ.
Maximæ mortalium res, sunt & incertissimæ.

Maxi-

Maximam natura habet vim? habet fortuna proximã.
Maximam sui voluptas partem habet ipso ex corpore.
Maximè est juxta naturam auctori habere gratiam.
Maximè appetunt honores qui recusant maximè.
Maximè ditatur ille, qui ditari non cupit.
Maximè elabora in illis ad quæ es ipse aptissimus.
Maximè indigent ope ferri, qucis auri affluentia est.
Maximè inservitur illi à quo speratur plurimum.
Maximè periculosa ea sunt consilia, quæ optima.
Maximè Regem venerantur omnes, minimè quem timent.
Maximè sanos etiam dementet assentatio.
Maximè vacant dolore, qui sua ignorant mala.
Maximè viris bonis laus debita est ac gloria.
Maximè ultione gaudent pueruli atque feminæ.
Maximi momenti rebus initium est in omnibus.
Maximum malum inferunt opes se possidentibus.
Maximum sanctissimumq; Natura ipsamet sacrum.
Maturè fias senex, senex diu esse si velis.
Melius est habere Christum in corde quam penatibus.
Medico tantùm hominẽ occidisse lucrosa sit impunitas.
Membrum nullũ tam pusillũ est, corpori quin sit decor.
Mens generosa cuncta amat tentare quàm otiarier.
Mens generosa relligiosam observat diligentiam.
Mens injuriam parit, casus parit infortunium.
Mens victorius assueta cautionis nescia est.
Mensa lautior simul corrumpit & corrumpitur.
Mensa munda, mensa comis, splendidâ est jucundior.
Mense quovis ter maritus minimum visat conjugem.
Menti incumbit exornandæ sapiens, stultus corpori.
Menti ratio, voluptas propria corpori est.
Mentis tumultus lictor nullus submovet.

Mercenarium ære, amicum ſuadâ ac moribus, pares.
Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ, ſeptimũ Orco ſpondeo.
Miles qui timet, certamine abeſt cùm adeſt vel maximè.
Militaris ars ignota redditur per otium.
Militem famemq; ferre agricola non poteſt ſimul.
Militi cicatrix, eſt impreſſa virtutis nota.
Militi pœnæ loco ſubinde contumelia eſt.
Militis adverſus ducem omnis capital contumacia eſt.
Militiæ ratio æquè ab armis pendet atq; à tempore.
Militum mage ſunt favoris quàm virtutis præmia.
Militum peccata jure centurio ipſemet luat.
Minima ſpina calci inhærens toti crux eſt corpori.
Minimè eſt magnus qui ex errore pendet multitudinis.
Minimè magna diſſimulabit, qui adverſit leviſſimis.
Minimè verbis attendendum eſt, facta ubi aliud arguunt.
Miſerum eſt, malè promerita, ut merita, ſi mihi ulciſci non licet.
Mitius nil eſt ape; atqui pungit hæc furem favi.
Mitte in ignem obliteratas duri ærarii ſyngraphas.
Modus adoleſcendi humani corporis ſeptem pedes.
Mœroris ſimulacrum habendum eſt, ſi tegis quo gaudeas.
Mole quod ſuâ laborat eſſe non poteſt bonum.
Morbus eſt juvenum gravis, cùm haud ſuppetunt dictis data.
Moribus pauci coli meruere, plures faſcibus.
Mors aliud nil eſt caloris omnis quàm privatio.
Mors lugenda non eſt quam conſequitur immortalitas.
Mors ultronea actionum ne fuga ſit, ſed actio.

Mos

Mors mala haud ea est putanda, vita quam anteiit bona.

Mors mala haud putanda vita quàm præcessit optima.

Mos medicorũ est in venis deprendere vires corporũ.

Mores leges perduxerunt in potestatem suam.

Morum honestamentis apte corporis ornes gratiam.

Moribus turpissimis sunt se quæ pulcras sentiunt.

Mortuo ne maledic, ejus male etsi à nato audias.

Mortuo inimico moritur ira, oriturq; misericordia.

Mortuorũ aquè ac vivorum res prædatur rex malus.

Mulieri nimio malefacere melius est onus, quàm benè.

Multa humanitus præter fatum atq; naturã accidunt.

Multa perficit quidem vis, plura verùm occasio.

Multa sunt privatis, plura at Principi deformia.

Multa vita habet vias, sed nulla in quâ non sit Dolor.

Multa vivi possunt, at ne mortui mordent quidem.

Multæ Musæ sunt, ut multa multi ab eis bona auferant.

Multas naviga circa urbes; præstantissimam incole.

Multitudo Regem honorat quem timet nimis aut amat.

Multi Reges non pastores populi agunt sui, at lupos.

Multi iniqui atq; infideles, pauci regno sunt boni.

Multi non valent virtute, verùm aliorum imbelliâ.

Multitudinem facillimè in infortunium inferas.

Multis quod volunt Deus non dat, ut det quod utile est.

Multò gravius exspectare pœnam est, pœnam quàm pati.

Multò nexus caritatis arctior est quàm sanguinis.

Multum fert veneni Ægyptus optimi atq; pessimi.

Munia perperam otiosi ab occupato postules.

Munus abjurat cæleste ineruditus nobilis.

Murices calcat, decreta Ecclesiæ qui proterit.
Mus uni cubili ætatem nunquam committit suam.
Musicam docet Cupido, Musices rudissimos.
Musas ipsas criminatur, qui poëtis derogat.
Muta amicitia in monendo est, ubi adulandum ibi est loquax.
Mutuo pudore quodvis indiget connubium.
Mutuo talento inimicum mihi emi, amicum perdidi.

N.

Naturæ nulla ars potest imitarier sollertiam.
Naturale est imperium sequi ultrò præstantissimi.
Naturalis est quidem venus, at non necessaria.
Naturam minus veremur, quàm ipsam consuetudinẽ.
Natus est sapiens Anacharsis secordes apud Scythas.
Nave utrum ferar magnâ an parvâ, unus atq; idem ferar.
Navis anchoris duabus quæ stat fluctuat minus.
Nanta se milesq; laudant absq; ullo prorsus modo.
Ne pingues time ac comosos, sed macros & pallidos.
Ne deliberes facinora, sed patres audacia.
Ne Dei quidem queant Necessitatem cogere.
Ne Deus quidem fortunæ destinata effugerit.
Ne metu ducare mortis, verùm turpitudinis.
Ne quidem ante dictionem caussæ proditor perit.
Ne quidem bono dicenda per jocum mendacia.
Ne fratres quidẽ invenire est unum idemq; qui velint.
Ne quidem hostis hasta in auctione fratres dividit.
Ne quidem in cruce vir bonus rem deseruerit publicam.
Ne quidem á latronibus quiescit dives mortuus.
Ne quidem a pecuniæ avaris liberum est ipsum mare.

Ne quidem feritas Leonum ipsa inter sese dimicat.
Ne quidem ipsis obsequendũ in re improba est parentib.
Ne quidem nisi in diversa genera sæviunt belluæ.
Ne quidem omnibus placet pluit cùm æstate Iupiter.
Ne quidem parentes sunt amici mendicantibus.
Ne quidem parva ulla constet absq; justitia domus.
Ne quidem per somnium spirat bonus superbiam.
Ne quid putes in vitiis parvi ponderis.
Ne quidem querela injusta contemnenda Principi est.
Ne quidem senecta extinguit postremissima ambitum.
Ne quidem si vera dicant creditur loquacibus.
Ne quidem suos in somnis sine metu cernit malus.
Ne quidem ullus Barbarorum est, qui non agnoscat Deum.
Nec confert in prælio virtutem, nec aufert locus.
Ne tibi putes fideles quos donis corruperis.
Nec cum proximis secumve congruit vir improbus.
Nec cum uxoribus, nec absq; uxoribus benè vivere est.
Nec mutum esse nec loquacem convivam probum decet.
Nec nimis miraculo habenda, detrahenda nec fides.
Ne Reges quidẽ amãtur a Deis, nisi quos homines amant.
Nec relinque amicum afflictum, nec fortunato invide.
Nec sibi alterive vera noxia innocentia est.
Nec vitium virtuti, nec vitio virtus unquam est comes.
Nec sudor minimis comes, nec maximis secordia est.
Nec timet pœnam aut naturam qui parentibus nocet.
Nec vitant stulti venientia, nec ferunt præsentia.
Negligit sua curiosus; quæ non sunt sua eruit.
Nemo ab altero tam sæpe, ab ipso se quam vincitur.
Nemo ab umbra statuã laudat, aut leonem ab unguib.
Nemo dat pœnam furoris; ipsus pœna sat sui est.
Nemo despicit privatim quod in honore publicè est.

Nemo dignus honore, qui non melior iis queis imperat.
Nemo dignus est Deo cui corpus est carum nimis.
Nemo felix est, fuitve, eritve unquam mortalium.
Nemo id esse quod etiam videtur ceteris timet.
Nemo idem terribilis esse & unà securus queat.
Nemo languidas siti fameq; curat Gratias.
Nemo laudes nemo culpas scribere vetitus est suas.
Nemo non sibi magis adulator ipsi quàm alteri est.
Nemo non gravis infrunito Regi est adversarius.
Nemo non mentis motus suæ æstimat æquissimos.
Nemo novit an victurus lucem adhuc sit crastinam.
Nemo offerre se diu crebris potest periculis.
Nemo omnes fefellit, omnes fefellerunt neminem.
Nemo possidet Deum nisi quem Deus quoq; possidet.
Nemo propria melius tuetur, quàm qui aliena haud appetit. [est.
Nemo quidquam facilè credat, quo dolendum credito
Nemo rapinam sic suam tuetur, ut rem propriam.
Nemo tristis est sibi; tristis quisque est spectatoribus.
Nemo vitia singulorum adscribit ipsis urbibus.
Nemini fas dicere est dum vivit, Hoc non accidet.
Nemini sic mansuetudo jucunda æquè est quàm sibi.
Neminem à se cum repulsa Rex dimittit comior.
Neminem Camœna dignum laudibus sivit mori.
Neminem efferavit unquam pauperies tyrannide.
Neminem est reperire qui non voto mortem arcesserit.
Neminem mali solent laudare, quin culpent simul.
Neminem paupertas depravavit impotentiâ.
Neminem timet sibi nullius conscius mali.
Nescias bellone amicus sit magè an pace utilis.
Nihil hoc confidentius, qui quæ vides ea pernegat.
Nî propriis juvemur, ineptè titulis nitimur patrum.

Nil

Nil agendum est, cujus caussam reddere haud justam queas.

Nil bonum malumve eventus; mens bonum aut malum facit.

Nil commodius est quàm semper cum sapientiâ loqui.

Nil Deus jubet quod prosit sibi, sed illi cui jubet.

Nil ei est beatum aliquis cui semper terror iminet.

Nil eorum quæ Deus creavit prorsus interit.

Nil ferè est quàm ingratitudo, muta gratulatio.

Nil hero potest nocere servorum discordia.

Nil honoribus licet, ubi fervida est affectio.

Nil in posterum valescit, quàm meditatio ac labor.

Nil jucundius bonâ spe, famâ, conscientiâ.

Nil magè est jucundum hominũ maledicta quàm æquo animo pati.

Nil magè in promptu omnium ipsa quàm mors est mortalibus.

Nil magè est animos hominum quod conciliet quàm comitas.

Nil magis dolet, accusator quàm si servus fit hero.

Nil magis timeto quàm ne quem metuas, plus quàm Deum.

Nil magnum est apud Deum, quod non queat pauper dare.

Nil mali illis exspectandum est, mors quibus despectui est.

Nil melius brevitate vitæ homini natura præstitit.

Mil melius bonâ est uxore: uxore pejus nil malâ.

Nil moror mihi fucum in alveo, apibus qui peredit cibũ.

Nil nisi oblectare gestit spectantes comœdia.

Nil nisi sordidum, è servili contubernio trahas.

Nil nisi terra nil nisi pulvis pulcritudo corporum est.

Nil opus beatitate est, ubi præsens sapientia est.

Nil plus humiliat summos optata quàm sublimitas.

Nil refert, pedésne an oculos alienæ inferas domo.

Nil refert ſuadere ſi non & ſequamur optima.
Nil regi eſſe antiquius quiete debet publicâ.
Nil tam innoxiũ eſt omnino, quin nocere aliquà queat.
Nil timere, ſola jura ſcripta ſunt victoribus.
Nil tui placet Deo, niſi quod jam habes ipſe à Deo.
Niſi feras argentum, fruſtra ducere ſcorta non potes.
Nobili benè paupertatem innoxiam rex ſuſtinet.
Nobilis vita ſua atq; oratione proditur.
Nobiles nulli magis ſunt, quàm qui ſunt & divites.
Noli habere inimico etſi credenda differat fidem.
Nolo ego metui, me amari, mi gnate, abſte mavolo.
Non amico digna, ſed nec libero aſſentatio eſt.
Non anguſta eſt, nec loco ullo circumſcripta gratia.
Non cui accidit, ſed qui facit convitium, eſt miſer.
Non deſiderare, quàm frui, longè eſt jucundius.
Non egent probatione cunctis crimina quæ patent.
Non eſt fortis interimere ſeipſum; eſt ignaviſſimi.
Non eliminatur exul animo ſicut corpore.
Non emendat ſed pejorat caſtigatio improbos.
Non facilè invenias qui quod ſcit ipſe haud tradat alteri.
Non facit ver una hirundo, capillus unus nec ſenem.
Non ferunt ignominiam vita acta qucis cum gloria eſt.
Non fremit leo in tenellam ætatem niſi magna fame.
Non fulcitur uſu opum relligio, ſed evertitur.
Non habet neceſſitatem circa humiles affectio.
Non inefficaciter lamenta abeunt peccantium.
Non livetur, verùm etiam favetur adoleſcentiæ.
Non mage uſus dormientis eſt viri quàm mortui.
Non manus modò abſtinentes, ſed & habere oculos decet.
Non minus grave eſt ſervare virtutem quam quærere.
Non minus loci poteſt quàm temporis importunitas.

Non

Non modò improbus ab aliis, verùm etiam à seipso discrepat.

Non modò in facta, etiam in voces vindicandum est improbas.

Non modò in pugna se servat fortis at & proximum.

Non modò mel sed cicutam terra profert Attica.

Non modò ver, etiam Autumnus formosarum pulcer est.

Non mors est viris molesta, verùm mors ingloria.

Non mutat color compositus arte corpus; inquinat.

Non nisi agris in negiectis dira innascitur filix.

Non nocet nobis Deus; nocet sibi ipsi quilibet.

Non oculis & ore tantum, virgo sis & auribus.

Non Philippus, sed Philippi aurum urbes cepit Græcias.

Non placẽt quẽ scurræ laudant, manipulares mussitant.

Non placet qui amicos intra dentes conclusos habet.

Non populus regit Periclem: populum Pericles regit.

Non posse uti re quâ eges, paupertas est certissima.

Non potest generosus animus contumeliam pati.

Non potest mutari stultus, stultus frangi non potest.

Non potest cunctis nocere, haud perpetratum à pluribus.

Non potest quæstus si eum sumtus superat consistere.

Non potest seges bona esse quæ malorum est seminum.

Non potest vir fortis dici, vicit quem indignatio.

Non punire sontem & insontem punire, par scelus.

Non putaram, vox duci bono omnium turpissima est.

Non quantũ licet exerceto in servos, sed quantum decet.

Non quantũ velis tibi est sumendũ, at quantum debeas.

Non qui patitur contumeliam est miser, sed qui facit.

Non quid quisq; dicat, sed dicendum cuique sit vide.

Non refert diadema quânam in parte existat corporis.

Non regunt verùm reguntur qui magistratum gerunt.

Non revocat judex semel ut tabellam de reo tulit.
Non rogat quales sint hostes, verùm ubinam sint Laco.
Non sinit dilectionem separari spiritus.
Non siti modò ast dolore item vacat silentium.
Non solummodò ursa fœtum procreat sed fabricat.
Non solum hominis at & temporum est laus abstinentia.
Non statim rei finem conspexeris cum exordio.
Non statim ut cui flexa cervix, animus illi flectitur.
Non sumptum augent sed minuunt sapientium convivia.
Non sunt imputanda personarum delicta artibus.
Non tam corrigit feras q3 homines q3 rigor, quàm lenitas.
Non tam facile occidere homini est probo quam perdito mori.
Non tam fatuo prodest prudens, quàm stulti sapientibus,
Non ubi, imperator, pugnes, sed ubi vincas dispice.
Non ubi quis prognatus, sed moratus ut sit quæritur.
Non vetant amare Amores, sed potiri pernegant.
Non vinum hominibus moderari, sed homines vino solent.
Nosce te, sed sic, nec ut nimis minusque sentias.
Novit & tempus loquendi, rectè qui novit loqui.
Notius malum quo quodque est, hoc tolerabile maximum est.
Noxium in terris animal, sub undis est innoxium.
Nudo Amori nil puellas jussit Venus credere.
Nulla adfectio est in quâ non sint in irâ semina.
Nulla culmina, caritatis sunt immunia à jugo.
Nulla Diva plus bellum horret, nulla plus vim quàm Venus.
Nulla cos ibi est juventæ, nulla ubi adversaria est.
Nulla est familiaritatis judiciiq3 copula.

Nulla est urbs quæ non aliquãdo cives habeat improbos.
Nulla felix sub tyranno dicitur puerpera.
Nulla facta tam diu durant, quàm vatum præconia.
Nulla ibi est opum cupido, nulla ubi est pecunia.
Nulla locorum caritatem separat interjectio.
Nulla major est libertas quàm servire Numini.
Nulla major turpitudo est quàm quæ infertur corpori.
Nulla major homini pœna est, ipsô quàm à Deo abjici.
Nulla merces si intercedit, homo hominem non diliget.
Nulla miseria gravior illâ, quæ excusari non potest.
Nulla pestis adulatore pejor adolescentiæ est.
Nulla non Natura adit pro liberis pericula.
Nulla pestis est quæ non homini ab homine ipso nascitur.
Nulla planè gloriosa Honori dissimulatio est.
Nulla pulcrior quàm cordis atq; oris concordia.
Nulla res bene exerceri ab occupato homine est potis.
Nulla satietas satis est ornandi navem & feminam.
Nulla se semel catenis ruptis reddit bellua.
Nulla sic res invidiosa est, quàm justitiæ gloria.
Nulla virtus est in quâ non homines vincant bellua.
Nulla major regis virtus, nosse quàm probè suos.
Nulla vis est, absque ferro vulnerumq; incommodo.
Nullâ vi sic regna firmes, quantum amore civium.
Nullam adulator suorũ stabilem morum sedem habet.
Nullam rẽ citiorẽ apud homines esse, quam famã reor.
Nullus Athenis locus honestior, quàm ubi Miltiades jacet.
Nullus est in orbe sorte qui contentus sit suâ.
Nullus ex quib. usus adres quàm malas, non sunt bona.
Nullus est tyrannus se regnare quin bellè putet.
Nullus diu hæret in complexibus fors prospera.
Nullus mage difficilis scientia est quàm vivere.

Nullius pulcri aut honesti mater est ignavia.
Nulli egestatem exprobrato: munus est & hæc Deûm.
Nulli honore digni habentur panperes, sed divites.
Nullum adhuc in orbe templum toto habet Sapientia.
Nullum funus tam lugubre, quàm funus domesticum.
Nullum honestius laborum præmium est præconio.
Nullum tempus est, perire quo non debeat nocens.
Nunc laborẽ sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.
Nuncium remitte honesto, si cupis ditescere.
Nunquã amicis absq; offensa absconditur res prospera.
Nunquã eris bonus Dux omnem nisi famam contemp-
seris.
Nunquam facto unius fama publica corrumpi solet.
Nunquam se metitur amoris imperio qui subjacet.
Nunquam tardum existimatur, quod rerum omnium
ultimum est.
Nunquam stat, sed continuò jactatur unda fœnoris.
Nuptiæ malæ sunt queis non it comes modestia.
Nupta amat locum maritus illi ubi zonam abstulit.
Nuptiæ non sunt beatæ Christus queis non interest.

O.

O Domus Anci quàm domino nimium dominaris dispari!
O felicem à quo rogare nemo rem audet improbam!
O quam suave est perlitare Musis atq; Gratiis!
Ob pecuniæ amorem avari ipsâ abstinent pecuniâ.
Ob victũ modò obq; amictũ bella homines sani movent.
Objicit permulta oculis quæ non sunt consternatio.
Oblivisciturr salutis laudis amor cùm dimicat.
Obsequentior minus plebeia viro est quam nobilis.

Obse-

Obſequi fas eſt animis, bono id fiat dum cum modo.
Obſequium votis quæ præſtat felix eſt neceſſitas.
Obſidet mentem fera mira; at eruditam præterit.
Obtinet ferè vices ingrati muta caritas.
Obviam prudens admittit, non ſectatur gloriam.
Occupata mens pavore, gloriæ jam transfuga eſt.
Occupat beatitatis culmen cui favet Deus.
Oderunt omnes tyrannum, ſed tamen timent magis.
Octo hominũ munus paraſitus facilè ad mensã fungitur.
Offerunt duces ſe multi in caſtris, pauci milites.
Officium oris ſubjacet bonæ uſque conſcientiæ.
Omne ad ſe rapit Natura quod ſui ſimillimum eſt.
Omne fas nefasque luſus eſt maris prædonibus.
Omne quod ſervat tyrannum jus piumq; exiſtimat.
Omne juſtum eſt in medicina, corpori quod utile eſt.
Omne ſi futurum incertum eſt, quanam ulli eſt ſecuritas?
Omne tempus ex quo vita conſtat annus continet.
Omne Vis Roburque regnum poſſidet in tyrannide.
Omne vitæ tempus abſque moleſtiâ agit ſapientia.
Omnes expellit virtutes aut minuit ſuperbia.
Omnes homines ad ſuum callent quæſtum & faſtidiunt.
Omnes navigant nunc lucri, non ſcientiæ gratia.
Omnia hoſtibus bona optes præter fortitudinem.
Omnia nimia nimiũ hominibus ex ſe negotium exhibẽt.
Omnibus beatitatis cauſſa una eſt favor Dei.
Omnibus Diis hominibusq; maſſa auri eſt formoſior.
Omnibus fatale morti perſolvendum debitum.
Omnibus fidem profani rebus pulcris denegant.
Omnibus peccantibus veniam da; præter quam tibi.
Omnibus proditio grata eſt; nulli at gratus proditor.
Omnibus te fac jucundum; verùm utaris optimis.
Omnibus qui inutilis eſt, ſibi utilis eſſe non poteſt.

Omni

Omnis inordinatus animus pœna sibimet est sua.
Omnis judex præcorruptus verum examinat malè.
Omnis posterior prioris vincere ausus expetit.
Omnis prælii haud magè est quàm judicii anceps alea.
Omnium mortalibus Mors est bonorum maximum.
Omnium virtutũ elementa, honoris Spes, pœnæ Metus.
Omnium plus utilitati consulendum quàm unius.
Omnium rerum quidam orbis usque atque usque volvitur.
Omnium rerum satias & vitæ satiatem facit.
Operam ludit in pertusum dolium lymphas qui ingerit.
Oppugnatur parte murus debilis qũa maximè est.
Opprimas vinum vino, eia, crapulamq; crapulâ.
Optima homini industria est, ut pessima est ignavia.
Optima belli civilis defensio est, oblivio.
Optima in conviviis initur consultatio.
Optima urbs est in qua forti atq; ignavo datur suum.
Optimè Reges suos amor custodit civium.
Optimè regnum servabis, si lucrum contempseris.
Optimi pauci esse, plures esse quærunt maximi.
Optimis cedas honesta, ægrotis necessaria.
Optimis est proximus, qui jam probatos diligit.
Optimum est de publicâ re consultare cum Iove.
Optimum est in bello, verùm legibus belli, mori.
Optimum est meri medium, olei summum, mellis infimum.
Optimum fit vinum ætate; ætate oleum fit pessimum.
Optimum in loco tacere est, optimum in loco loqui est.
Optimum longè non nasci; proximum statim mori.
Optimum non nasci, aut natum quàm citissimè mori.
Optimum quemque esse putato vel fidelem maximè.
Optimum quemq; inter nos diurnare haud sinunt Dei.

Optimus quandoque circi extremus in certamine est.
Optimum quod est, ad usum jucundissimum sui est:
Optimus vir est qui plures ferre scit injurias.
Optimusq; maximusq; Regum est, rectè qui facit.
Optimis quibusq; rebus insitum quid non bonum est.
Orbitas pecuniosa impune quævis perpetrat.
Orator de iniquis æqua, iniqua de justis facit.
Orator de magnis parva, magna de parvis facit.
Oratores ob tacendum precia accipiunt maxima.
Oratori gesturæ minimè conveniunt manus.
Ordo temporum, in Dei sapientia, absque tempore est.
Ornamenta sunt sermonis otii, haud negotii.
Ornamenta turpas ipsa, ornas honore cùm malos.
Otiosi etiam reddenda homini ratio silentii.
Otiari atq; imperare multis, nemini datur.
Otium atq; solitudo homini languorem procreant.
Otioso ingenio oportet adsit multum æruginis.

P.

PArcè alios quicunq; laudat, laudis est inops suæ.
Parcè ut are imperio, eodem semper uti quei queas.
Parcuis tribuit secunda Fors, adversa largiùs.
Pareat juvenilis ætas, rugis obsita imperet.
Pars pietatis est referre gratiam merentibus.
Pars probitatis est meliora nosse, implere si nequis.
Participat parem sibi pestem qui alteri exitium parat.
Parva laus est ante nanos ire longitudine.
Parvus est amor explicari voce linguæ qui potest.
Pauci gloriâ suâ parentibus sunt gaudio.
Pauciores servos habuit quàm triumphos Curius.
Pauper est qui paupertatem ferre rectè non potest.

Pauperes magistratus opulentam habent Rempublicam.
Pauperes puellæ longè pulchriores ditibus.
Paupertate citius quàm divitiis gloriam excites.
Pauperies certissima est, alicujus ipse cùm indiges.
Pacem sic petas, olivæ ut ramulo gladium inseras.
Pace amicis insultamus, belli tempore hostibus.
Pace filii humant parentes, bello humant natos patres.
Pace galli cantus, cantus excitat bello tubæ.
Pace victor vix contentus bellis est civilibus.
Pastores dici volumus nec esse tamen contendimus.
Peccat in naturam & artem picta turpis pulcrior.
Pejor miles est qui fidit armis quàm qui corpore
Pejor ex saltatione non est factus Hercules.
Pejus est cavere semper mortem obire quàm semel.
Pejus est civile bellum principatu injurio.
Per ludum jocumq; res tractato ubiq; ludicras.
Per risum furunt hilarem qui insaniunt insaniam.
Per vera ad mendacium viam struit calumnia.
Perdit ignem ferrum candens flumini si intinxeris.
Perdit ira mille & mille se prius quàm vindicent.
Perdit misericordiam qui ignoscit post injuriam.
Perforato similis dolio est delicatè victitans.
Perferendum utique aliquid est res magnas adfectantibus.
Perniciosius à voluptate est, ab hoste quàm capi.
Perseverat quæ plantata est cum Deo felicitas.
Persium non curo legere: Lælium Decimum volo.
Pessimum quoque seditio summos ad honores promovet.
Pertenebrosa est virtus omnis absq; luce carminum.
Pessimum est domi foriscq; vivere ex libidine.
Pharmaci loco tyrannus civibus datur malis.
Piscium dulcissimi sunt, piscium in quibus parum est.

Planta præstat, multum fructus parvo quæ fert tempore.

Plantæ talis fructus est, quale est solum in quo constitit.

Plebs timet se despicientes, se timentes suspicit.

Plebs probrum ingens ducit rebus haud superare omnibus.

Plejadum meris sub ortum, quæ sata occidentibus.

Plura metue ne putrescant, putribus dum parcitur.

Plures à populo damnati, innoxii, quàm noxii.

Plures assentatio, paucos delectat veritas.

Plures laude prosequuntur quàm æmulantur optimos.

Plurimæ ad mortem patent viæ, vitæ si pœnitet.

Plurimas res pessimas mala ætas affert cùm advenit.

Plurimis non fortitudo, sed fortuna deficit.

Plurimum dives potest, heres cui non est suus.

Plurimum gallus suo potest in sterquilinio.

Plurimum juvat bellanteis claudi exemplum militis.

Plurimum licentiæ præbet senectæ gloria.

Plurimos lædere, pessum imò dederunt mendacia.

Pluris est auritus testis unus quàm oculati decem.

Pluris unus fit maritus, quàm viginti cælibes.

Plus amant animalia prolem, quæ modò gignunt unicam.

Plus amat se quam virtutem, se qui retur optimum.

Plus agit clavo adsidens nauclerus quàm omnes navitæ.

Plus bono sit oratori fidei quàm facundiæ.

Plus curarum possident quàm famæ opumque divites.

Plus dormire quàm decet non est vivi, sed mortui.

Plus fugit loquacitatem quàm tenebras Pythius.

Plus livor favet vetustis, quàm bonis præsentibus.

Plus molestiæ oritur quàm voluptatis homini à cibo.

Plus negotii est servarerem suam, quàm quærere.
Plus quàm febris, plus quàm cancer, invidus quivis sibi est.
Plus Quiritibus est in dextrâ quàm levâ fiducia.
Plus Regem ornat una virtus, quàm bona Orbis omnia.
Plus sapit palatum quàm cor perditis nepotibus.
Plus suis solet bonus timere princeps quàm sibi.
Plus timendum spes vicina dum desideria ustulat.
Plus unguenti apud Campanos fit, quàm olei apud cæteros.
Plus voluptatis quàm honesti vita activa continet.
Plutus haud est magni Numen; obvenit vel pessimis.
Poculis è luteis industria finxerit aurea.
Pœna plerumq; innocentis, judicis ignorantia est.
Posse armis benè uti pulcrum est, pulcrius pecunia.
Possidenti perpusilla, damnum minimum maximum est.
Possidentem quod meliorem non facit, minimè bonum.
Post manus lotas utantur reges assentantibus.
Possidere vis Deum? mundo remitte nuncium.
Post parentes sunt pupilli, inde hospites & proximi.
Posteris servire quærunt maximè viri optimi.
Postulanda verbis strictis res est necessaria.
Præmetu contempta egestas omne ad negotium tremit.
Præcavisse justius quàm exspectavisse injurias.
Præcipitati non trahunt quod impulit, sed obvium est.
Præco morbi, difficultas motus, præco crudutas.
Prædicari in se cupit quod non facit superbia.
Præmio aut dolo pugnare non placet Quiritibus.
Præmio, imò impunitate nullum non acuas malum.
Præmium quicumque differt, aufert mercenario.
Præmium virtutis factorum ipsa conscientia est.

Præsta

Præsta amico, non credenda quamvis dissérat, fidem.
Præparanto sese bello quisq; pacis tempore.
Præstat uti nutrimento multiplici quàm simplice.
Præsidum mores tuorum noris, aut perdis tuos.
Præstat uti nutrimento simplice quàm multiplici.
Præstat forma oculis quæ incurrit, verbis quàm quæ pingitur.
Prævidere quis queat fatum, cavere sed minus.
Pravitatis omnium facillima expugnatio est.
Pravitatis stant in summo, inimici qui sunt optimis.
Pravitatem omnem naturæ disciplina corrigit.
Primus est gradus felicitatis, haud delinquere.
Primus post Deum exhibendus est honor parentibus.
Principium Deo indicante facile est reliqua prosequi.
Principium minus est dedisse, occasum quàm repellere.
Principium omnium bonorum homini Deoq; est veritas.
Principi male assenteris, imo vel magnis Deis.
Principis satellitem qui pulsat, pulsat Principem.
Prineipem haud colit adsentator, sed fortunam Principis.
Principes magni, haud alios quàm se patiuntur judices.
Principem violas violatâ imagine ipsâ Principis.
Principum peccata minima subjacent Calumniæ.
Principium finisq; dulcis rerum est, queis favet Deus.
Principum pauci Camœnis aurem habent idoneam.
Principum quis est quem nulla fama perstringat gravis?
Pro majorum dignitate liberos quisque educet.
Pro loco mores hominum sunt, stirpiumq; semina.
Pro quocumque præmio bonis est conscientia.
Pro suis gallina pullis haud canem haud anguem fugit.
Profluens omne ac canorũ, unà cũ auctore exstinguitur.

Promptè inebriaveris ſenem, at non promptè feminam.
Promptius gladiũ vaginâ extraxeris quàm immiſeris.
Promptius bello quam pace rem mutabis publicam.
Promptius juvenì ſuadere ægroq; quam ſano ac ſeni.
Promptius laudanti aliquem quàm criminanti credito.
Promptius magni faciant quid quam minẽtur Cæſares.
Promptius quæcunq; fingat quis quàm ſtultitiã meram.
Promptius res arctas incipiet quis quàm finiat.
Propriæ mage ſunto, quam patriæ, virtutis præmia.
Proſperæ res illicò fatuis fiunt improſperæ.
Proſperæ res ſupprimuntur; dilatantur triſtia.
Proſperitatẽ hominum bonorũ ſummi mens regit Iovis.
Provocant malum ad majora quis puſilla haud puniunt.
Proximus eſt magiſtro ornatus qui doctrinæ diligit.
Proximum eſt à promittente, ſtuprum rogata, ſi tacet.
Proximus emendationi es, ſi malum ſentis tuum.
Proximus pudor innocentiæ eſt, ſe præbere legibus.
Proximus victoriæ eſt quem ſuſcitamus plauſibus.
Puberes nati haud ſuis lavantor cum parentibus.
Publicam rem nil adaque ſervat quàm ſacer Timor.
Publicanorum haud ſatis Rex temperet cupidines.
Publicè expedit ſuprema habere judicia exitum.
Publici fures ætatem in auro agunt & purpura.
Publico operi non qui id fecit, ſed qui ei præeſt inſcribitur.
Publicum bonum ſimultas uſque privata impedit.
Publicum bonum ſpectare ſemper vir probus ſolet.
Pueri ſunto qui minores annis ſunt ſeptemdecim.
Pulcra tam nulla eſt, adhuc quin ſit deformis ſimia.
Pulcra uti pulcris, ſic & conveniunt turpia turpibus.
Pulcritudo corporum, an non temporis ludibrium eſt?

Pulcrum

Pulcrum abundè haud adsecutis est voluisse ẽ adsequi.
Pulcrum etiam est vel reluctantes ad officium cogere.
Pulcrior haud est vitæ finis, æmulari quàm Deos.
Pulcrior ingenii est imago, quàm est imago corporis.
Pulcrius nil est quàm cunctis parcere à victoria.
Pulcrius nil est, videre quàm senem immori actibus.
Pulcrius nil quàm ridere cùm nobis maledicitur.
Pulcrius referre ab hoste manubias, quam munera.
Puniendа non est prægnans nisi post partum semina.
Puniendus cui malesacta plura, facta quam bene.
Puniendus non est auctor, cujus factum comprobas.
Puniuntur scelera, quamvis subsidant cura exitum.

Q.

QUæ capi armis desperabis; expugna prudentiâ.
Quæ dedit fortuna, toilit, eadem reddit quæ abstulit.
Quæ Deus meus non est, egestas, omnis copia est.
Quæ famulatur indignis, suspecta obedientia est.
Quæ non excellentia sunt ingenia bili obnoxia?
Quæ pulcerrima pluribus sunt, exoptamus maxime.
Quæ rectum ordinem relinquunt, rarò habent lætum exitum.
Quæ salutem homini tuetur minime turpis est fuga.
Quæ se oratione defendit senectus, improba est.
Quæ valetudo optima est, ea est periculosissima.
Quædam quæ licent, mutato tempore, aut loco, haud licent.
Quælibet subire præstat, turpiter quàm vivere.
Quale mundus absque Sole, tale anima absque literis.
Qualis est homo ipse, talis ejus est oratio.

Quàm mage vestis obsoleta, tantò curatur minus.
Quàm miser est cui ex miseriâ quæritur invidia suâ!
Quàm primùm quit expugnari amator, amicæ est optimum. [vere!
Quàm serum est, cùm desinendum est, tunc incipere vivere!
Quærere in secreta Regum plena res periculi est.
Quæritur quidem jam virtus. sed repertas post opes.
Quam Deus custos tuetur, in tuto est hereditas.
Quàm mage addis relligioni robur, tàm mage accipis.
Quam magis caro curatur tam mage spiritus macet.
Quam probis bono est, malis tam noxia eloquentia est.
Quamlibet vitam facit suavissimam prudentia.
Quamvis absentis cubile leonis exhorrescimus.
Quamvis cos secare nescit, at ferrum ut seces facit.
Quamvis est intactus odit quisq; quem timet sibi.
Quando sterilis est amator à datis, est improbus.
Quando virtute ille utetur eam qui semper quæritat?
Quanta opus indignatione est, ubi dolendum pro omnibus?
Quanta rebus in divinis perplexa inconstantia est!
Quatenus hominem se esse Princeps novit, eatenus est Deus.
Quei poscat rationem alienæ vitæ, qui nequit suæ?
Quei secum dissentiens adsentientem habeat Deum?
Queis animi est imago nulla, & corporis negligitur.
Quem semel Virtus relegat, exulat perenniter.
Qui audiunt, audita dicunt; qui vident planè sciunt.
Qui bonum colit propter se, nunquam deseret bonum.
Qui cœno se immerserit, cœno est necesse sit oblitus.
Qui concludit ingeniorum, extenuat elegantiam.
Qui censum invadit pereuntis, voluit ægrotum mori.
Qui deliberat ante opus, minime hæsitat quãdo est opus.

Qui

Qui cum pravitate vivit fidere audet nemini.
Qui Deûm laudes venatur, perdit & mortalium.
Qui Deum se scire credit, Solem in undis inspicit.
Qui Deum haud amat, Dei creatis odio est omnibus.
Qui de publico bene, bene meretur & de singulis.
Qui de publico male, male meretur & de singulis.
Qui quid velle debeant didicêre vivunt ut volunt.
Qui facit convitium non qui aure recepit est miser.
Qui fugit palam hostem, eo ipso se minorem prædicat.
Qui ignoranter peccat, errore emendatur agnito.
Qui loquitur benè ac malè vivit, voce se damnat sua.
Qui malus cunque est, suadere ne quidem debet bonum.
Qui minimè vitiis tenetur, inesse ea alius non putat.
Qui mortem timet videtur scire, quod nescit, sibi.
Qui monitis justi obsecundat æquitati est proximus.
Qui nihil suevit negare, ætatis florem prodidit.
Qui non pergit in via virtutis, aufertur retro.
Qui parcunt præsentibus, minus petunt absentia.
Qui parvi æstimant sapientiam, & Deos parvi æstimant.
Qui per se placitura laudat, solem facibus adjuvat.
Qui petit custodiam ille adspirat ad tyrannidem.
Qui plus æquo se tuetur, judici suspectus est.
Qui præsentibus contenti sunt futura haud cogitant.
Qui prius non servière regere rectè non queant.
Qui proprium largitur ille utique haud aliena subtrahet.
Qui scelus cavet pusillum, in grandius non incidit:
Qui se jactat ante bellum, rem non præstat arduam.
Qui se subtrahit, juvet ne publicum, verè est malus.
Qui se vindicare quærit, sæpe cum inimico interit.
Qui sibi male, ille pejus utiq; consulet alteri.

Qui secundùm unam virtutem agit, secundùm omnes agit.

Qui sermone parco utuntur, legibus haud multis egent.

Qui stat in locis præruptis, stet licet, tamen tremit.

Qui statim punit nocentem, plures dein fieri vetat.

Qui supra fortunam est, esse quidnam supra eum potest.

Qui suam bene rem gerit, geret benè item rem publicã.

Qui vorant potantq; plurimum, habentur fortes Barbaris.

Qui suum bonum recusat ferre; perferat malum.

Qui virtuti aufert honorem, eam aufert adolescentiæ.

Quid bonus sit amicus, absq; magno nescias malo.

Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum tecum fui?

Quid futurũ sit ubi ad arma ventum est, gnarũ nemini.

Quid non est commune quod Natura fecit optimum.

Quid potest ab eo sperare quis, malum esse quem docet?

Quid senectute otiosâ reperias jucundius?

Quid sit esse matrem nescit, quæ nunquã partum edidit.

Quidam adulatores sunt tragici, quidam sunt comici.

Quidam è morte nomen majus, quàm è vitâ omni comparant.

Quidquid est bonum à natura; id parte ab omni & optimum est.

Quidquid è plebe est egenâ exempli, idem & ignobile est.

Quidquid est nefas corrigere, fit levius patientiâ.

Quidquid in orbe est libertatis, omne amori subjacet.

Quidquid insolitum est, in ipsâ turba etiam notabile est.

Quidquid ira avet, vel ipsâ non carè emi animâ putat.

Quidquid magnum apud Deum est, donare vel pauper potest.

Quidquid mente fugimus oculis ingestũ vix cernimus.

Quidquid vis & non potes, Deus pro facto computat.

Quidquid votis obsequitur benignitatem seminat.

Quilibet

Quilibet crucem ſuam effert ad pœnam cùm ducitur.
Quilibet gubernatorem tranquillo dederit mari.
Quilibet prius in ſe peecat ipſum, dein in alterum.
Quin tu tuam rem curas potius, quã Seleuci principis?
Quis bovem benefactori immolavit prater Pyrrhiam?
Quis cordatus in pericla ac turbas ſe det ob malos.
Quis dicat magis, quàm quid dicat homines attẽdimus.
Quis numiſma impunè, nedum imaginẽ adulteret Dei?
Quis quod maximum eſſe bonorum credit, cedat alteri?
Quis regnum obtinere quod queat ipſe tradat alteri?
Quis ſcit an hodierna ſummæ craſtinum adjiciet Deus?
Quis ſcit utrum vita ſit mors, ac mori ſit vivere?
Quiſnam fortunæ delicta, niſi delirus arguat?
Quisq; amentiam deridet alienam, nemo ſuam.
Quisq; dum peccat inimicum magè q̃. amicum ſuſpicit.
Quisq; laudat, ſed non idem quæritat prudentiam.
Quisq; tanti ſeſe credat eſſe, quantum poſſidet.
Quisquis juſtum honorẽ habet patri, idẽ habebit patria.
Quisquis parietẽ in caducum inclinat cum ipſomet ruit.
Quo frequentius peccat malus, peccat manifeſtius.
Quo labor prolixior, hoc laus major & victoriæ eſt.
Quo minus ad famam venias ſæpe ingenium haud facit.
Quo recens imbuta teſta, odorẽ ſervabit diu.
Quo loco obruit theſaurum obliuus nemo adhuc ſenũ eſt.
Quo magis natos amamus, hoc habemus arctius.
Quo meretricem plus amas, hoc illa te plus deſpicit.
Quo minus reſtat viæ, plus quæritur viatici.
Quo qui ſunt beatiores, hoc ſunt ſolliciti magis.
Quo ſecretior culpa eſt, hoc major eſt audacia.
Quo ſplendidior eſt amictus, hoc macula eſt conſpectior.
Quo velit conſtantiâ ac labore virtus pervenit.
Quod caſtũ eſt ſimul integrũq; voluptatẽ omnẽ reſpuit.

Quod

Quod cuiq; è re sua est, honestum omnino dicitur.
Quod datum est utendum, id repetendi copia est, quando velis.
Quod Dei danunt boni cave amissis culpâ tuâ.
Quod dici potest bene, cunctis est commune gentibus.
Quod labor nummusq; nescit, sæpe lusus auferet.
Quod Deo debes, manu haud suâ petit sed pauperum.
Quod mancipia sunt domino, cives id sunt tyrannidi.
Quod mari est scintilla id est toleranti animo molestia.
Quod nullo inter homines constat exemplo, à Deo venit.
Quod patri facis, tui in te idem experientur liberi.
Quod per hostium vim factum est, esse non debet ratũ.
Quod tibi eripi potest cave esse dixeris tuum.
Quod speculum formæ, hoc præclaris actibus sunt carmina.
Quod viro esse odio videat, odio & sibi habeat femina.
Quod velis prolixè facere, id aliquando ne feceris.
Quod urbanitas negabat, mernit impudentia.
Quomodo jura civis habeat, qui hominis liberi haud habet?
Quos Deus deducit ad pœnam, iis ignoscere impium.
Quos miseros fortuna fecit, & superstitiosos facit.
Quos potes curare somno, ne cures scammonio.
Quos tibi rere esse amicos, scito mercenarios.
Quot figuræ in orbe utroque, tot mores sunt pectorum.
Quoties concupita dantur, migrat cura in gaudium.
Quotusquisq; est, quem secunda non mutent, sapientium?

R.

RAra liberalitatis lætitiæq; copula est.

Rara

Rara in ſervo incontinentia eſt per indigentiam.
Rara pudicitia in viris, in feminis ſed rarior.
Rarius bellum Duci permittit legere tempora.
Raro dives eſt virtutis qui dives pecunia eſt.
Rarò quiſpiam de pace niſi jam atratus cogitat.
Raro quiſquam haud aliquam habet partem imbecillam corporis.
Rarus eſt qui ſorte utatur uſquequaque proſperâ.
Rarus eſt fructus virtutum quin uberrimos ferat.
Rarus eſt vir fortis, rarus prudens; juſtus rarior.
Rarus priſcis obtrectator obfuit ſcriptoribus.
Ratio naſcitur quidem, ſed recta nonniſi diſcitur.
Rectè facta nil commendat æquè quàm modeſtia.
Rectè orare qui novit, rectè quoq; novit vivere.
Reddit dux rationem cladis, non reddit victoriæ.
Regium eſt facere optimè amicis, at inimicis peſſimè.
Regna vi minùs ſibi firmet Rex quàm benevolentiâ.
Regnat una in judicando opinio, non veritas.
Regno anteponet ſapiens innocentiam.
Religio minimè improbanda propter paſtores malos.
Remaledicere maledicentibus, ad cauſſam parum facit.
Repperit ignis arteis omnes, omnes arteis ſuſtinet.
Repperit multum, vel umbram amici quisquis reperit.
Repræſentat non amantis ſpeciem muta caritas.
Res amicorum inter ipſos cuncta ſunt communia.
Rem geras præſente luce; noctibus conſulito.
Res gravisſima eſt dolor conjunctus turpitudini.
Res malas bonasve cunctas efficit una opinio.
Res parvisſimæ ferè ſunt maximarum teſſeræ.
Res quibus minus ſecundæ contemnuntur à ſuis.
Ras ſæpe eſt occaſionis, haud pugnæ, victoria.

Res salutares etiam formidolosius extimet.
Res suas nemo florentes misceat cum perditis.
Rebus elato secundis contumacius nihil.
Rebus elatus secundis, sortem adversam cogita.
Rebus in bonis censenda neutiquam pecunia est.
Rebus in malis parere Principi, res pessima est.
Rebus utiles humanis sunt utiq; ignoscentiæ.
Respice ad tua; sic aliorum errata nunquam noveris.
Rex alicui dat dignitatem, non dat aptitud nem.
Rex aliis esto benignus, aliis formidabilis.
Rex bonus à cive haud timetur, omnes sed pro illo timent.
Rex es? fac regis cælorum imaginem exprimas tuis.
Rex lubens accipiat parva; magna rex donet libens.
Rex minus est gratus suorum qui non fert injurias.
Rex minus timet ne quid mali patiatur quam patret.
Rex, mortalium saluti hercle administer est Dei.
Rex senex est qui regit se: qui haud regit, puer est senex.
Regis á sermone tristem abire quemquam non decet.
Regi firmat dignitatem, qui conservat subditos.
Regi sub malo delator, multis est protestibus.
Regibus non sunt amici, qui haud utuntur regibus.
Regibus pauci esse possunt arbitri elegantiæ.
Regibus thesauri sunt amici, non pecuniæ.
Rumpitur ni laxes arcus, anima si laxas perit.
Robur corporis nocet si haud adsita est prudentia.

S.

SAcrosancto inest asylo mancipatus insulæ.
Sæpe agris medicina præsens facta est eloquentia.

Sæpe amor quod non meretur culpæ noxia obtinet.
Sæpe amor suggerere suevit, ingenium quod denegat.
Sæpe excogitata alieno supplicio, expias tuo.
Sæpe est officium sapientis á vitâ desciscere.
Sæpe fortitudo fertur impetu lymphatico.
Sæpe fronte sub austera mens latet jucundior.
Sæpe infra, supraq; sæpe vertitur rotæ orbita.
Sæpe injuriam per jus exercet circumscriptio.
Sæpe Iupiter neglectus incesto integrum addidit.
Sæpe major quis privato dum est privatus creditur.
Sæpe mendax contra veram caussam stat oratio.
Sæpe maximè est pretiosum pro quo pretium non datur.
Sæpe milites Ducis sui luunt insaniam.
Sæpe opus laudamus, ejus artifex qui temnitur.
Sæpe perditas servavit res in prælus pudor.
Sæpe plus oratione comi quam bello impetres.
Sæpe plus sales solent mordere quam convitia.
Sæpe quæ libido peccat, excusantur ambitu.
Sæpe qui collineant & sæpe contingunt scopum.
Sæpe qui misereri potuit, misericordiam rogat.
Sæpe quis foras beatus, est domi miserrimus.
Sæpe quod malum est bonum arbitratur negligentia.
Sæpe sceleris magnitudo multa flagitia obtegit.
Sæpe torti fortiores ipsis stant torquentibus.
Sæpe sunt laudatis utiliora, quæ contempseras.
Sæpe usu magis salubris pœna est quam misericordia.
Sæpius causam facit pejorem confidentia.
Sæpius confert saluti noxiæ confessio.
Sæpius fuit vivendi caussa, fortiter mori.

Sæpius multo Priamus lacrimavit quàm ipſe Troilus.
Sæpius verace voce melius eſt ſilentium.
Sæpius vicini, ſupra amorem fratris gratia eſt.
Salva urbs eſſe nequit ubi pluris piſcis quàm bos venditur.
Sanctitatem adfert ſanctorum ſola cogitatio.
Sanguinis minus in adverſo vulnere eſt quàm gloria.
Sanitas eſt expedita, lacinioſa imbellis eſt.
Sanguinem deterrimum è cute extrahit cucurbita.
Satius eſt ſatis quod ſatis eſt: habitu quàm, quod plus ſat eſt.
Saxa per ſcopulosq; littus quærere, eſt vecordia.
Scripta plerorumq; nil ſunt hortuli quàm Adonidis.
Scindit uſus veſtem, uſura ſcindit patrimonia.
Scio ego multos memoraviſſe milites mendacium.
Scriptum legis anguſtum at diffuſa interpretatio eſt.
Scuta jacere, fugereq; hoſteis; more habet licentiam.
Se domant adverſa, quidq; facto opus ſit perdocent.
Se mali malunt videri noxios, quàm ſupplices.
Sectatur facta ejus quo quis auctore in lucem venit.
Seculum pauci ſenſu relinquunt, habitu plurimi.
Semet laudat vir bonus cùm quem virum laudat bonum.
Semper ad pedes ruit citam qui quærit gratiam.
Semper expectari mavult fortuna ipſa quàm regi.
Semper cogita in fide haud quid dicas, ſed quid cenſeas.
Semper plenà ciſta argenti, ſemper inanis Gratiæ eſt.
Sermo blandior penetrat animam, mordet durior.
Sermo longus æſtimandus rebus eſt, non literis.
Servare infidelibus fidem, haud fides, amentia eſt.
Servet ut caput ſe in orbem tota ſerpens colligit.
Servit innocentiæ vox, maleficio ſilentium.

Serviunt

Serviunt omnes rumori, maximeq; Principes.
Servus, ac liber, ſunt ſortis, non naturæ nomina.
Servus imperii miniſter herilis eſt, non arbiter.
Servum fieri peſſimorum quem, ut melioribus imperet?
Seſe plus rex ornat, quàm doctos in honore quos habet.
Seu maledictis afficiare laudibusve, idem manes.
Seu neges, ſeu confiteare; neceſſe eſt vincat veritas.
Sexum alium crinita, tonſa non decet alium coma.
Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium.
Si Bacchum invenire neſcis, inter Muſas quærito.
Si bonis fidem habere non vis; omninò credes malis.
Si diu imperare quæris, leniter fac imperes.
Si loqui cum rege quæris, verbis utere byſſinis.
Si mercedem das amico, da potius plus quàm minus.
Si major benignitas eſt, quàm facultas, noxia eſt.
Si non fecero, peribo; ſi faxo, vapulavero.
Si qui Rege ſunt meliores, iis queinam Rex imperet?
Si quis hodiè mortuus eſt, & cras perendieq; erit.
Si quis mutuum quid dederit, ſit pro proprio perditum.
Si quid dictum eſt per jocum, iniquum id ſerio pravortier. [fides.
Si quod audiit aliquis tacuit; haud beneficium eſt, ſed
Si receptatores tollis, omne furtum tollitur.
Si tuas cupis ſervari, leges ſerva ipſius Dei.
Si ſubeſt viro uxor, uxor & vir verè ſunt pares.
Si vocatus haud es, ad conſilium ineptè acceſſeris.
Si volup eſt habere veſpas, quære apum alvearia.
Sic ames amicum, inimicum poſſe fieri uti putes.
Sic Deum timeto, ut ab ipſo ad ipſum confugias tamen.
Sic vigilet tolerantia ut non diſciplina dormiat.
Signum eſt certum infirmitatis indigere pluribus.
Simiæ vultum leonum induere neſcit torvitas.

Simus in majores, in nos cupimus esse ut posteros.
Sine mari homo animal fuisset omnium ferissimum.
Sine mihi gerere morem; utar haud lingua, verùm lingula.
Sine munditia & sumptu, insulsa atq; invenusta semina est.
Sine virtute argutum civem, mihi habeam pro præfica.
Singularis est honor ipsa post sepulcra vivere.
Sit licet justa, usque egestas est suspecta sordium.
Societas nulla esse fidei perfidiæq; usquam potest.
Socrates derisor omnium, inprimis potentium.
Socratis non fugio mortẽ, dummodo famam adsequar.
Sola ad exteros sua est, non ad cives legatio.
Sola apud maritum è re dotali virginitas manet.
Sola peccandi voluntas peccati pœnas luit.
Sole oborto grassatorum cessant latrocinia.
Sole viso quid facient lucernam haud ausi cernere?
Solitudini sodalis usque contumacia est.
Solitudo aufert voluptatum omnes fructus omnium.
Sollicitant signata furem: vile habetur quod patet.
Solus aut Rex, aut poëta non quotannis nascitur.
Solus Olympicis sepulcra equabus constituit Cimon.
Somnus aluer à gallo, aliter interrumpitur à tuba.
Somnus hostis disciplinæ est & defatigatio.
Servavit somnus Lucullum qui alios perdidit duces.
Sordent prima, cùm majora quæque homini spes objicit.
Sortiatur aliquis judicem an eligat, multum interest.
Sortiuntur imaginem mœroris muta gaudia.
Spes Amorq; animæ perenne humanæ contubernium.
Spiritus alas honore ac largitione militum.
Sponte ager suâ Cyclopum fruges omne fert genus.
Strenui damno parasitis, usui sunt improbi.
Strenui nimio plus prosunt populo, quàm arguti & (cati.

Stultus

Stultus es, qui facta infecta facere verbis postules.
Stultum est, haud sibi cavere, & aliis consilium dare.
Stultus est, qui dum alterius parcit vitæ, perdit suam.
Suavius profectò vivunt pauperes quàm divites.
Sub venatione multi divitum doli latent.
Subvenit magistratus pauperiei haud ignaviæ.
Sub tyranno mater partum abominatur editum.
Successum sequitur fortuna, laus sed experientiam.
Succinit non tempestiva insaniæ jactantia.
Summa imperia, eriã quietẽ gentibus externis volunt.
Summa laus ducis, vel salvè vincere honestè vel mori.
Summa lex gubernatorum est, posse somnum vincere.
Summa libertas poëtis, summa est & pictoribus.
Sunt agrestiores quàm ut vel decipiantur Thessali.
Sunt altæ quidem cupressus, sed fructum quemnam ferunt?
Sunt damnosa multa, at animi vitium damnosissimum (est.
Sunt etiam leges suæ quibus parent latronibus.
Sunt ferè plebis ministri quos vocamus principes.
Sunt hostes duo famesq; hyemsq; militi graves.
Sunt mali plures; in vitium nam duce absq; labimur.
Sunt meliora unguenta terram quæ sapiunt, quam quæ crocum.
Sunt opes perinde ut animus ejus est qui possidet.
Sunt venena quæ sibimet ipsi homines excogitant.
Supra hominem est, vitare dona sponte ad se venientia.
Sustineas habitu tibi esse similes, virtute impares.

T.

TAm bonum est laudare amicum, amicum carpere quàm bonum.
Talis ipse sis Deo, esse qualis vis tibi tuos.

Tam capaces ſunt virtutum, quàm viri ſunt, femin
Tam diu curæ eſſe regi quis pote quàmdiu uſui eſt.
Tam finire poſſe virtus eſt, quàm poſſe dicere.
Tam juvant in prælio arma ahenea ac merè aurea.
Tam mala imperii magiſtra inopia eſt quàm avaritia
Tam malum capi ſuadelâ judices, quàm munere.
Tam malum eſt dimittere ſontem, quàm punire inno
xium. [adverſi
Tam malum eſt licentia nimia, quàm nimia anim
Tam malum eſt non credere ulli, quàm malum omn
credere eſt. [malum eſt
Tam malum eſt nullum ſequi velle, omnes quam ſequ
Tam malum eſt placere cunctis quàm placere nemini.
Tam mala eſt punitio nimia, quàm nimia indulgen
tia eſt.
Tam malum eſt ſuperſtitio omnis, quàm omnis impiet
malum eſt. [pes ſopo
Tam malum eſt vigilare ſemper, quàm malum eſt pe
Tam malum eſt voluptatem omnem quærere, quà
nullam ſequi. (bon
Tam malus nemo eſt quandoque quin aliquid patr
Tam malus nemo eſt quin aliquid faciat aut dicat bon
Tam moriendi quàm vivendi exſtat viaticum cibus.
Tam parvum eſt nil quin ſalvum eſſe poſſit, ſi ſe vi
dicet.
Tam ſenectus quàm juventa delectatur fabulis.
Tam volup miſeris defendi, quam innocentib. mori e
Tantundem eſt pietati, jus jurandum frangas an fide
Tantò gratior ſuis quis eſt quantò eſt & doctior. (e
Tantùm umbræ ex alieno orbe arbor ſæpe petita grat
Tardius meritò concedas, quod non adimitur datum
Tempeſtate gubernatorem, militem in acie intelliga

Ten

Templa Divûm fulmen icit; præteritque noxios.
Templa multa sunt Fortunæ, nullum Temperantiæ.
Templa Numinum colunt, non divites, sed pauperes.
Temporis fortuna puncto res decernit maximas.
Tempore ac convictu etiam feræ feroces molliunt.
Tempore ac ratione vertas omne in naturam bonum.
Temporibus bonis infirma semper est opulentia.
Terminus Iovi vel ipsi noluit concedere.
Terra ea omnis est Laconum tangere hasta quam quo-
unt.
Terribilis sit hosti miles obtutu, sono, manu.
Tertiis tantum diebus Sauromatæ capiunt cibum.
Testare exemplo sequenda, si quæ verbis asseris.
Testis à reo qui surgit, testium est gravissimus.
Testibus boni haud egent: mores loco sunt testium.
Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio.
Tolle amicitias è vitâ, & Sol è mundo tollitur.
Tolle jura Regum, & dicere quis queat? villa hæc mea
est.
Tolle spem præda; tulisti vota item certaminis.
Tolle Ulyssi calamitates, & famam unà illi auferes.
Tollere vis opes? tollatur earum una ostentatio.
Tollit artes omnes ipsam qui negat prudentiam.
Tollitur statim omne natum, si voluptas tollitur.
Tota manca fortitudo est, quam fortuna deserit.
Tota vita virûm bonorum mortis commentatio est.
Tota vita sub tyrannide innocentium est timor.
Totus est in armis, idem quando nudus est Amor.
Totum jure mundum spernas animæ damna ne feras.
Transferunt libidinem illuc feminæ unde lucrum venit.
Transit in mores avorum mos suus nepotium.
Transit omne crimen qui vult confidentem fallere.

Tam capaces ſunt virtutum, quàm viri ſunt, femina.
Tam diu curæ eſſe regi quis pote quàmdiu uſui eſt.
Tam finire poſſe virtus eſt, quàm poſſe dicere.
Tam juvant in prælio arma ahenea ac merè aurea.
Tam mala imperii magiſtra inopia eſt quàm avaritia.
Tam malum capi ſuadelâ judices, quàm munere.
Tam malum eſt dimittere ſontem, quàm punire innoxium. [adverſio.
Tam malum eſt licentia nimia, quàm nimia anim-
Tam malum eſt non credere ulli, quàm malum omni credere eſt. [malum eſt.
Tam malum eſt nullum ſequi velle, omnes quam ſequi
Tam malum eſt placere cunctis quàm placere nemini.
Tam mala eſt punitio nimia, quàm nimia indulgentia eſt.
Tam malum eſt ſuperſtitio omnis, quàm omnis impietas malum eſt. [pes ſopor.
Tam malum eſt vigilare ſemper, quàm malum eſt per-
Tam malum eſt voluptatem omnem quærere, quàm nullam ſequi. (boni.
Tam malus nemo eſt quandoque quin aliquid patret
Tam malus nemo eſt quin aliquid faciat aut dicat boni.
Tam moriendi quàm vivendi exſtat viaticum cibus.
Tam parvum eſt nil quin ſalvum eſſe poſſit, ſi ſe vindicet.
Tam ſenectus quàm juventa delectatur fabulis.
Tam volup miſeris defendi, quam innocentib. mori eſt.
Tantundem eſt pietati, jus jurandum frangas an fidem.
Tantò gratior ſuis quis eſt quantò eſt & doctior. (eſt.
Tantùm umbræ ex alieno orbe arbor ſæpe petita gratiâ
Tardius meritò concedas, quod non adimitur datum.
Tempeſtate gubernatorem, militem in acie intelligas.

Tem-

Templa Divûm fulmen icit; præteritque noxios.
Templa multa sunt Fortunæ, nullum Temperantiæ.
Templa Numinum colunt, non divites, sed pauperes.
Temporis fortuna puncto res decernit maximas.
Tempore ac convictu etiam feræ feroces molliunt.
Tempore ac ratione vertas omne in naturam bonum.
Temporibus bonis infirma semper est opulentia.
Terminus Iovi vel ipsi noluit concedere.
Terra ea omnis est Laconum tangere hasta quam quæunt.
Terribilis sit hosti miles obtutu, sono, manu.
Tertiis tantum diebus Sauromatæ capiunt cibum.
Testare exemplo sequenda, si quæ verbis asseris.
Testis à reo qui surgit, testium est gravissimus.
Testibus boni haud egent: mores loco sunt testium.
Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio.
Tolle amicitias è vitâ, & Sol è mundo tollitur.
Tolle jura Regum, & dicere quis queat? villa hæc mea est.
Tolle spem prædæ; tulisti vota item certaminis.
Tolle Ulyssi calamitates, & famam unà illi auferes.
Tollere vis opes? tollatur earum una ostentatio.
Tollit artes omnes ipsam qui negat prudentiam.
Tollitur statim omne natum, si voluptas tollitur.
Tota manca fortitudo est, quam fortuna deserit.
Tota vita virûm bonorum mortis commentatio est.
Tota vita sub tyrannide innocentium est timor.
Totus est in armis, idem quando nudus est Amor.
Totum jure mundum spernas animæ damna ne feras.
Transferunt libidinem illuc feminæ unde lucrum venit.
Transit in mores avorum mos suus nepotium.
Transit omne crimen qui vult confidentem fallere.

Triſtiora ſunt cum ſcelere regna exiliis omnibus.
Triticum in luto ſeras, ſeras in pulvêre hordeum.
Tu alteri facias, tibi non dicatur contumelia?
Tu niſi probrum omnium alia indelicta eſſe æſtimes.
Tunc de proreta eſt agendũ, cum jam coctus panis eſt.
Tunc potiſſimus locus votorum eſt, cùm nullus ſpes.
Turbandus tibi eſt lacus captare anguillas ſi cupis.
Tum pavor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat.
Turpe egeſtatem haud fateri; non effugere turpius.
Turpe minus timere eſt hoſtes, quàm adſentare militi.
Turpe nil eſt pro ſalute quod patramus patriæ.
Turpe non eſt cujus cauſſa non nos, ſed ſortem premit.
Turpe adverſa ſpernere cùm abſunt, cum adſunt iis ſuccumbere.
Turpe non minus putant flecti quàm vinci Principes.
Turpes ſunt nolente Phœbo ſeminati liberi.
Turpis ætati omni luxus, ſed ſento fœdiſſima eſt.
Turpis omninò eſt de turpi re deliberatio.
Turpe virili virginalem me ore ploratum edere.
Turpia oderit puer, ſimulq; honeſtis gaudeat.
Turpiter fert paupertatem paupertatis quem pudet.
Turpiter preci impudenti dent victas manus probi.
Turpiter puertiam egit, qui negare nil poteſt.
Turpiter ſeſe coram alios oſculentur conjuges.
Turpiter ſolet moriri quisquis vixit turpiter.
Turpius nil eſt retorto in auctorem convicio.
Turpiter timet mortalem poſitus in ſinu Dei.
Turpius nil quàm bello cum familiari cernere.
Turpius quid eſt morbo affici illo, in alio quẽ improbas
Turpius vacet ſenex voluptati quàm publico.
Turpitudo atq; utilitas in eadem re eſſe non poteſt.

Tur

Turpitudinem delicti nullo exemplo deleas.
Tutius est tyrannidem occupare quàm deponere.
Tuta laudamus: miramur in quibus periculum est.
Tutius nihil vovere, quàm post votum haud reddere.
Tutius quidem est iter per plana, est at depressius.

V.

VAlde difficulter leges constituas felicibus.
Vanitati veritas cedit, naturæ opinio.
Ubi sitis fauces tenet, puteum fodere miserum est opus.
Vel nefas est cogitare quæ fari vetat pudor.
Vectigalibus sublatis imperium dissolvitur.
Vector omnis in tempestate ad nauclerum respicit.
Vel petit, vel desipit, cùm pauper donat diviti.
Vel probi pictura quemvis ad virtutes excitet.
Veniam habere potest à furto qui cessat, non gloriam.
Ventum ubi est ad verba, prorsum amussis alba est garrulus.
Vera sunt sudor quæ longus elicuit præconia.
Veras adsequuntur laudes, qui falsas non quæritant.
Verba quem non corrigunt, eia, experimenta corrigant.
Verba queis sunt pauca, multis haud egent ii legibus.
Verba Romanorum è corde, è labro Græcis profluunt.
Verba sunt alata, in omnem abire partem quod queant.
Verba multi pertulere, qui haud tulere verbera.
Verbis sit magister oportet quàm verberibus promptior.
Vere solvuntur mortales ex brumali carcere.
Veritas paucis spectatur, plurimis opinio.
Veritas potest premi, sed non potest & opprimi.
Veritatis appetens divinitatem item appetit.

Veritatem nunquam amabit habere qui vult quæstui.
Verum est verbum quod memoratur: ubi amici ibidem sunt opes.
Vestis omnis est dolosa, cui non est albus color.
Vestimenta detrahente nil molestius Noto est.
Vidi equidem ex jumentis domita fieri, atque alias belluas.
Vincere propulsando vim, non inferendo, est Herculis.
Vincit aurum, regnat aurum, aurum universis imperat.
Vincla amoris sanguinisq; non dissolvit dignitas.
Vinculum necessitatis est voluntas maximum.
Vinculum tutissimum juventæ matrimoninm est.
Vindicare te de inimico si vis, usque sis probus.
Vindicat tandem vel ipse grex gruum necem Ibyci.
Vir bonus haud mentitur, prudens nec dicit mendaciũ.
Vir necesse est sit bonus qui vult certare Olympicis.
Virium æmuli persæpe cedunt per reverentiam.
Virium est amor magnarum, cui potestas it comes.
Viribus jam destitutus, corpori vim ne inferas.
Viribus nisi æstimatis sarcinam subis, jaces.
Viribus plerunque præstat, temporum opportunitas.
Virgo inops sese maritum dignum vix tandem invenit.
Virgo non tantum esse debet, sed credi atq; intelligi.
Virgo sum; non didici verba nupta innupta dicere.
Virtus est loquax; nec tantum ostendit se, sed ingerit.
Virtus sæpe muneratur, quam fefellit exitus.
Virtutis loco voluptatem aucupantur Principes.
Virtuti nullum theatrum majus conscientiâ est.
Virtutem adprobare debent, non adhibere Cælites.
Vinci à suis virtute turpe Principi.
Vis amoris intercipitur paginæ abstinentia.

Vis benevolus esse cunctis? ferto eorum injurias.
Vis corrumpere cuncta in orbe? unum ordinem corrumpito.
Vis dolere, vis gaudere parcius? vivas tibi.
Vis est, cùm quis quod suum est, non impetrat per judicem.
Vis malorum etiam experiri cuncta cogit belluas.
Vis manus tenere puras? abstine convitiis.
Vis munire adamante regnum? fac ameris à tuis.
Vis placere cunctis? multis quære, non tibi, utile.
Vis salutaris decori est; injuriosa prægravat.
Vis sua omnis juramentis ex timore oritur Deûm.
Vis thesaurum habere perennem? fac beneficus sis probis.
Vis tibi Deum favere? subditis fave tuis.
Vis vitam æstimare? humanæ fragilitatis sis memor.
Vita cui non Christiana est, nec ei mors martyrum est.
Vita cuiq; certo agenda est genere quodam, haud quolibet.
Vita felix esse non quit, si non solitaria est.
Vita nil passorum inerti conditur silentio.
Vita nomine est suavis; at re nil est quàm labor.
Vita non minus jocosis indiget quàm seriis.
Vita nostra quæso quidnam est, quàm peregrinatio?
Vita qualis præceptoris talis & discentium est.
Vita qualis est bonorum, talis est oratio.
Vita solitaria est abjectior, sed tutior.
Vita tota viri boni, perennis est precatio.
Vitæ mensura est honestum, haud temporis prolixitas.
Vitæ nulla est cogitanti de fato jucunditas.
Vita suavis à natura haud est sed consuetudine.
Vita summa brevis perlonga redditur rebus malis.

Vitæ ſumma curta ſpem longam inchoare nos vetat.
Vitam delige optimam; uſus illam ſuavem fecerit.
Vitio omni carere debet, dicere vult qui in alterum.
Vivere, haud mori, putandus per virtutem qui perit.
Vix adverſa præſcit rebus intentus ſelicibus.
Vix civiliter queat Fortunâ uti impotentia.
Vix coaleſcit ulla planta, quæ transfertur ſæpius.
Vix delinquit, à natura & lege qui non deviat.
Vix deliquit, in correctione velociſſimus.
Vix deliquit ille quem jam deliquiſſe pœnitet.
Vix exercitum hieme ſævâ retineas ſub pellibus.
Vix facinus magnum ullum accrevit abſq; ingratitudine.
Vix Fortuna malignitatis obliviſcitur ſuæ.
Vix hodie fidei fides ſit ſine fidei diſpendio.
Vix paraveris potentiam ullam abſq; eloquentia.
Vix plantata, & jam fœnebris pullulat pecunia.
Ultimi mater periculi ipſa deſperatio eſt.
Ultimum rerum adverſarum ſpes una eſt ſolatium.
Ultionem matre offensâ formidare ex filio eſt.
Ultione digna non eſt juſſa contumelia.
Umbra nulli longior ſit à victoriâ Duci.
Unde Gallos depulit datus præceps eſt Manlius.
Unde leges exſulant, inde exſulat concordia.
Unguentum fugit Scarabæus, equorum quærit ſtercora.
Unica à Fortuna virtus ſugillari non poteſt.
Unicuiq; malum ſuum videtur maximum omnium.
Unus ſe communi iniquè oppoſuerit conſenſui.
Unà amicus facere rectè, non unà ſolet malè.
Una lux vel ſumma mergit, una effert vel infima.
Unum ama bonum, in quo ſunt bona omnia, atque ſufficit.

Unius

Unum pro multis rogare, maximæ arrogantiæ est.
Unius cujusq; cauſſam, ubi crimen natum eſt audias.
Unius eſt fortunæ magna facere gaudia è malis.
Unius modò fert præconis vocem felix civitas.
Vocula una adulatoris multum orbi intulit mali.
Vota quam ditant mendica habenda haud eſt narratio.
Urbs beata eſt, ubi nec dives civis nec pauper nimis.
Urbs beata, ubi magiſtrant cives non mali at boni.
Urbi ſe qui addicit uni, excludit aliis omnibus.
Urbem hora unà evertas annis quàm non erigas decem.
Urbibus urbes jugat, ſociis ſocios æqualitas.
Uſu victus mitioris exarmaris vel feras.
Uſui mage eſt inimicis curioſus quàm ſibi.
Ut boni nil eſt in morte, ſic contrà nil eſt mali.
Ut captus eſt piſcis, retè illicò attrahas.
Ut caput corona Regum, cura ſic animum ligat.
Ut Deis cœlum, terræ generi mortalium datæ.
Ut culices, bos Lucæ, ſic teſtudo muſcas negligit.
Ut facilius alia, quàm illa unde eſt, puerum alienum parit!
Ut lapſu ruat majore in altum tollitur malus.
Ut mare amnes, ſic daniſta abſorbet omnium reculas.
Ut mea pœna ſit, delictum oportet eſſe item meum.
Ut membrorum vitia ferimus, ſic feras & conjugis.
Ut merum, ſic eſſe homo idem auſterus ac dulcis poteſt.
Ut nihil vacuum eſt in mundo, in mundo abundat ſic nihil.
Ut nil gratius decore eſt, ſic nil eſt fugacius.
Ut nomiſma, ſic oratio alia eſt alio tempore.
Ut potentia elangueſcit, ceſſat & contentio.
Ut rerum omnium Natura, ſic vivendi habet modum.

Ut rosa inter spinas, mediis sic & virtus in malis.
Ut sis salvus opus probo amico est, aut inimicis improbis.
Ut valet bello Spartanus, sic & Musica valet.
Ut vinum vetus, veteres amici sic suavissimi.
Ut viros unæ pariunt Spartanæ, unis ita imperant.
Uterus optimum & verissimum omnium solarium est.
Uti amico & adulatore aliquo pariter nemo potest.
Uti amico & adulatore non potes viro probo.
Uti rectè occasione oblata hominis industrii est.
Utile est potestatem omnem quæ magna est, esse & brevem.
Utiles non sunt opes quibus adsita est infamia.
Vulgus maximè erubescit quos vel maximè timet.
Vua nigra haud matureſcit unquam à Lunæ lumine.
Vulpina assuenda pellis, ubi leænæ deficit.
Uxor si placet, placenda dos quoq; est, quam dat tibi.
Uxoris vitium aut tollendum est aut ferendum conjugi.

Z.

ZOilus omnibus male dicit, quoniam facere non potest.

GNOMÆ

PAROEMIÆQVE

EX DIVERSIS

AUCTORIBUS

GRÆCIS ΜΟΝΟΣΤΙΧΟΙ.

A.

Αἶξ τὸν κύπτον, ὁ λύκος τὴν αἶγα διώκει.
Capra petit cytiſum, ſequitur lupus ipſe capellam.

Αἰδεῖσ δὲ φίλους, φεύγειν τ' ὀλεσήνορας ὅρκους.
Reverere amicos, fugeq́ pernicioſum jusjurandū.

Αἴδεο μοι πολιὼ, καὶ ἔασεο ἤθεσι κεδνοῖς.
Reverere canos & graves imitare mores.

Αἰδὼς δ' ὀιχομένη, πάντων ψυέτειρα κακίστων.
Extincto porrò ſubeunt mala cuncta pudore.

Αἰδὼς, ἣτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.
Pudor eſt qui viros valde & ladit & juvat.

Αἰδὼς τοι πενίης ἀνολβίης, θάρσος δὲ πενίης ὄλβου.
Pudor quidem ad paupertatem, audacia verò ad divitias.

Αἰδὼς ὥ πόσον, πόσος πόθος ἐστὶ τοκήων!
Proh quanta reverētia, quātus amor parentū eſt!

Αἰζηοῖσι, κέλευθος ἀνιηρὴ ἐπὶ κῦδος.
Moleſta eſt juvenibus ad gloriam via.

Αἴκε θεοὶ γ' ἐθέλωσι τοὶ ὄλυμπον ἐυρὺν ἔχουσιν.
Dis ita ſi viſum fuerit quos geſtat Olympus.

Αἶμα

Αἷμα χὸ ἀνθρώποις φρενὸς ἐσθλὸν ἔστι νόημα.
Sanguis cor complectens prudentia cuique est.

Αἰνίζειν μὲν ἄριστον. ὁ δὲ ψόγος ἔχθεος ἀρχή.
Laudare quidem optimum: vituperium verò inimicitiæ principium.

Αἰνῶ θηλυτέρας τὰς ἄρσενες ὐδὲ ἴσασι.
Laudo feminas quas viri ignorant.

Αἰσχρὸν, ἄριστον ἐόντα, συνήγορον ἔμμεν' ἀλιτρῶν.
Turpe bono pravis sese præbere patronum.

Αἰσχρόν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφοσ' εἶναι.
Turpe est ebrium apud viros sobrios esse.

Αἰχμητῇ νίκη ἀνδρὶ κλέος ἔργα τ' ἄρηος.
Viro pugnaci victoria decori est & opera Martis.

Αἶψα χὸ, ὥστε νόημα, παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη.
Statim, tanquam cogitatio, præterit splendida pubertas.

Ἄλγεα μὲν θεοὶ πᾶσι θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.
Incommoda Dii hominibus ante pedes posuerunt.

Ἀλλ' ἄγε καὶ ὁ ὄνειδος ἐπέσυτο ἀσχετίοπλον.
Aliquando etiam dehonestatio de improviso ingruit.

Ἀλλ' ἤτοι χὸ τοῦθ ὑποείξομεν ἀλλοίλησιν.
Quin magis in his rebus alter alteri cedat.

Ἀλλ'

Ἀλλ' ἶσθι χὠ μόχθος ἴσως ἠόνι κυμαίνειν.
Sed labor adsimilis metiri in littore fluctus.

Ἀλλ' οὐκ ἐφ' ὑμαλύξαι ἃ δὴ πεπρωμένα κεῖται.
Sed neq; fatales fas est mihi solvere leges.

Ἀλλ' ὅτις χαλεπῆς ἄτης λύσις, ὅστις ἀλεωρή.
Nulla est à difficili noxâ liberatio, neq; effugium ullum.

Ἀλλ' ὃ πάντα πελῶσι θεοὶ μογεροῖσι βροτοῖσι.
Non omnia Dii hominib. ad speratum finem perducunt.

Ἀλλὰ ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο πείθεό τ' ἄλλῳ.
Ipse age Rex bene consulito, & pareto vicissim.

Ἀλλὰ, δάκοι καὶν μῦς ἀγαθὸς καὶ ἀπερέγμονας ἄνδρας.
Mordeat vel mus bonos & litium fugitantes viros.

Ἀλλὰ τί μοι τὰ θεῖα νόμος θεότητι τίθησι
At quid ego leges statuo tibi maxime Divûm?

Ἀλλὰ τί τοῖς συγεροῖσι μετ' ἐμμενεναι ἐσθλὸν ἐόντα;
Quid iuvat versari bonum inter malos?

Ἀλλήλους ὀλέκουσι, χερείονα φέρτερος ἀλκή.
Se mutuo perdunt, imbecilliorem præstantior viribus.

Ἄλλοτε χάρ τε φίλη πέλει ἠὼς, ἄλλοτε ἐχθρή.
Quandoq; dies amica est, quandoq; hostis.

Ἀλλότε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο.
Aliàs alia Iovis mens Aegiochi:

Ἀλλότε μὲν σμερδνὸν τελέθειν, ὁτὲ δ' ἤπιον εἶναι.
Nunc ſeveritate, nunc lenitate utendum.

Ἀμφ' ἀρετῇ τρίβομαι, καί τοι τὰ δίκαια φίλ' ἔσται.
Circa virtutem conteritor, & tibi juſta amica erunt.

Ἀμφεχύθη μέγα πῆμα τῷ ἀνέρι πολλάκις ἐσθλῷ
Circumfunditur ſæpe ingens bono viro malum

- Ἀνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δέμνησι μάλιστα.
Virum bonum pauperies omnium domat maximè.

Ανδρά τοι ἐς' ἀγαθὸν χαλεπώτατον ἐξαπατῆσαι.
Virum ſanè bonum difficillimum eſt fallere.

Ανδράσι τοῖς ἀγαθοῖς ἕπεται γνώμη τε καὶ αἰδώς.
Viros bonos ſequitur conſilium & pudor.

- Ανδράσι τοῖς πίνυτοῖσι πέλει νόος ἤπιος αἰεί.
Quo maior quis, eò magis eſt placabilis Heros.

Ἀνδράσιν ἐκ καμάτοιο πέλει θαλίηφι καὶ ὄλβος.
Oritur viris ex laboribus floridus rerum flatus.

Ανδράσιν οὐδέπι πᾶσιν ἐναίσιμον ἔστι νόημα.
Haud omnibus dextrum eſt inditum ingenium.

Ἄνδρες μὴ δεῖ ἀνδρὶ κρατερῷ ἀντιάζειν.
Viri, non decet cum potentiori confligere.

Ανδρὶ

Ἀνδεὶ γὲ ἀχαλόωντι, λιμὸς ξύμφορος ἄκοιτις.
Et mœsto est uxor statio bene fida marito.

Ἀνδεὶ φυγοπολέμῳ ἢ γυναικῶν ἔναδεν λύνη.
Imbelli viro mulierum torus placet.

Ανδρομέης Κυθέρεια τιθηνήτειρα γενέθλης.
Humanæ Venus nutrix generationis.

Ανδρός τοι κραδίη μινύθει μέγα πῆμα παθόντος.
Viri cor minuitur; magnam injuriam passi.

Ἀνδρὸς τᾶ κραπεροῖο καὶ ἐσθλιὰ ἐσσομένα ἀνάγκη.
Fortis animosè mala ferat necesse.

Ανέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες.
Viri sunt mulieribus, & viris sunt mulieres.

Ἀνέρι τῷ πινυτῷ κῦδος χρυσοῦ ἄμεινον.
Viro cordato gloria auro antefertur.

Ανθος γὲ καὶ καλλὸς ἴσον χρόνον ἐστὶ λαχόντε.
Flos & pulchritudo æquale tempus consecuta.

Ανδράκες εἰσὶ πόδεσσιν ἄπας βίος, ὀ μάλ' ἐλαφροὶ.
Carbones pedibus vita est hæc tota molesti.

Ἄνθρωποι ἢ μάταια νομίζομεν, εἰδότες ὐδέν.
Nos homines vana existimamus, scientes nihil.

Ἀνθρώποισι θεὸς θάρσος καὶ κῦδος ὀπάζει.
Deus hominibus fortitudinem & gloriam dat.

Ἀνθρώπῳ λιμὸς γὰρ ἀναιδέα θυμὸν ἀέξει.
Fames impudentem facit hominem.

Ἀνθρώπους ὁλοὴ δεινὰ πέπαται ἄχετος αἶσα.
Homines ſæva & invicta fatorum neceſſitas circumdat.

Ἀνθρώπους οὐκ ἔστιν ἀϋπνους ἔμμεναι αἰεί.
Nemo uſq; vigil perdurare poteſt.

ἀνθρώπων ἀκρήτῳ ἀμαλδύνονται ὀπωπαί.
Hominum oculi mero hebetantur.

ἀνθρώπων γένος ἐστὶν ὁμοῖον ἄνθεσι πόης.
Humanum genus ſimile eſt plantarum floribus.

ἀνθρώπων οὐ ἄψεκτος ἐπὶ χθονὶ γίγνεται οὐδείς.
Hominum inculpatus ſuper terram eſt nullus.

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω.
Arcanorum ſermonum linguæ ſignum imponatur.

Ἀρτεμις ἱδρώουσα, προάγγελός ἐστι κυδοιμοῦ.
Artemis ſudans, prænuncia eſt tumultus.

Ἀρχῇ ἐπὶ ψεύδεος μικρὴ χάρις ἐς δὲ τελευτήν.
In initio mendacij modica gratia & in fine.

Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσαι.
Incipiente dolio, & deſinente ſaturate.

Ἆσέ με δαίμονες αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος.
Mî mala fata Deûm nocuerunt viſq; Lyæi.

Αυτίκα

Αὐτίκα γὰρ τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν.
Citò abit jusiurandum una cum pravis judicijs.

Αφροσυνὴ καὶ σκόμβρον ἕλεν, καὶ πίονα θυννον.
Stoliditas etiam scombrum capit, & pinguem Thunnum.

Ἄφρων δ' ὃς κ' ἐθέλοι σὺν κρείσσοσιν ἀντιφερίζειν.
Imprudens quicunq; velit cum potentiorib contendere.

B.

Βαιὴ μὲν γλῶσσ' ἐστὶν, ἀπὰρ θεος ἔδενὶ τόσσον.
Lingua quidem parva est, at viribus omnia vincit.

Βαιόν ἄνος παθέεσιν ἐρεύγομένη φρενὸς ὠδῖς.
Eructare suos quædam est medicina dolores.

Βέλτερον ὑπνώειν, ἢ ἐπὶ πολέον ἐιλαπινάζειν.
Satius est dormire, quàm nimium convivari.

Βυλεύου δὶς καὶ τρὶς ὅτοι κ' ἐπὶ τὸν νόον ἔλθῃ.
Consulta bis & ter quodcunq; tibi in mentem venerit.

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἠδ' ἀπολέσθαι.
Incolumem populum stare opto, nec usque perire.

Γ.

Γαμβρὸν πέλειν τοῖς κρείσσοσι μέγα.
Magnum est affinem esse principum.

Γαστέρα μισήσαι θεὸς, καὶ βρώματα γαστρός.
Ventrem odio habeat Deus, & escas ventris.

Γῆ μὲν, ἔαρ κόσμος πολυδένδρεον· αἰθέρι δ' ἄστρα.
Terræ ver ornatus est multis arboribus, æthere astra.

Γῆ μήτηρ πάντων μητροφθόρον οὐ δέχεται ἄνδρα.
Terra mater omnium matricidam non suscipit virum.

Γῆς ἐπίβαιν γυμνὸς, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι.
Terram ingressus sum nudus, nudusq; sub terram abibo.

Γηραιὸς ὄλοιο θανόντος ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων.
Senex moriaris, alium filium relinquens.

Γίγνεται ἀνθρώποις καρτερὴ ὀκθαρσὲς ἀλκή.
Audentia robur hominibus addit.

Γίγνεται ὡς ὄπωτί κακώτερον ἄλλο χόλοιο.
Quàm nihil unquam ira perniciosius esse solet.

Γινώσκω, φρονέω· λέγε δὴ νοέοντι κελεύεις.
Et novi & teneo; jam narras ipsa scienti.

Γλῶσσα καὶ ἀπραίκτοισι κακὸν σάλε πολλάκι μάρνη.
Sæpe etiam innocuis peperit mala prodiga lingua.

Γνώμης

Γνώμης δ' ἄμεινον ἄνὴρ ἔχει ἔν γε ἑαυτῷ.
Consilio nil melius vir habet in se ipso.

Δ.

Δάκρυα μὲν σέθεν ἐστὶ πολυτλήμον γένος ἀνδρῶν.
Doctrinæ tuæ sunt, ô miserum hominum genus.

Δακρυχέων γεγόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω.
Lacrumas fundens natus sum, & lacrumans morior.

Δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἰσοβοῆες.
E lauro vel ulmo cariei maxime expertes scivæ sunt.

Δειλαίοις δειλοῖσιν ἐφεδρήσουσι πέλειαι.
Timidæ timidis assident columbæ.

Δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἑλέσθε.
Ah miseri à Cyamo, miseri subducite dextras.

Δειλὸς δ' εὖ ἔρδοντι μεταιχμίη χάρις ἐστί.
Improbi benefacienti vanissima gratia est.

Δεινὸν γὰρ πόντῳ μὲν κύμασι πῆμα κυρῆσαι.
Miserum ponti in fluctibus in malum incidere.

Διπλόος ἐστὶν ἕκαστος, ὅις λύκον ἀμφικαλύπτων.
Quisque tegit mentes sub ovinâ pelle lupinas.

Δοῦλος ἐμοὶ πᾶς σκαίος· ἐλεύθερος ὅς τις ἄριστος.
Qui malus, hic ſervus: quiſquis bonus, hic mihi liber.

E.

Εἰ ἑτέρως ἐθέλουσι θεοὶ κὴ τοῦτο πετύχθω.
Si aliter Dijs viſum eſt fiat.

Εἰ κύκνῳ δυνατὸν κέρυδος ὁμοίως ἄδειν.
Non cycno poteſt graculus conſimiliter canere.

Εἰ μὲν γηράσκει τὸ καλὸν, μετάδος πρὶν ἀπέλθῃ.
Si ſeneſcit pulchritudo, communica priuſquàm abeat.

Εἰ μοναχοὶ, τί τοσοῖδε; τόσοι δέ τε, πῶς πάλιν μοῦνοι.
Si Monachi, cur tot? cùm verò tot, cur rurſus ſoli?

Εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρα κ' μελεδαίνω.
Si bibero, paupertatem animi corruptricem non curo.

Εἰ φιλέεις, μὴ πάμπαν ὑποκλαδέντα χάλαζης.
Si amas, ne omnino animum fractum remittas.

Εἴαε κὴ μᾶλλον φιλοτήσια μέμβλεται ἔργα.
Verè magis Venerea curæ ſunt opera.

Εἴαε κὴ πάνδημος ἐπιβρίθει κυθέρεια.
Verè publica ingruit Venus.

Εἴκει κὴ μεγάλοιο Διὸς μένος ἔνεκα μοίρας.
Fato etiam Iouis ſupremi cedit potentia.

Εἰκὼς

-Εἰκὸς τὸν κακὸν ἄνδρα κακῶς τὰ δίκαια νομίζειν.
Verisimile est malum virum malè jura administrare.

Εἴποτε βλάψαιμι φίλῳ κακὸν, αὐτὸς ἔχοιμι.
Si nunquam malè amico consulam, ipse habeam.

Εἷς πόρος ὐ γλυκερόν τε ῥόον κὴ πικρὸν ἀνήσει.
Fons idem haud dulces & amaras proferet undas.

Εἰς τέλος ἐξαρχῆς δὲ πανόλβιος ὅστις ἐτύχθη.
A vitæ primordijs ad exitium, nemo est ab omni parte beatus.

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας ἰνδικὸν; ἴσχεο τέχνης.
Cur frustra corpus abluis Indicum? inhibe artem.

- Εκφυγεῖν πολέμου πολὺ λωΐτον, ἢ ἀπολέσθαι.
Satius est ex bello profugere, quàm in eo perire.

Ελπὶς δ' ὐ σταθερὴ σαίνει φρένας ἠύτ' ὄνειρος.
Spes instabilis permulcet mentes tanquam somnium.

Ελπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν:
Spes inter homines sola Dea bona est.

- Ελπὶς κὴ κίνδυνος ἐν ἀνθρώποισιν ὁμοῖοι.
Spes & periculum inter homines sunt similia.

Ελπὶς κὴ σὺ τύχη μέγα χαίρετε τ' λιμένι δ' ὅρον.
Spes & tu fortuna longũ valete. Portum inveni.

Ἐλπωρὴ ἀγαθοῖο ϗ ἄπιστον ἄλκαρ ἀνίης.
Spes boni ingens calamitatum levamen.

Ἐλπωρὴ στενόεσσαν ἀμαλδύνει κακότητα.
Spes tristificam expectarat molestiam.

Ἐν δ' ἡβῃ ὁμήλικι κάλλιον εὕδειν.
In adolescentia juxta æqualem melius est dormire.

Ἐν δ' ἰῇ ζυμῇ ἡ μὲν κακὸς ἡδὲ ϵ ἐσθλός.
Par honor ignavoq; viro ex virtute valenti.

Ἐν ϗ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθαι ἐς οἶκον ἄκοιτιν.
Quarta mensis uxorem domum ducito.

Ἐν μὲν συνετοῖσιν ἀνὴρ πεπνυμένος ἴσθι.
Inter sodales vir prudens esto.

Ἐν μύθοιο νόμιζε, σοφὸν τρόπον ἐμμεν' ἀρείω.
Virtutem tantum doctrinâ crede priorem.

Ἐν πεδίῳ ὤκιστα διακρινέει μένος Ἄρης.
In campo quam primum mars discernit fortitudinem uniuscuiusq;.

Ἐνδρομίδες πολὺ μᾶλλον ἀρείονες εἰσι κοθόρνων.
Cursorij calcei longe meliores sunt cothurnis.

Ἐξ ὀλίγοιο κορύσσετο ἔρις μέγα μαιμώωσα.
Contentio ex parvo in immensum concitata se tollit.

Ἐξ ἔργον δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.
Ex laboribus viri evadunt pecorosi & opulenti.

Ἔργοις

Ἔρχις θαρσαλέος τε ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων.
Omnibus in rebus potior vir fortis & audax.

Ἔρην τε γυναιξὶν ὑπὲρ φιάλης ἀθεείζειν.
Mos mulieribus supra modum superbos negligere.

Ἐρρέτω ἐξ ἀρχῆς ἀλοὸν στόμα θηλυτεράων.
Pereat ab initio malarum pernicioſum os mulierum!

Ἐσθλὰ δὲ πολλὸν ἄπωθε θεὴ θέσαν ἀνθρώποισι.
Bona Dij hominibus procul poſuerunt.

Ἐσθλὰ λέγειν αἰεὶ πάντας, καλὸν· αἰσχρὰ δὲ δεινόν.
Bona ſemper verba dicere in omnes bonum: turpia verò malum.

Ἐσθλά τε καὶ κακὰ χέρεια θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.
In Deorum genubus tam bona quàm mala recondita ſunt.

Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Et ille bonus eſt, qui bene monenti paruerit.

Ἐσθλῷ τε φίλος ἐσθλὸς ἀνὴρ καὶ λεπτῷ δ' ἀλεγεινός.
Bonus vir boni viri amicus eſt, & improbus improbi.

Ἔστι θέμις, καὶ γλῶσσαν ἀναιδέα τινύται ἄτη.
Eſt adhuc juſtitia, & effrenem linguam noxa punit.

Ἔστι καὶ ἐν ῥυπόωσι πολὺ κάλλιον ἕσσεται ἄνδρα.
Luxuria interdum veſtitus ſordibus hæret.

Ἔστι

- Ἔστι φίλος καὶ μένων μέμνηται ὅσις ἐτάρου.
Amicus est, qui etiam extincti meminit.

Ἔχεο λυγαλέοιο πόνου καὶ πένθεος αἰνοῦ.
Parce funesto labori & molesto luctui.

Εὖ δ' ὅπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι.
Benè animadversionem immortalium Deorum observato.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε.
Benè sciens quod mortalis sis, animum pasce.

Εὖ εἰδὼς ὅτι πάντα γέρων μεταμείβεται αἰών.
Benè scias, quòd omnia senex permutat ævum.

- Εὖ μὲν κείμενον ἄνδρα κακῶς θέμεν οὐμαρές ἐστιν.
Benè constitutum virum malè constituere facilè est.

Εὕδομεν· φυλακὴ δ' ὅλοις φυλάκεσσι μελήσει.
Dormiamus: custodia urbis custodibus erit curæ.

- Εὐκλεέως μέν τ' ὀλέσθαι ἀμυνομένους περὶ πάτρης.
Glorioſum est pugnantem pro patria perire.

Εὐκραεῖ δ' ἀνέμῳ περιδέξιος ἵσταται ἄγρη.
Temperato vento felicissima est captura.

Εὐφροσυνάων δώτειρα καὶ ἄμβροτε μῆτερ ἐρώτων.
Datrix lætitiæ, mortales oblectans mater Amorũ.

Ἐχθαίρω τὰ λεγόμενα θαύματα ποντογενείης.
Odi, quæ vocant, ludicra ponto-genetatæ.

Ἐχθρὸν

Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι.
Inimicum difficile est ac malevolum decipere.

Z.

Ζεῦ μάκαρ, ἐς δέ σε πάντα καὶ ἐκ σέθεν ἐρρίζωνται.
Iupiter beate, in te omnia, & ex te orta sunt:

Ζεῦ πάτερ, ὅσσον ἔφυ ξήλοιο παναίολον ἦτορ.
Iupiter pater, quàm est zeli sævum cor!

Ζεὺς αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλυμπιος ἀνθρώποισιν.
Iupiter emetitur opes mortalibus ipse.

- Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε, μινύθά τε.
Iupiter & minuit virtutem solus & auget. -

Ζεὺς μοι τῶν τε φίλων δοίη τίσιν οἵ με φιλεῦσι.
Iupiter mihi det amicorum remunerationem, qui me amant.

Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
Spirans Zephyrus nunc hos, nunc illos, demittit ab arbore fœtus.

Ζηλόω μὲν ἀριστος, ὁ δὲ στυγέοιτο κάκιστος.
Aemulationi bonus, odio verò habeatur pessimus.

- Ζώομεν ἤματα πάντα. πότμος δ' ὁμὴ πᾶσι τέτυκται.
Non semper vivimus. mors omnib. destinata est.

Ζωὸν γὰρ κρεῶν ἀπώμοτόν ἐστι πάσασθαι.
Vivum quippiam mugilib. religio est comedere.

Η βασιλῆϊ λέοντι τίς αἰετὸν ἀντιβάλοιτο;
Regi leoni quis aquilam componat?

Η γαμετὴ χρηστὴ μὲν ἔχει τινὰ τέρψιν ἐς αὐτόν.
Vxor bona habet aliquam ſuavitatem in ſe.

Ἡ δὲ ἀνάγκη καὶ δαὼν πρὸς Ἄρηα ἐγείρει.
Neceſſitas ad Martem excitat etiam imbellem prorſus.

Η δ' ἀρετὴ τόδ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον.
Virtus præmium inter homines optimum.

- Η μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή.
Magna doctrina eſt in hominibus ſilentium.

- Ἡ νὺξ ἀχνυμένοισι πέλει θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Nox anxijs mortalibus eſt levamen.

Η πάτρη δὲ βέρεθρον ἑον: ξενίη δὲ τ' ὄνειδος.
Patria cuiq; ſua eſt barathrum; terra extra probrum.

Η τάχα κὲν κρύψειεν ἀμαρτάδα μῦθος ἀναιδὴς.
Crimina nempe tegit, tacitâ qui mente revelat.

Η Φύσις ἐξεύρεν, φιλίης δεσμοὺς ἀγαπῶσα.
Natura invenit amicitiæ leges amans.

- Ἠὼς τοι προφέρει μὲν ὁδῷ, προφέρει δὲ καὶ ἔργῳ.
Aurora tibi promovet quidem viam, promovetq; laborem.

Ἡβη καὶ νεότης ἐπιθρώσκει νόον ἀνδρός.
Pubertas & juventus allevat mentem viri.

Ηδη

- Ἤδη νυῦ αἰδὼς μὲν ἐν ἀνθρώποισιν ὄλωλεν.
Iam nunc quidem pudor inter homines periit.

Ἤλιτεν. ἃ γὼ ἔοικε μέγ' ἀσχαλάαν ἐνὶ θυμῷ.
Peccavit. Non decet animum submittere iræ.

Ημεῖς δ' ἀνθρωμέοισι νοήμασι μέτρα Φέρωμεν.
Nos humanis ingenijs menſuras feramus.

Ἢν ἀγαθὸν Φρονέεις, ἀγαθῶν κὴ τεύχεα ἔργων.
Si bonos colueris etiam ſucceſſus conſequêre bonos.

Ηνορέλω νεότης, πολιὴ Φρένας οἶδεν ὀπάζειν.
Robur juventus, ſenectus prudentiam novit præſtare.

Θ.

Θ Αρσαλέοι ἐὲν εἰσὲν ἀμείνονες ἐν δαὶ Φῶτες.
In bello præſtant viri animoſi.

Θαρσαλέως, πινυτοῖο τελὶ Φρεσὶ τλήμεναι ἄλγος.
Prudentis eſt forti animo ſuſtinere dolorem.

- Θαρσήσας ἀνὰ θυμὸν ἀμύμονα Φῶτα κατέκτα.
Audax fortiſſimum interficit ſæpe virum.

Θάρσος τοῖς μεροπεσσι μέγα κλέος Φύζα δ' ἄνειδος.
Fortitudo glorioſa eſt hominibus, fuga verò ignominioſa.

Θηρη τῆ-

Θ ηπῆρες λύκυς ὄλεσαν, θύννυς δ' ἁλιῆες.
Venatores lupos perimunt; thunnos autem piſcatores.

Θησαυρὸς μέγας ἐς' ἀγαθὸς φίλος, Ηλιόδωρε.
Theſaurus magnus eſt bonus amicus, Heliodore.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, κ) πάντα παρέρχεται ἡμᾶς.
Mortales ſunt mortalium res, & omnia prætereunt nos.

Θνητῶν ἀνθρώπων χρυσὸς φρένας ἔνδον ἰάνει.
Aurum hominum mentes oblectat.

Θύμε βλέψον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάντων.
Erige te mea mens; capiant te oblivia mundi.

Θῶπες ἐρεθενέων χθαμαλοὶ, χθαμαλοῖσι λέοντες.
Qui blanditores ſunt potentium humiles, humilibus ſunt leones.

I.

Ιομεν· ὄτοι δαῖτα θεῶν θέμις ἀρνήσασθαι.
Eamus: neq; enim fas Deorum abnuere.

Ιππος ἵππον ἐλαύνειν ἔδαη, κ) ἀοιδὸς ἀείδειν.
Eques equitare didicit, & cantor cantare.

Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξαι.
Par eſt delictum, & ſupplici nocere, & hoſpiti.

Ισον ἐμοὶ κακόν ἐστι βίος & μῦθος ἀλιτρός.
Par mihi ſermo malus ſceleratag; vita.

Ἰσχε νόον, γλώσσῃ δὲ τὸ μείλιχον αἰὲν ἑπέσθω.
Refrena mentem: linguam verò ſuavitas ſemper ſequatur.

Ἰχθύσι δ' ἔστι δίκη μεταείθμιος, ἔστι δ' αἰδὼς.
In piſcibus neq; juſtitia reperitur, neq; ullus pudor.

K.

Καὶ γὰρ ἀγῆ πίπτοντος, ὅλος στρατὸς ἐς χθόνα νδύει.
Et labente cadit totum duce protinus agmen.

Καὶ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς ποτὲ μὲν κακὸς, ἄλλοτε δ' ἐσθλὸς.
Vir bonus interdum bonus eſt, mox labitur idem.

Καὶ βάλεν, ὃς δ' ἄρα μὶν ἄλιον βέλος ἔκφυγε χειρός.
Attigit èq; manu non irrita miſſa ſagitta eſt.

Καὶ γὰρ τέκτονι πελέκυς, θέμις ἐστὶν ἄριστον.
Et lignatori ſecuris robur eſt optimum.

Καὶ γὰρ δὴ μακάρεσσι θεοῖς πείθεσθαι ἔοικεν.
Diis beatis placere convenit.

Καὶ γὰρ τὶς δόμον αἰπὺν ὀρῶν, δωμήτορα λάσσατο.
Qui celſas ædes vidit, & obſtructorem ſibi oculis objicit.

Καὶ δεσμὸς ἀλόχῳ μὲν ἀνὴρ, τοκέες δ' ἐνὶ παισὶ.
Vir velut uxori, ſic natæ vincla parentes.

Καὶ δορὶ τε πόνῳ τε ἐυσθενέας ἔμμεναι ἄνδρας.
Haſtâ & labore viros decet excellere.

Καὶ μολπὴς κέρδος ἐστὶ, καὶ ἀργαλέου πολέμοιο.
Et cantus ſubeunt, & ſævi tædia belli.

Καὶ ναῦς ναυπηγοῖο ἄδουσι λαλέουσα.
Auctoremq; ſuum celebrat ſine voce carina.

Καὶ νέος ἡμερόφοιτος ἔχων ἀκόρητον ὀπωπὴν.
Et novus amator habet inſatiabilem aſpectum.

Καὶ νόον ἀνθρώποισι δειός τε βίλος ἀμαθύνει.
Et mentem & vires timiditas hominib. minuit.

Καὶ νυ δίκης ἐπάκουε βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
Juſtitiæ animum adjice; violentiæ prorſus oblivi-ſcere.

Καὶ πόλεμόν τε, δέδοικα πικρὸν καὶ κῦμα θαλάσσης.
Et bellum metuo & fluctum maris.

Καὶ πολιὴ ῥικνοῖο, τὸ δὲ θέος ἠβώοντος.
Dabit ſænium rugas, vires generoſa juventus.

Καὶ πότε δυσπλοὺς ἄφοβος πόρος, εἰπὲ θάλασσα.
Et quando vorticoſus non timendus tranſitus, dic mare?

Καὶ πρόφασις τρία ἐστὶ, τὸ δ' ἀτρεκὲς, ἔχθος ἄπιστον.
Prætextus quidem eſt Trinitas, verum autem inimicitia infida.

Καὶ ῥ' ὑπερφιάλοισι θεὸς κοτέει μεγάλοισι.
Nempe Dei in mentes ſemper furit ira ſuperbas.

Καὶ σὺ φίλος μὴ δηθὰ δόμων ἀπὸ τῆλ' ἀλάλησο.
Tu quoq; amice domo diuturnus abeſſe cavето.

Καὶ

Καὶ τυτθὸς σωέδησεν ὁπὸς μέγα χεῦμα γαλακτος.
Et ſucco exigno denſatur copia lactis.

Καὶ φλόξ ἐν τελετῇς ὅτε θύματα πάντα λαφύξει.
Et flamma in ſacrificijs non victimam omnem depaſcitur.

Καὶ φύσιν ἀφθόγγοισι τύποις μιμήσατο τέχνη.
Et naturam mutis formis imitata eſt ars.

Καιρὸς θηρητῆρσι κατ' ὄρεα θῆρας ἀναιρεῖν.
Tempus apros, tempus cervos in monte necandi.

Καιρὸς παντοπορῶσι λυεῖν πρυμνήσια νηῶν.
Tempus ſolvendi navis retinacula nautis.

Καιρὸς φυταλιῆς, καιρὸς δέ τε γαῖαν ἀρόσσειν.
Certum plantandi, certum quoq; tempus arandi.

Κάλλος ἀνεὺ χαρίτων, τέρπει μόνον· οὐ κατέχει δὲ.
Pulchritudo ſine Gratijs delectat tantum, non detinet.

Κάνθων κὴ πολύχρυσος ἐὼν ὀγκηθμὸν ἀείδει.
Aſinus licet valde onuſtus auro, tamen rudit.

Κάτθανον, ἀλλὰ μένω σε· μένεις δέ τε κὴ σὺ τιν' ἄλλον.
Mortuus ſum, ſed exſpecta te: exſpectas vero & tu quendam.

Κιθδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδὲν.
Fucato viro cognitu nihil eſt difficilius.

Κισσῷ μὲν Διόνυσος ἀγαλλεται, αἰγὶδι δ' Ζεύς.
Hedera quidem Bacchus delectatur, capellâ verò Iupiter.

Κυρότερος δὲ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπίπτει.
Iunior vir ad coætaneos evolat animo.

- Κρεῖσσον δὲ κρατέειν, ἢ κρατέοισι πιθέσθαι.
Iura dare est ſatius, quàm danti jura ſubeſſe.

Κρεῖσσων δὲ πενίη πλουτῆ σὺν ἀλάστορι κακίστῳ.
- *Sacrilegis opibus ſapiens præcellit egeſtas.*

Κρύβδα ἀνάλκιδες αἰὲν ἀγαυοτέρους λοχόωσι.
Semper imbecilles furtim clariores excipiunt.

Κρύψαντες δὲ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
Occultarunt Dij victum hominibus.

Κτείναντ' ἄνδρα νέον μακρὸν πέλει ἀνέρι κῦδος.
Si juvenem virum quis occidat, gloriam habet.

Κῦδος δὲ νέῳ ἀνδρὶ φέρειν ἀπ' ἀγῶνος ἄεθλον.
Decus est viro juveni ex certamine palmam referre.

Κυπρίδιαν ὀάρων αὐτάγγελοί εἰσιν ἀπειλαί.
Venerearum conſuetudinum per ſe nunciæ ſunt minæ.

Κύπρίδος οὔ σοι ἔοικε θεῆς ἱέρειαν ἀφάσσειν.
Non te decet Deæ Veneris ſacerdotem ſollicitare.

Κύρν', ἀγαθὸς μὲν ἀνὴρ γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεί.
Cyrne, bonus quidem vir animum habet ſemper firmum.

Κύρν' ἔμπης δ' ὅ, τι μοῖρα παθεῖν, οὐκ ἔστ' ὑπαλύξαι.
Cyrne tamen quod fatum est pati, non licet effugere.

Κύρνε

Κύρνε, φίλυς ωρὸς πάντας ἀπίτρεφε ποικίλον ἦθος.
Cyrne, amicos ad omnes converte varios mores.

Κῦροί τε Κροῖσοί τε κακὸν μόρον οὐκ ὑπαλύξα.
Aspera non Cyris, non Crœsis parca pepercit.

Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀναλκιδος, ἠλιδάνοιο.
Irritum est telum viri in bellis & nauti.

Λ.

Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.
Fames ignavo viro semper est comes.

Λωίτερος κύκνυ μικρὸς θρόος, ἢ κολοιῶν.
Est melior cycni modicus cantus, quàm graculorum.

M.

Μάρναντας δριΐοισι κατ' ἀντίον ἄλκιμοι ἄνδρες.
Strenui viri Cominus cum hoste congrediuntur.

Μειδῆσαν δ' ἐθεῶν ἱερὸν γένος ἐβλάστησεν.
Ridendo Deorum sacrum genus natum est.

Μεσσηγὺς γαίης τε καὶ ἠεροειδὲς Ὀλύμπου.
In medio terræ simul & stellantis Olympi.

Μέτρα φυλάσσεσθαι· κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει.
Sit modus in rebus: pravis te adjungere noli.

Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Modum quidem Cleobulus Lindius dixit optimũ.

Μὴ διὰ πήματι πάγχυ δαΐζε θυμὸν ἀνίῃ.
Ne propter res adversas animum nimiam excrucies.

Μὴ κίνει Καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.
Ne moveas Camarinam, etenim non tangere præstat.

Μὴ κταμένους ἐνὶ χάρμῃ κλαίειν ἦμαρ πάντα.
Non fas est occisos in bello usq; lugere.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου.
Non unguentum, non coronas lapideis columnis exhibe.

Μὴ νεμέσα βαιοῖσι· χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ne indignare parvis: Gratia parva comitatur.

Μὸ νυχίῃ ἀνόνητον ἀναστήσειας ἐννώ.
Ne nocturnam inutilem rursus constituas pugnã.

Μὴ ποτε δμωὶς ἔσασα γυνὴ, δέσποινα γένοιτο.
Ne aliquando quæ servijt mulier domina fiat.

Μή ποτε θῆλυς ἐοῦσα, ἐς ἀνέρα ὄφρυὰ ἀείρειν.
In molem, mulier cùm sis, ne assurge virilem.

Μὴ πλαίων, φίλος εἶ θνητοῖς, φίλος εἶ μακάρεσσι.
Felix existens; amicus es hominibus, amicus es Dijs.

Μὴ σέγ' ἀνιάτω πάτρης ἄπο τῆλε θανόντα.
Ne te offendat patriâ procul morientem.

Μὴ σέο χεῖρα μίαινε γυναικείοισι κοθόρνοις.
Ne tuam manum fœda muliebribus cothurnis.

Μὴ σὺ

Μὴ σύ γ' ἐπαμέλσαιο κακὸν ϗ φαῦλον ἑταῖρον.
Ne tibi qui vitijs ſcateat conjunge ſodalem.

Μὴ σύ γε θνητὸς ἐὼν, ὡς ἀθάνατός ϗ λογίζῃ.
Ne tu mortalis cùm ſis, tanquam immortalis rationeris.

Μὴ σὺ μὲν ἀτλήτοισιν ἐν ἄλγεσι θυμὸν ὀλέσσῃς.
Ne tu quidem intolerabilibus in doloribus animum perdas.

Μὴ σύγ' ἐπ' ἀλλοτρίης ὦ ἀνθρωφ' ἵζοιο τραπέζης.
Ne tu alienis, ô homo, aſſideas menſis.

Μὴ στρατιὴν ὀλέσσιας ἀφεγγέϊ δηϊότητι.
Ne exercitum perdas tenebrosâ pugnâ.

Μὴ στρατὸν ἐυφροσυνη μέθη, ϗ κῶμα, ϗ ὀρφνὴ.
Ne exercitum ſomno det ebrietas, & vetternus, & caligo.

Μὴ τὰ θεῶν χρὴ δῶρα δαϊζέμεν ἀφροδέοντα.
Non decet dementem violare deorum dona.

Μὴ τοίνυν κλαύσῃς τ' ἀποιχόμενον βιότοιο,
Non flebis egredientem è vitâ.

Μὴ τοίνυν λέγε σαυτὸν ἐτῶν πρεσβῦτα θείων.
Ne dicas ſeipſum annorum ſenem multorum.

Μὴ φράξῃς πηγὴν, ποταμὸν μέγαν ὠδίνουσαν.
Ne fontem obtures fluvium qui parturit altum.

Μὴ χαίρειν εἴπῃς με κακὴν κάρη ἀλλὰ παρέλθῃ.
Ne ſalutẽ mihi dicas, malum caput, ſed præteri.

Μηδ' ἀναβάλλεσ ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν.
Ne differas inq; craſtinum, inq; perendinum.

Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο πτερσμμένος ὀρθὸς ὁμιχεῖν.
Ne contra Solem verſus erectus merito.

Μηδ' ἐὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσ.
Ne intra naves omnem ſubſtantiam cavas pone.

Μηδ' ὅτ' ἐπ' ἀγκύρῃ ὁλοῇ πίς δυε θαλάσσῃ.
Neque cùm in anchorâ eſt navis, exitiali crede mari.

Μηδ' ἐπὶ παιθοίνῃσι νόον τέρποιτο τραπέζαις.
Ne luxurioſis animo, delectetur menſis.

Μηδὲ γυὴ σε νόον πυκσόλος ἐξαπατάτω.
Ne mulier te animo nates ſuccincta decipiat.

Μηδὲ γλωαικείῳ λετρῷ χρόα φαιδρύνεσ.
Neq; muliebri in balneo corpus abluito.

Μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεσον καταλείπειν.
Neq; domum faciens imperfectam relinquito.

Μηδὲ κακῶν ἕταρον, μηδ' ἐθλῶν νεικεσῆα.
Neque malorum ſocius, neque bonorum convi-ciator.

Μηδὲ λίλαιο κήρυκος, ἂν ὄς ἔχε μακρὰ βοῶντος.
Nec nimis præconi aurem præbe altè vociferanti.

Μήδεα καὶ μῦθοι τοῖς ἀνδράσι κάρτος ἀέξει.
Conſilium & eloquium vires hominibus augent.

Μήδεις

Μηθεὶς ἀνθρώπων πείσῃ κακὸν ἄνδρα φιλῆσαι.
Nullus hominum persuadeat, improbum virum amare.

Μηδεὶς ζητήσῃ μερόπων ποτὲ χ̓ θεὸς εἶναι.
Nemo cupiat mortalium aliquando Deus esse.

Μηδὲν ἄγαν, τ̃ ἐπὶα σοφῶν ὁ σοφώτατ̃ εἶπεν.
Nequid nimis. Septem sapientum sapientissimus dixit.

Μηδέποτε ζήσας ὁ πένης βροτὸς, ἠδ̓ ἀποθνήσκει.
Qui nunquam vixit pauper homo, neq; moritur unquam.

Μήθων ἐν ἀγορῇ χρειὼν πέλει ἀνθρώποισιν.
Sermonis necessarius in foro usus est hominibus.

Μηκέτ̓ ἔπειτ̓ ὀδυσῆι κάρη ὤμοισιν ἐπείη.
Posthac ne caput hoc humeris, insistat Vlyssis.

Μήκελι κληρονόμους ὀνομάζετε φέγγ̃ ὁρῶντας.
Ne haeredes appellate lucem intuentes.

Μηκέτι πιστὰ φέροιτε γυναιξὶ δολοφρονέουσις.
Non amplius fidem habeatis mulieribus dolosis.

Μήμοι θεοὺς καλέσσαι, βουλεύσ κακῶς.
Ne mihi Deos invocans consulas male.

Μήποτ̓ ἐπαινέσῃς πρὶν ἄν εἰδῇς ἄνδρα σαφῶς.
Ne unquam laudes priùs quàm clarè virum noveris.

Μήποθ̓ ὑπὲ σμικρᾶ σφαλῆτε φίλου ἄνδῤ ἀπολέσῃς.
Nunquam ob parvam causam amicũ perdideris.

Μήποτε τὸν κακὸν ἄνδρα φίλον ποιεῖσ ἑταῖρον.
Nunquam malum virum, amicum fac ſodalem.

Μήποτε τ παρεόντα μεθεὶς φίλον, ἄλλον ἐρεῦνα.
Nunquam præſentem relinquens amicum, aliũm quære.

Μήποτε τ παρεόντα παρεὶς φίλον, ἄλλον ἐρεῦνα.
Nunquam præſentem relinquens amicum, aliũm quære.

Μήποτε φεύγοντ' ἄνδρα ἐπ' ἐλπίδι, Κύρνε, φιλήσης.
Nunquam exſulem virum ob ſpem, Cyrne, oſculaberis.

Μήτε βαθυκτεάνοιο τύχης κυφίζεο ῥοίζῳ.
Ne opulentæ fortunæ attollaris æſtu.

Μήτε δίκην δικάσειεν ἀνὴρ γεγονὼς δικοθλέκτης.
Ne juſtum judicet vir, qui factus eſt tabula.

Μήτέ τιν' αὔξε τύραννον ἐπ' ἐλπίσι κέρδεος εἶναι.
Ne quenquam adjuva tyrannum, ſub ſpe id lucro fore.

Μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον τὰ δίκαια φιλεῦντες.
Matrem inopiam acceperunt, qui juſta amant.

Μητρυιὰ πρόγονοισιν ἀεὶ κακὸν, οὐδὲ φιλεῦσαι.
Novercæ privignis ſemper malũ; neq; amãt illos.

Μισθὸς γάρ τε πότοιο, πότος τέλος ἀντιβολήσαι.
Votorum merces etiam eſt pia carpere vota.

Μοίχια λέκτρα κάκιστα κ' ἔκ τοῦ θεῶν εἰσὶν ἐρώτων.
Adulterini thalami peſſimi, & extra amorẽ ſunt.

Μουσῆς

Μηδὲν ἐστὶν ζωῆς καθαρῆς βίου ἔμπεδον αἰεί.
Nil stabile est præter vitam quæ nescia labis.

Μῶσα φίλη, βαιῶν σε μοι θέμις ἀμφὶς ἐείδειν.
Musa amica, circa parva nō decet me diu morari.

Μύθου καὶ τὸ βροτοῖς αἰδοίιον ἄνδρα τίθησι.
Quin etiam venerandum hominem facundia reddit.

Μῦθον καὶ βασιλῆας ἄγει καὶ δῆμον ἐφέλκει.
Et reges populosq; trahit facundia linguæ.

N.

Νεῖος ἀλεξιάρη, παίδων δυσηλήτειρα.
Novalis imprecationum expultrix, liberorum placatrix est.

Νεκρὸς δ' ὔπι γόοισιν ἀνέρχεται ὅτέ τι οἶδε.
Mortuus nunquam lamentis excitatur, nec quicquam novit.

Νῆ ὀλίγῳ αἰνεῖν, μεγάλη δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.
Navem parvam laudato, magna vero onera imponito:

Νηπιτύοισι δ' ὄνειαρ ἀκήρατον οὐ θέμις εὑρεῖν.
Stolidis utilitatem indomitam non fas invenire.

Νίσεται ἐσθλὸς ἀνὴρ εἰς οὐρανὸν ἄφθιτον αἰεί.
Migrat vir bonus in cœlum incorruptibile.

Νόσφι θεῶν· μούνοισι δ' ὑπείξομεν ἀθανάτοισιν.
Exceptis Dijs: solis autē concedemus immortalib.

Νόσφι

Νόσφι θεῶν; ἀλλ' ὅσον ἐπ' ἐκποδὸς ἴχνος ἀείραι.
Absq; Diis? Ne quidem pedis plantam sustollere est.

Νοῦς ἀγαθὸς καὶ γλῶσσα· τὰ δ' ἐν παύροισι πέφυκεν.
Mens bona & lingua: at haec in paucis sunt.

Νυκτὸς ἀπερχομένης γιγνώμεθα, ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ.
Nocte recedente nascimur quotidie.

Νιφὰς γὰρ δὴ πάντεσσιν ὑπὲρ ξυρῆς ἵσταται ἀκμῆς.
Nam durâ cunctis sita res in cuspide ferri est.

Ξ.

Ξεῖνος δ' ἰθι πάροικος ἐπ' ἀλλοτρίης χθονὸς ἔρπων.
- *Hospes es in miserâ peregrinus & advena terrâ.*

Ξυνὸν δ' αὖ πάντεσσι φάος, καὶ νήχυτος ἀήρ.
Lux omnibus communis & liquidus aër.

Ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀήρ, ξυνὴ δέ γε γαῖα.
- *Omnibus est tellus communis & omnibus aër.*

O.

Ὁ Ζεὺς ἀντὶ πυρὸς πῦρ ὤπασεν ἄλλο, γυναῖκας.
Iupiter pro igne ignem dedit alium, mulieres.

Ὀτρεπτὸς πέλεται νόος ἐσθλοῖς ἀνδράσιν οἶδα.
Novi quod mutabilis mens sit bonis viris.

ὀφθό-

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.
Invidia atra ſuis telis domat ipſa ſeipſam.

Ὁ φθόνος οἰκτίρμῳ, κατὰ Πίνδαρον, ἐστὶν ἀμείνων.
Invidia miſeratione juxta Pindarum eſt melior.

Οἱ κακοὶ, οὐ πάντως κακοὶ ἐκ μητρὸς γεγόνασιν.
Mali, non prorſus mali ex utero nati ſunt.

Οἵη δ' αὖτε θέρος γλυκερὴ κατηλόγι κοίτη.
Χωρὶς τό, τ᾽ εἶναι, καὶ τὸ μὴ νομίζεται.
Aliquid intereſſe exiſtimatur inter eſſe & non eſſe.

Ψ.

Ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ' ἀδὲν ἦτ' ἄρα.
Falsa somnia valete: nihil enim estis.

Ψυχαὶ προφάσις, τὸ δ' ἔστιν ἡ φιλαρχία.
Prætexitur mentium salus, sed est ambitio.

Ψυχὴ ἅπασι τέκνα ἀνθρώποις ἄρ' ἦν.
Liberi omnibus hominibus sunt vita.

Ψυχὴ βιώη, σάρξ δὲ μοι τεθνηκέτω.
Vivat anima: at caro mihi esto mortua.
Ψυχῇ μιᾷ ζῆν ἀ δυοῖν ὀφείλομεν.
Debemus una anima vivere, non duabus.

Ω.

Ὦ ἄνθρωπε μὴ δεῖ τοὺς τεθνηκότας κακῶς.
O homo, noli contumeliâ afficere mortuos.

Ὦ δαῖμον ἀγαθὲ, σὸν τὸ βούλευμ', οὐκ ἐμόν.
O boni Geni, tuum est consilium hoc, non meum.

Ὦ δυσπάλαιστον γῆρας ὡς μισῶ σ' ἔχων.
O ineluctabilis senectus, quàm te odi.

Ὦ Ζεῦ δόπτα καὶ κατόπτα πανταχῆ.
O Iupiter qui pervides & despicis omnia.

Ὦ θεοί; θεὸς γὰρ καὶ τὸ γινώσκειν φίλους.
O Dij! Nam dei beneficium agnoscere amicos.

Ὦ θύ-

Ὦ θύγατερ, ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τί ποικίλον.
O filia, quàm varia quædam res est Deus!

Ὦ Λάμαχ' ἀδικεῖς ἐμποδὼν καθήμενος.
O Lamache lentus dum sedes nobis noces.

Ω μή ἐσι δρῶντι πέρδος, ἀλλ' ἔπος φοβεῖ.
Qui non metuit facinus committere, is verba minus metuet.

Ὦ μῶρε. θυμὸς δ' ἐν κακοῖς ἀξύμφορον.
O stulte, ira homini calamitoso non est utilis.

Ὦ ξένε τυράννοις ἐκ πολῶν μεθίσεσο.
Hospes, tyrannis cede quàm primum viâ.

Ὦ παῖ, πέφυκας πατέρα σὸν στέργειν ἀεὶ.
O fili, naturâ hoc inditum est tibi amare semper tuum patrem.

Ὦ παιδοποιαὶ συμφοραὶ· πόνοι βροτῶν.
AErumnæ ex liberorum procreatione: ô inertium labores!

Ὦ παῖ καταπύγον θ' ἡμέτερον ἅπαν γένος.
Quàm feminæ omnes urimur libidine!

Ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι μάτην.
O in multis rebus peccantes homines temere!

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν ὡς εἶ σοφή.
O veneranda oblivio, malorum, quã es sapiens.

Ὦ τᾶν, δίδασκε μὴ θρασυνέσθ κακοῖς.
Amice, discas in rebus adversis non efferri.

Ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀπμάσῃς.
O fili, jusjurandum ne contemnas.

Ὦ τέκνον, ἀδεὶς δυσυχοωῦτί σοι φίλος.
O fili, nemo tibi infelici amicus est.

Ὦ τῆς βραχείας ἡδονῆς τῆς τοῦ βίου.
O brevem voluptatem vitæ!

Ὦ τῆς μεγίσης τοῦ φθόνου πονηρίας.
O maximam invidiæ malitiam!

Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον ἄπικυρον νόσου.
O dulce demulcens somne remedium morbi!

Ὦ φύσις ἐν ἀνθρώποις ὡς μέγ' εἶ κακόν.
O Natura, quàm magnum es malum inter homines!

Ὡς ἂν ποιήσῃς, πανταχοῦ χρηστός γ' ἔσῃ.
Vt itaq; facies, ita ubiq; bonus habeberis.

Ὡς ἀντίκειτ' ψεύδει ἀληθεῖ λόγῳ.
Vt veritati pugnat usq; veritas!

Ὡς δεινὸν ἐχθρὰ, μάτερ, οἰκείων φίλων.
Quàm misera res est, ô mater, odium inter domesticos!

Ὡς εἷς μί' ὄλβιος, μίμησις Θεοῦ.
Deum æmulatur quisquis ille est nobilis.

Ὡς ἐλπίδας ζώζειν χρόνος οὐκ ἠπίστατο.
Tempus tenere non novit spes firmas.

Ὡς ἡδὺ

Ὡς ἡδὺ πρᾶγμα, ὦ ἄνδρες ἐς εὐδαιμόνως.
Quanta est voluptas, o viri, ditescere!

Ὡς πάντα δεινὰ καὶ πρὸς κινδύνῳ βροτοῖς.
Quàm res humanæ fragiles & periculo expositæ sunt!

Ὡς πεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
Tanquam moriturus tuis bonis perfruere.

Ὡς τό γ' ἄπαλλον πανταχοῦ βδελυκτέον.
Odiosa res ubique nimia exstat fames.

Ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ.
Nihil mortuis prosunt divitiæ.

Ὡς τοῖσιν εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.
Prudentibus prodesse fortuna consuevit.

Ὡς χαλεπὸν ἐς θεοὺς ἐλθεῖν ἄρ' ἐστὶ τῶν θεῶν.
Quantus labos est cælites accedere!

Ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.
Sapienti gubernatori nox parit dolores.

Ὢ μοι, κακὸν μὲν πρῶτον ἀγγέλλειν κακά.
Heu, malum quidem est primò nunciare mala.

TROCHAICI VEL QUASI.

A.

Ἄνδρα βλάπτειν ἐσθλὸν ὄντα δίκαιόν ἐστι καὶ θανεῖν.
Non juſtum eſt virum bonum & eum mortuum ledere.

Ἄνδρα, κἂν τις ᾖ σοφὸς, πολλὰ αἰσχρὸν ὄντ' ἔστιν μανθάνειν.
Non ſapienti viro turpe eſt multa diſcere.

Ἄνδρα χρὴ δοκεῖν πεσεῖν ῥώμῃ σῶμα κἂν μέγα.
Oportet virum quamvis magnis ſit viribus cogitare poſſe ſe cadere.

Αἴσχιστον νόσημα εἶναι φημὶ ζωθέτους λόγους.
Morbum arbitror turpiſſimum eſſe verba compoſita.

Ἀλλ' ἀπ' ἐχθρῶν δῆτα πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοί.
Ab inimicis multa certè diſcunt qui ſapiunt viri.

Ἀλλὰ μὴ γυναῖκα ὀργάνειν ἐχοῦσαν νοῦν καλόν.
Non decet prudentem mulierem iraſci.

Αἴτιον, γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον.
Cauſa quædam eſt cur mulieres viros ex adverſo non reſpiciant.

Ἄρα δεινὸς ἦ τόθ', ὥστε πάντα μὴ δεδοικέναι.
Tunc fui sanè vir acer, nec timens periculi.

Ἀργύρᾳ πηγή τις αὐτοῖς ἐστι θησαυρὸς χθονός.
Argenti quidam fons est illis terræ thesaurus.

Ἀρσένων ψυχαὶ γλυκείᾳ ἧσσονες θηλυδρίμασι.
Masculorũ animæ minus aptæ sunt ad blãditias.

Ἀσφαλὴς πίφυκ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.
Cautus dux præstat temerario.

Γ.

Γῆ καὶ κακὴ τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὔσταχυν φέρει.
Terra etiam mala nacta bonum cœlum divinitus, bonam segetem fert.

Γίγνεται διδάσκαλος πάντων βροτοῖς ὁμιλία.
Conversatio omnium hominibus magistra est.

Γλῶσσαν, οὐχὶ χεῖρα πανθ' ὁρῶ βροτοῖς ἡγεμόνα.
Video linguam non manum omnia gubernare.

Γνώμαι ἀλλὰ αἱ σοφαὶ καὶ ἐμποδίζονται θάμα.
Sed & sapiens non rarò impeditur consilium.

Δ.

Δεῖ καλῶς δρῶντ' ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον ἢ νικᾶν.
Satius est rectè facientem errare, quàm malè facientem vincere.

Δειλὸν

Δειλὸν ὁ πλοῦτος πέφυκε καὶ φιλόψυχον κακόν.
Timida res est divitiæ & amans vitæ malum.

Δεινὰ πᾶς τιμαῖς ὑπείκει καὶ τὰ κρατερώτατα.
Etiam quæ firmissima & potentissima sunt honoribus cedunt.

Δεινὸς ὅρκος καὶ θεοστυγεῖς ἀλίσκονται φρένες.
Grave jusjurandum & obstinatæ mentes etiam vincuntur.

Δυσφύλακτον χρῆμα πρεσβυτῶν γένος θυμοῦ ὕπο.
Aegrè senes custodiuntur ab irâ.

E.

Εἰ θεὸς βλάπτοι, φύγοιγ' ἄν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα.
Si Deus aversatur tunc etiam ignavi è fortium manibus.

Εἰ νέος, μὴ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.
Si juvenis, oportet non ætatem sed opus respicere.

Εἰ πόλει τι τοιοῦτο ξυνοίσει, ταῦτα χρὴ πάντ' ἄνδρα δρᾶν.
Si conferet civitati, hæc oportet omnia virum facere.

Εἴθε φαύλως, ὥσπερ ὗρες, ἐκβάλοις τὸν ἔνθεσιν.
Buccinam utinam malè inventam mox ejicias malè.

Εἴπερ

Εἴπερ ἀλγεινὸν, τὸ, τέκνων στερομένην δακρυρροεῖν.
Siquidem acerbum est lacrymas liberis orbatam fundere.

Εἴπερ ἔς' ὄντως θεὸς, δεῖται ὁ μηδενὸς θεός.
Deus qui verè Deus est nullius indiget.

Εἷς ἀνὴρ χρείασων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος.
Vnus vir dignior est vitâ innumeris mulieribus.

Εἰς τέλος γὼ οἱ μὴν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων.
Boni tandem etiã condigna consequũtur præmia.

Εἰσὶν ἐν κακοῖσιν οἱ καλοὶ σαφέστατοι φίλοι.
In adversis boni sunt certissimi amici.

Εἶτα δῆτ' ὦ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά.
Heu senectus quanta secum quotq; fert incõmoda!

Ἐκ δόμων ἀνὴρ θανὼν ποθεινὸς, ἀσθενὴς γυνή.
Vir mortuus in domo desiderabilis est: fœmina enim imbecillis.

Ἐκ μὴ ὦ τιμὴν ποθέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐσθλῶν.
Nunquam â me habebunt bonorem mali qui bonis debetur.

Ἐκβαλεῖν φίλον καὶ ἀυτῷ βίοτον ἴσον τὸν πάρος.
Amicum ejicere, æquè est ac suam ipsius vitam.

Ἐκπονοῦσ' ἔχοντες, εἶτα δ' ἐξεχώρησαν κακῶς.
Laborant ut habeant, deinde excedunt turpiter.

Ἐλπίδες δ' ὕπω καθεύδουσ' αἷς πέποιθα σὺν θεοῖς.
Spes nondum obdormiunt, quib. confido cum diis.

Ἐλπὶς

Ἐλπὶς οὐδεμία ἐστὶν ἐν τοῖς μὴ καλοῖς βουλεύμασιν.
Spes nulla est in malis consiliis.

Ἐν βροτοῖς αἱ ὕστεραί πως φρονίδες σοφώτεραι.
Inter homines posteriores cogitationes sæpe meliores prioribus.

Ἐν κακοῖς οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν ὀρθῶς φρονεῖν τύχας.
Adversis rebus non facile est mortalibus læta dicere.

Ἐν κακοῖς πολλὴ ἀνάγκη καρπτὸν εἶναι κακά.
In malis necessitas subigit homines ut mala consulant.

Ἐν κακοῖς οὐκ ἔστι κρεῖσσον οὐδὲν οἰκείου φίλου.
In reb. adversis nihil est melius domestico amico.

Ἐν μαθεῖν ἔνεστιν ἡ ὑλάβεια τῶν ποιουμένων.
In explorando inest cautio eorum quæ agenda sunt.

Ἐν νέῳ τὸ μὴ δίκαιον ὅστις ἀνθρώπων ἔχει.
In juventute nemo ad justitiam attendit.

Ἐν σοφοῖς φαῦλοι παρ' ὄχλῳ μυθικώτεροι λέγειν.
Imperiti apud sapientes, facundiores apud populũ.

Ἔνθα μὴ λύειν τέλη φρονοῦντι ὡς δεινὸν φρονεῖν.
Quàm gravè est sapere ubi non expedit sapienti.

Ἐν σοφοῖσιν ἐστὶ θνητῶν λανθάνειν τὰ μὴ καλά.
Par sapientiæ humanæ est celare quæ non sunt honesta.

Ἐξ ὅτου τις ἀκλεὴς ἂν, δεῖ λέγειν, γνώσεται.
Oportet ea dicere, quibus quis melior reddatur.

Ἐσθλὸς δ' φύσιν οὐδέποθ' ἁλοὺς συμφοραῖς ὕπο.
Bonus neque calamitatibus ingenium perdit.

Ἐστι γὰρ πλοῦτός γ' ἀμεμφὴς, ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς φόβος.
Divitiæ irreprehensibiles oculis sunt formidolosæ.

Ἔστιν, ὅτ' σιγῆς λόγος κρείσσων, καὶ ὅτ' σιγὴ λόγου.
Est ubi sermo præstet silentio; & ubi silentium sermoni.

Ἐ γυνὴ χρὴ ἢ καλῶς ζῆν ἄνδρα, ἢ πεθνηκέναι.
Vel honestè vivere, vel honestè mori generosum oportet.

Εὐτυχεῖς ἢ σὺν θεῷ φανούμεθ', ἢ πεπλωκότες.
Vel felices cum Deo erimus, vel corruemus.

H.

Ἡ γυνὴ κακὴ ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον ἐσορᾶν.
Mulier ignava est ad prælium & ferrum intuendum.

Ἡ θάδιον φίλων νέοι μολόντες ἐπιθέσθαι.
Consuetis novi venientes amici magis ad persuadendum valent.

Ἡ μεγίστη

Ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων ἀναίδεια.
Gravissimus morbus inter homines est impudentia.

Ἡ ἀρετὴ οὐδὲν φέρει εἰ μὴ θεὸν χρήζοντ' ἔχει.
Virtus nihil prodest nisi habeat Deum faventem.

Ἡ τύχη κρατεῖ· τὸ πρόνοια ἐστὶν οὐδενὸς σαφής.
Fortuna dominatur. Providentia non certa est.

Ἡδονή τις γυναιξὶ μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.
Voluptas quædam mulieribus nihil sani dicere.

Ἡ μέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν τὰ τῶν βροτῶν.
Dies inclinat & excitat rursum humana.

Ἠν ἰδού, καὶ δὴ πέπαυμαι. φῂς γε· παυεῖς δ' οὐδέπω.
En vides, ut desino. Inquis, sed tamẽ non desinis.

Θ.

Θεὸς ὅταν βλάπτῃ δυνατ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν.
Quando Deus affligit, tunc ne fortes quidem effugere possunt.

K.

Καὶ ἔβαψεν ναῦς γὰρ ἐντεθεῖσα πρὸς βίαν πρύμνη.
Et navis intento vi clavo mergitur.

Κάλλιστον τὸ σωφρονεῖν γὰρ, καὶ σέβειν τὸ τοῦ Θεοῦ.
Sobrium esse & colere Numen res est perpulcerrima.

Κύπρις

Κάλλιστον γυναικὶ ἡ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν.
Pulcerrimum mulieri decus tacere & ſapere.

Κύπρις ἐν βροτοῖσι, πολλὴ, κοὐκ ἀνώνυμος θεά.
Celebris inter homines & nõ ignobilis Dea Venus.

Κὴρ ψεύστης ἐλευθέρῳ ψυχῇ καλεῖσθαι, οὐ καλή.
Mendacem vocari non eſt pulchra homini liberali prædicatio.

Λ.

Λοιδορῆσαι τοὺς πονηροὺς, οὐδὲν ἐς ἅπαν φθονον.
Non eſt odioſum malos homines eõvituperier.

M.

Μακρὰ τῶν σμικρῶν λόγων μᾶλλον σαφῆ ἔφυ κλύειν.
Longa oratio magis plana eſt auditu, brevi.

Μανθάνειν ἥδιον ὃς λέγοντος εὖ κέρδος λέγει.
Prodeſt audire benè monentem.

Μεγάλα πρέπουσι ἄνδρα χρεὼν τρόπους μεθιστάναι.
Non decet virum res magnas gerentem mores mutare.

Μὴ πανοὺς ἕλῃ παρώσας ὁσιωτέρους φίλους.
Ne impios eligas amicos pellens pios.

Μὴ ὅτῳ παρ' ἀτυχοῦντι μηδὲν ἡδὺ γελᾶν.
Cui hic mos est ut ne in lætis ridere nunquã soleat.

Μὴ παρῇς ἃ σοι δίδόασ' ἐν τοῖς λογίοισιν οἱ θεοί.
Quæ tibi dant Numina in oraculis, ne spreveris.

Μὴ ὑφ' ἡδονῆς φρένας γυναικὸς ἔνεκ' ἐκβάλῃς.
Ne unquam mentem ob muliebrem abijcias voluptatem.

Μηδένα' ἐγὼ ἕνεκα τοσοῦτον θείμην χθονός.
Neminem ego propter opes præfectũ alicuius loci facerem.

Μήτ' ἀχρημάτοισι λάμπειν φῶς, ὅσον θέν ἔνι.
Pecuniâ carentibus haud splendet lumen, quantavis adsit fortitudo.

Μήτ' ἀχρημάτων ἀνάνδρων· πολῆται ἐν τιμῇ σέβειν. [rentes.
Plebs non prosequitur honore viros pecunijs ca-

Μηδὲν εἴπῃς ποτ' ἐγὼ αὐτὸς εἰς θεὸς ὑπερήφανον.
Ne quid adversus Deum dicas superbè.

Μοῖραν ἐχθρῶν εἰς ἀναστροφὴν θεὸς δίδωσ' ἀεί.
Sortem inimicorum Deus semper dat in conversionem.

N.

Νοῦς γὰρ ὁ βέβαιος ἄδικον κτῆμα, κὠ σαφὴς φίλοις. [amicis.
Inconstans mens res injusta est, & non perspicua

O.

Οἱ γέροντες οἱ παλαιοὶ μεμφόμεθα τῇ πόλει.
Nos ſenes vetuſti civitatem hanc accuſabimus.

Οἱ σοφοὶ ἐξαλλαβῶνται, μὴ φίλοις τύχειν ἔχειν.
Homines prudentes præcavent ne litigent cùm amicis.

Οἶδα ἔτι θεὺς μιαίνειν ἄτις ἀνθρώπων δένει.
Novi quod homines Deos non poſſint polluere.

Οἰκτρὰ δυσυχὴ βροτοῖς πᾶσιν ξυγκαῖ᾽ ὢν κυρῇ.
Miſerabiles calamitates ſunt omnibus hominibus, externus quamvis quis ſit.

Ὃς κακῶς ἐρεῖ, ἀκούσει πολλὰ, κ᾽ ψευδῆ κακὰ.
Qui mala dicit, audit etiam multa & ea non falſa mala.

Οὐ γὰ ἄν τρέφειν δυνάιτο μία λόχμη κλέπτα δύο.
Haud una ſilva nutriat fures duos.

Οὐ καλῶς φρονεῖ, ἐρωτὶ ὅστις ἀνταγίζεται.
Non ſapit rectè qui amori obluctatur.

Οὐ μάτιν δόξης κενὸς ὠφέλημα γίνεται.
Nil gloria vana juvat.

Οὐ μόρος κατακρατήσει θανατῶντος τὸν μόρον.
Nulla mors illum poterit ſuperare qui mortem necat.

Οὐ φίλοι οἱ μὴ 'πὶ ταῖσι συμφοραῖς εἰσιν φίλοι.
Non ſunt amici qui in adverſitatibus non ſunt amici.

Οὐ φρονεῖν μέγ' ἐκπέλει ὃς δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.
Non oportet ſuperbire his qui ſerviunt aliis.

Οὐδὲν ἂν γλίοι το ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός.
Non majus ulcus quàm malus amicus.

Οὐκ ἀεὶ αὐτοῖσιν αὐτὸς δαιμόνων ἵδρυται.
Non iisdem idem ſemper adeſt Deus.

Οὐδὲν ἀνώποις ἀνθραγκήιας τύχης μεῖζον κακόν.
Non eſt majus malum hominibus neceſſitate fortunæ.

Ουδέν ἐστι θηλυ γυναικὸς ἀμαχώτερον.
Nil inexpugnabile eſt præut mulier, mulier improba.

Οὐδεν ἡμεῖς ἄλλο πλὴν εἴδωλα ἢ κυφὴ σκιά.
Nihil aliud ſumus nos quàm ſimulacra & inanis umbra.

Οὐδεν οἱ νέοι γυναικῶν ὄντες ἀσφαλέστεροι.
Nihil tutiores ſunt juvenes mulieribus.

Οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὼ τώ σκέλη χορεύετον.
Ipſa nempe crura ſponte ſaltant, nil movente me.

Ουκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν ὅς τις ἔς' ἐλεύθερος.
Nunc decet nunc eſſe ſegnes qui ſciunt ſe liberos.

Οὐκ

Οὐκ ἀληθὲς ποικίλων δεῖτ' ἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.
Veritas non opus habet multis hinc inde interpretationibus.

Οὐχὶ συγγνώμην ἔχει προδότην πατρίδος.
Proditori patriæ nulla venia danda.

Οὐχὶ ταὐτὸν εἰπεῖν δόκησιν, κἀξαγγεῖλαι λόγον.
Non idem est opinionem narrare ac rem certam nunciare.

Π.

Πάντα θεὸς ποιεῖ χειμάζοντος· εἰκάσαι πρέπει.
Omnia cùm Deus ita tempestates ciet metuenda est.

Πᾶσιν ἀνθρώποισι κοινόν ἐστι τὸ ξαμαρτάνειν.
Omnibus hominibus commune est peccare.

Πειστέον κἠμηδὲν ἡδὺ· πάντα γὰρ καιρῷ καλά.
Obtemperandum est etsi nihil jucũdum est omnia tempestiva pulchra sunt.

Πημονῶν μάλιστα λυπεῖσ' αἳ αὐ φανῶσ' ἀυθαίρετοι.
Malorum ea quod sponte contrahuntur maximè dolent.

Πιστὸς ἐν κακοῖς γαλήνης ναυτίλοις κρείσσων ὁρᾶν.
Fidus in malis jucundior est visu, quàm nautis tranquillitas.

Πλείονες τοῖς σφῶν μέτροις μετροῦσι τὰ τῶν πέλας.
Major pars metiuntur actis acta aliena de ſuis.

Πολλά τοι γυνὴ ἂν δόρποι δαι τὶ ποσφορήματος.
Multa mulier ad convivium invenit fercula.

Πολλὰ τοι σμικροὶ λόγοι ἤδη κατώρθωσαν βροτούς.
Sæpe brevia dicta erexerunt homines.

Πολλάκις ξηρὰ βαθεῖαν γῆν ἐνίκησε σπορά.
Sæpe arida ſeminatio vicit pinguem terram.

Πόλεμος οὐκ ἄτερ πόνηρὸν ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.
Bellum nunquam malum ſed ſemper bonos interficit.

Πρόσφορ' ἡμαρτημένων οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἄκη μόνον.
Peccatorum quidem remedium eſt, non autem defenſio.

Σ.

Σὸν λογίζου ἡμέραν βίον, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης.
Quotidianam vitam exiſtima; cætera fortunæ ſunt.

Στόμα τὸ δῖον ψεύδηγορεῖν γὰ οὐκ ἐπίσταται.
Iovis os mentiri neſcit.

Σχῆμ' ἰδὼν τις αὐτίκ' ἀνθρώπου πέρι γνοίη τις ἄν.
Figuram conſpicatus quis, mox qui ſit indicare poteſt.

Σώφρο-

Σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι, καὶ συγῶσι τοὺς κακούς.
Modestos dij amant & malos oderunt.

Σώφρονος δ' ἀπιστίας οὐδὲν ἐστὶν χρησιμώτερον.
Prudente nil est melius diffidentiâ.

T.

Τὰς γυναῖκας τοὺς φύσεις κοσμεῖν γυναικείας χρεών.
Mulieres oportet ornare naturas muliebres.

Ταῦτα ἐν τῷ δαίμονι ἐστὶν τῇδε φῦναι χἀτέρᾳ.
Penes Deum est hoc vel illo fato nasci.

Τερπνὸν εἴπερ πάθοι μνήμην ὀφείλειν ἀνδρὶ χρή.
Decet virum memorem esse si quid ei suave accidit.

Τὶς γὰρ ἂν φανῇ βροτῶν δύναιτ' ἄγλωνητον ποιεῖν;
Factum infectum quis reddere possit?

Τοὶ καλῶς διρημέν' ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται.
Præclarè cogitata sermone indicantur.

Τοῖς κακοῖς μέγιστον ἐστι καὶ φάσις πονηρίας
Improbis haud parva laus est à malo desistere.

Τοῖς μόνοις θεοῖς γῆρας καὶ θανεῖν οὐ γίγνεται.
Solis Diis senectus & mors non venit.

Τοῖς λόγοις ἡδὺς, φρονῶν κακῶς, πόλει κακὸν μέγα.
Suavis oratione, male sentiens, urbi magnum est malum.

Τοῖς πατρῶσ' ἀ, εἰ πονεῖ τις, ἀλλ' πόνων μνήμην ἔχειν.
Parentum causa etsi quis laborat, laborum tamen debet oblivisci.

Τοῖσι γενναίοισί τοι τὸ χρηστὸν ἐστιν εὐκλεές.
Quæ bona sunt, generosa ingenia gloriosa ducunt.

Τοῖσι βελτίστοις ἀεὶ χρῆσθαι τρόποις ἀνδρὸς καλοῦ.
Boni viri est optimis semper uti moribus.

Τὸν καλῶς πράσσοντ' ἀνάγκη χρηστὰ κερδαίνειν.
Cui prospera affulsit fortuna, eum necesse est bene loqui.

Τὸν ξενὸν στυγῶ δικαίως, ἐν κακοῖς ἀφιγμένον.
Hospitem illum jure odi qui non tempestivè advenit.

Τόξον ἐκτείνουσιν ὡς χαμοῦ πέρ οἱ κενοὶ βροτῶν.
Stulti homines arcum ultra, quàm convenit extendunt.

Τοῦ στρατηλάτου τὰ κρείσσω μηδὲ τἀνδεᾶ λέγειν.
Est ducis boni læta & non adversa dicere.

Τὸν θεοὺς ἔχων φίλους ἔχει ἀρίστην μαντικήν.
Qui Deos habet amicos, is habet optimam divinationem.

Τοὺς φίλους ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.
Decet amicos amicis in adversis opem ferre.

Τῷ δόλῳ τὰ μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σώζεται.
Male parta malè dilabuntur.

Τῷ χρόνῳ νῦν ἔχον ὥστε συμφέρειν τοῖς κρείττοσι.
Tempus me docuit ſapere & credere potentioribus.

Τῶν βροτῶν οὐδεὶς ἐφ' ὅτῳ μῶρος, ὅς θανεῖν ἐρᾷ.
Nemo hominum ita ſtultus eſt ut libenter moriatur.

Τῶν βροτῶν πολλοῖς ἄπιστος ἐσθ' ἑταιρίας λιμήν.
Multis amicitiæ portus non fidelis eſt.

Τῶν κακῶν χρὴ μητέρων φεύγειν τρόπους τέκν', οἵπερ νοῦς.
Malarum matrum mores fugere oportet liberos, quibus mens eſt.

Τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων ἃς, τάδε κοὐ πράσσειν ζυγῷ.
Quæ facta invitus audio, ea etiam perpetrare nolim.

T.

Ὑπὸ λίθῳ χὰρ παντί που χρὴ μὴ δάκνῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν.
Spectare oportet ſub omni lapide, ne alicubi mordeat rhetor.

Φ.

Φίλτρον ὰ μικρὸν Φρενῶν αἱ συγγῳεῖς ὁμιλίαι.
Cognatorum congressus non exiguum philtrum animorum.

X.

Χαλεπὰ μὲν γυναῖκας ὑπνῶν ἐς' ἀνδ ψωλᾶς μόνας.
Est durum dormire solas absq; marito feminas.

Χαιρὲ βελθεὶς ὄγκον ἄρῃς μηδὲν' ἕ τιν@ πλέον.
Ne insolescas si fortè plus aliis manu polles.

Χείρονα πλείω βροτοῖσιν ἐστὶ τῶν ἀμεινόνων.
Plura sunt mala hominibus quàm bona.

Χρὴ γυναῖκα, κἄν κακῶ πόσει μάλα, στέργειν, δοθῇ.
Oportet mulierem, etsi admodum malo nupta sit viro, æqui consulere.

Χρὴ τὰ σκοληῤῥεῶν φίλων κατ' οἶκον ὄντας σκοπεῖν.
Oportet eos qui domi sunt absentium amicorum res curare.

Χρῆμα κάλλιστον βροτοῖς οἶμαι σεβεῖν τὰ τῶν θεῶν.
Deum venerari pulcherrima res est mortalibus.

Ω.

Ὦ πέφυκε δέος καὶ αἰσχύνη ἔχει σωτηρίαν.
Cui metus & pudor adest, salvus est.

Ὧν θεὸς χρείαν ἐρωνᾷ ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ.
Quæ Deus necessaria ducit, ea facile ipse aperiet.

Ὦ πόλις καὶ δῆμ' ὑφ' οἵων θημέλων κεντρίζομαι;
O urbs, ô plebs, à quibus ventrem percutior feris?

Ὡς σκότῳ κἂν ἀισχρὰ πράσσῃς ὅπως' ἀισχύνῃ πέσῃ.
Si occultè etiamsi turpia sint agas, non in probrum incides.

Ὦ τοὺ τῆς τύχης κρατεῖ τί ἄν φοβοῖτο ὁ βροτός;
Quid metuat homo cui fortuna dominatur?

JANI GRUTERI

Notæ ſubſecivæ

IN TERTIAM FLORI-

LEGII PARTEM.

A BELLUIS pauxillulum abſunt Barbari.) *Ita ferè vocabant Græci Latinique nationes, non modò à linguâ ſuâ moribusq; ſed & à pietate ac virtute omni alienas. videatur Cicero libro quarto in Verrem cap.* LI. *pr. item Dionyſius Halicarnaſſenſis fine libri* II. *Antiquit. Romanarum, aliiq; paſſim. De Hectore Libanius in Progymnaſmatis:* τίς μὲν γὰρ οὐκ οἶδεν αὐτὸν βάρβαρον; τίς δὲ οὐ τὸν βαρβάρους ἐξυτάτω τῶν θηρίων ἥκειν; Quis neſcit barbarum fuiſſe? quis porrò barbaros ignorat proximè ad belluas accedere? *De Athenienſibus, Phocenſium ſacrilegia propugnantibus, Trogi abbreviator libro* VIII. *cap.* III. *f:* Tantum facinus admiſiſſe ingenia omni doctrinâ exculta pulcerrimis legibus inſtitutisque formata, ut quid poſthac ſuccenſere jure Barbaris poſſent non haberent! *Florus de Gallicis Cluſium obſidentibus, libri* I. *cap.* XIII: Pro

ſociis

ſociis ac fœderatis populus Romanus intervenit; miſſis ex more legatis. ſed quod jus apud Barbaros? ferocius agunt? *Tacitus de Claudio Imp. lib.* XII. *Annal. cap.* II: Addidit præcepta (etenim aderat Meherdates) ut non dominationem & ſervos, ſed rectorem & cives cogitaret, clementiamque ac juſtitiam, quanto ignara Barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret &c.

A carnificina haud differt aula Tyrannica.) *Utpote quæ tota quotidiè madeat ſanguine humano. Tyranni enim nomen ὑπέχει πᾶν ἀσεβεσάτου ἔμφασιν, καὶ πάσας ὑπειλήφε τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀδικίας καὶ ἀνομίας*: ſummæ impietatis ſignificationem conjunctam habet; injurias ſceleraque omnia complectens, quæ inter homines ſolent verſari, *quemadmodum loquitur Polybius, libro* II. *Hiſtor. capite* LIX. *m. De talibus Seneca libro* VII. *de beneficiis cap. 19. f:* Si verò ſanguine humano non tantùm gaudet & paſcitur, ſed & ſuppliciis omnium ætatum crudelitatem inſatiabilem exercet; nec irâ ſed aviditate quadam ſæviendi furit; ſi in ore parentum filios jugulat, ſi non contentus ſimplici morte, diſtorquet, nec urit ſolùm perituros, ſed excoquit; ſi arx ejus, cruore ſemper recenti madet; parum eſt huic beneficium non reddere &c.

A filio verus nequit interimi pater.) *De Perſis Herodotus libro* I. *capitulo* CXXXVII: Ἀποκτεῖναι δὲ οὐδένα φασὶν τὸν ἑωυτοῦ πατέρα, ἢ μητέρα ἀλλὰ ὀκόσοι ἤδη τοιαῦτα ἐγίνετο, πᾶσαν ἀνάγκην φασὶ ἀναζητεόμενα τοῦτα ἀνευρεθῆναι ἢ τοὺς ὑποβολιμαίους ἐόντας, ἢ μοιχίδια, ἐπεὶ οὐδὲ δὴ φασὶ εἰκὸς εἶναι τὸν γε

ἀλη-

ἐλληθῶς τοκέα ὑπὸ τ ἑαυτ τ παιδὸς ἀποθνήσκειν. ὀκέσαι δὲ σφι τοκέα μὴ ἔχεσι, ταῦτα δὲ λέγειν ἔχεσι: Suum patrem aut matrem ajunt neminem unquam occidisse: verùm quotquot horum fortè occiderunt, omni necessitate excusâ, hos tandem deprehensos tradunt aut subdititios, aut spurios. Quippe verisimile nequaquam videri ajunt ut is qui verus parens sit, à proprio filio interimatur.

A fortiore vinci opprobrio vacat.) *Titus ad milites suos apud Egesippum lib.* V. *Excidii Hierosol. cap.* VII: A paribus aut fortioribus vinci, opprobrio vacat.

A nemine unquam impunè læditur coquus.) *Aut fallit me memoria, aut manavit à versu Menandri paris sententiæ Græco.*

A nobili plebejum exsequiæ separant.) *Videri queat formatum ex istis Taciti libro* XVI. *Annal. cap.* XVI. *f:* Detur hoc illustrium virorum posteritati, ut quomodo exsequiis à promiscuâ sepulturâ separántur; ita in traditione supremorum accipiant habeantque propriam memoriam. *Convenit isti illud Senecæ Epistolâ* XCI. §. III. *f:* Non est quod nos tumulis metiaris, & his monumentis quæ viam disparia prætexunt. Æquat omnis cinis: impares nascimur, pares morimur. Tam Ardea capta est quàm Roma. Conditor ille juris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. ubi verò ad finem mortalium ventum est: Discede, inquit, ambitio: omnium quæ terram premunt sirremps lex esto.

A nullo opes exosculantur quàm malis.) *Vult*

dicere

dicere, puto, apud eos hærere in amoribus & deliciis. & ita eſt: boni opes habent, non etiam ab iis habentur: nec interea ipſis paupertas probro eſt, ut improbis. Bellè Salluſtius Epiſtolâ I. ad Iulium Cæſarem de Republ. ordinandâ: Neque aliter quiſpiam extollere ſeſe & divina mortalis attingere poteſt, niſi omiſſis pecuniæ & corporis gaudiis, animo indulgens, non adſentando, neque concupita præbendo, perverſam gratiam gratificans; ſed in labore, patientiâ, bonisque præceptis, & factis fortibus exercitando &c.

A pluribus malè adjuvantur quàm boni.) *Quia videlicet ſimile fertur ad ſimile; pluresq; malos paſſim invenias quàm bonos, ex ſententiâ Biantis, quam pluribus interpretatur in Ludo* VII. *Sapientum Auſonius. Seneca Epiſtola* CXIV. §. III: Mirari quidem non debes corrupta excipi, non tantum à coronâ ſordidiore, ſed ab hac turbâ quoque cultiore: togis enim inter ſe iſti, non judiciis diſtant, &c.

A pauperis conſilio abeſt auctoritas.) *Rationem reddit Libanius in Progymnaſmatis, vituperatione Egeſtatis:* Οὐδὲ πένης ἀπὸ τ ἐις τὴν πόλιν φιλοτιμιῶν, λαμπρὸς ἐδὲ βουλεύτ, ἐδὲ χορηγεῖν δυνάμενος· οὐκ ἐπιδοσῶσι ναυῖ· ἐ λῦσαι λιμὸν, οὐκ τῶν ἔνδον ἀποκειμένων. οὔτοι κἂν φρονήσῃ διανέγκωσι, κἂν συμβουλὴν ἔλθωσι κομίζοντες χρησίμην, καταφρονήθησαν διὰ τὴν τύχην, καὶ τὰς πειθομένους οὐκ ἔχουσι· ἐπεὶ κἂν σφατηγός ἡς πένης ὢν, ὄνειδος πλησίον ἡ πόλις· καὶ τὰς ἐγχειρουμένας τὸ σῶμα οὐκ ἔχει· πένης πρεσβεύων κἂν ὡς δικαιότατα

καὶ πένητα ἀξιωθῆναι, ἀφροδοκήτου εὐποτμίας: Neque pauper ob largitiones in urbem illustris & conspicuus est: neque suppeditare potest, neque instruere navem, nec famem solvere, ex iis quæ intus condita habuerit inopes etiamsi prudentiâ præstent, atque utile consilium adferentes accedant, contemnuntur propter fortunam, & obtemperantes non habent. Quare pauper licet ductor exercitus sit, perinde illi est. atqui nullos habet qui copias ipsi permittant. inops legatione fungens, quamvis justissimè obeat munus, in suspicionem incidit fordium.

A rege descivere qui deliberant.) *Hoc est, aquè puniuntur detecti, ac si re verâ arma sumpsissent. Hinc Britanni inter sese, in Taciti Agricolâ cap.* XV. *f:* Iam ipsos, quod difficillimum fuerit deliberare, porrò in ejusmodi consiliis periculosius esse deprehendi, quàm audere. *Tullius libro* III. *de Officiis cap.* VIII. *f:* Ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio: atque etiam in omni deliberatione celandi & occultandi spes opinioque removenda est. *Respexit huc Byblis Ovidiana lib.* IX. *Metam. versu 620:*

Denique jam nequeo nil commisisse nefandum.
Et scripsi, & petii: temerata est nostra voluntas.
Vt nihil adjiciam, non possum innoxia dici.
Quod superest, multum est in vota, in crimina parvum.

Et verò apud Deum facti crimen habere qui intra se tacitum scelus cogitat, *egregiè ostendit Glauci fabula apud Herodotum libri* VI. *cap.* LXXXVI. *neque aliud obtinere apud homines quibus in pretio est jus strictum,*

pluribus oſtendi exemplis ad illud Livii libro II. *cap.* XXII: Volſcos conſilii pœnam non metuentes, nec-opinata res perculit &c. *Imò & inſontes crimine* nudo voto ſubverti, *videre eſt apud Valerium Maximum libro* VIII. *cap.* I. *exemplo Appiæ Claudiæ. cui addatur licet Seneca lib.* VI. *de Benef. cap.* XXXVII. *f.*

A ſorte Opum omnis pendula eſt poſſeſſio.] *Plutarchus libello de Liberis educandis capitulo* IV: Πλοῦτος δὲ τίμιον μὲν, ἀλλὰ τύχης κτῆμα: Divitiæ in pretio ſunt, verum earum poſſeſſio fortunæ debita eſt.

A ſemetipſo damnari graviſſimum eſt.] *Quintilianus pater Declamat.* CCCLXXI: Hoc præmium primùm turpe eſt: deinde ſupervacaneum. Turpe: damnaberis tuo judicio in perpetuum, quanto gravius eſt à ſe damnari &c. *Philotas:* Tamen utcunque licet me dicere, memet ipſe non deſeram', nec committam, ut damnatus etiam meâ ſententiâ videar. *Videatur Euripidis Hippolytus verſu 990. Andromache verſu 190.*

Ab amantibus quod quisque exſpectat, & exhibet.] *Ennodius libro* III. *Epiſtolâ* XXVII: Neſcio utrum magnitudini veſtræ grata ſint crebra colloquia: ego tamen ſemper quod exſpecto ab amantibus, exhibebo.

Ab arte nulla vincitur neceſſitas.] *Verſum eſt ex Æſchyli Prometheo.*

Ab iniquitate vitam Libra vindicat.] *Vitruvius præfatione libri* X. *Architecturæ:* Trutinarum verò librarumque ponderibus examinatio reperta, vindicat ab iniquitate juſtis moribus vitam.

Ab ore famæ & amor in aliquo naſcitur.] *Vi*

factum

fallum in Paride, auditâ pulcritudine Helenes. Sed & legimus in Epistolâ Simocattæ XXXV. Μελανίππωλιν Διοδώρε ἀπόγονον ἐκπέπαις πόθῳ, μὴ ὦ ὄναρ ποτὲ τὸ γυναῖον θεασάμενος. ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ταῦτ' ἄδειν, ἄδειν αὐτὰ θαυμασίως. καὶ βέβλημαι τὴν ψυχὴν μηδὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀδικούμενος, ὅπερ εἴωθα πάσχειν Λυσίστρατε. νυνὶ δ' γεγόνασί μοι ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ ὦτα. τοσοῦτον ἡ Φύσις ἐρώτων δεδυνάσθη: Menalippen Diodori neptem extra modum amo, quam neper ſomnium quidem antè mulierem vidi, ſed audivi ſolum ab aliquo eam canere mirabiliter; & in animam accepi vulnus, nequidquam læſus ab oculis, quod ſolitus ſum pati, Lyſiſtrate, nunc verò mihi ſunt & oculi & aures. talia natura amorum potuit. *Et verò, plerosq; amores Principum oriri à famâ, hauriamus vel ex Ciceronis Verre, ex Iosephi Antiq. Iud. libro* XVIII. *cap.* XII. *ex Suetonij caligula cap.* XXV. *ex Taciti libro* XIII. *Annal. cap.* 46. *p. aliisq; multis.*

Abrumpit amorem amanti contumelia.] *D. Iohannes Chryſoſtomus Homilia* VII. *in Epiſtolam ſecundam D. Pauli ad Corinthios:* Εἰ γὰρ ὕβρις πείθει καταλύειν τὸν ἔρωτα, κατὰ τὴν παροιμίαν &c. Nam ſi contumelia, ut eſt in proverbio, amanti perſuadet, ut amorem diſſolvat &c.

Abſcondere, eſt mage dolus quàm victoria.] *Idem antiſtes Homiliâ* VII. *in epiſtolam Paulinam ad Philippenſes:* Ἡ γὰρ λαμπρὰ νίκη, καὶ ἐν πολιορκίᾳ γινομένη αὕτη ἐστὶν, ὅταν τοὺς ἔχοντας αὐτῶν ἰσχὺν ἕνα ἀποκρύπτωμεν· τοῦτο γὰρ ἀπάτη ἐστὶ μᾶλλον ἢ νίκη.

pluribus ostendi exemplis ad illud Livii libro II. *cap.* XXII: Volscos consilii pœnam non metuentes, nec-opinata res perculit &c. *Imò & insontes crimine* nudo voto subverti, *videre est apud Valerium Maximum libro* VIII. *cap.* I. *exemplo Appiæ Claudiæ. cui addatur licet Seneca lib.* VI. *de Benef. cap.* XXXVII. *f.*

A sorte Opum omnis pendula est possessio.] *Plutarchus libello de Liberis educandis capitulo* IV: Πλοῦτος δὲ τίμιον μὲν, ἀλλὰ τύχης κτῆμα: Divitiæ in pretio sunt, verum earum possessio fortunæ debita est.

A semetipso damnari gravissimum est.] *Quintilianus pater Declamat.* CCCLXXI: Hoc præmium primùm turpe est: deinde supervacaneum. Turpe: damnaberis tuo judicio in perpetuum, quanto gravius est à se damnari &c. *Philotas:* Tamen utcunque licet me dicere, memet ipse non deseram, nec committam, ut damnatus etiam meâ sententiâ videar. *Videatur Euripidis Hippolytus versu 990. Andromache versu 190.*

Ab amantibus quod quisque exspectat, & exhibet.] *Eunodius libro* III. *Epistolâ* XXVII: Nescio utrum magnitudini vestræ grata sint crebra colloquia: ego tamen semper quod exspecto ab amantibus, exhibebo.

Ab arte nulla vincitur necessitas.] *Versum est ex Æschyli Prometheo.*

Ab iniquitate vitam Libra vindicat.] *Vitruvius præfatione libri* X. *Architecturæ:* Trutinarum verò librarumque ponderibus examinatio reperta, vindicat ab iniquitate justis moribus vitam.

Ab ore famæ & amor in aliquo nascitur.] *Versum factum*

factum in Paride, auditâ pulcritudine Helenes. Sed & legimus in Epistolâ Simocattæ XXXV. Μελανίππωλιν Διοδώρου ἀπόγονον ἐκπόπως πεθῶ, μὴ ὅτι ὄναρ πρὸ γυναῖκα ἑωρακὼς. ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ἐκεῖνο πνέουσαν, ἄδειν αὐτὴν θαυμασίως. καὶ βέβλημαι τὴν ψυχὴν μηδὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀδικούμενος, ὅπερ ἔωθα πάσχειν Λυσίστρατε. νυνὶ δὲ γεγόνασί μοι ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ ὦτα. τοσαύτη ἡ φύσις ἐρώτων δεδυνῆσθαι: Menalippen Diodori neptem extra modum amo, quam neper ſomnium quidem antè mulierem vidi, ſed audivi ſolum ab aliquo eam canere mirabiliter; & in animam accepi vulnus, nequidquam læſus ab oculis, quod ſolitus ſum pati, Lyſiſtrate, nunc verò mihi ſunt & oculi & aures. talia natura amorum potuit. *Et verò, plerosq; amores Principum oriri à famâ, hauriamus vel ex Ciceronis Verre, ex Iosephi Antiq. Iud. libro* XVIII. *cap.* XII. *ex Suetonij caligula cap.* XXV. *ex Taciti libro* XIII. *Annal. cap.* 46. *p. aliisq; multis.*

Abrumpit amorem amanti contumelia.] *D. Iohannes Chryſoſtomus Homilia* VII. *in Epiſtolam ſecundam D. Pauli ad Corinthios:* Εἰ γὰρ ὕβρις πείθει καταλύειν τὸν ἔρωτα, καὶ τὴν παροιμίαν &c. Nam ſi contumelia, ut eſt in proverbio, amanti perſuadet, ut amorem diſſolvat &c.

Abſcondere, eſt mage dolus quàm victoria.] *Idem antiſtes Homiliâ* VII. *in epiſtolam Paulinam ad Philippenſes:* Ἡ γὰρ λαμπρὰ νίκη, καὶ ἐκ προνοίας γινομένη αὐτή ἐστιν, ὅταν τὰ ἰσχύοντα αὐτῶν ἰσχυρὰ εἶναι δοκῇ κρύπτωμενον· τοῦτο γὰρ ἀπάτη ἐστὶ μᾶλλον ἢ νίκη.

iAbſinthii parum vas mellis inficit. *D. Gregorius Nazianzenus Oratione I. Apologetica:* Ἐπεὶ καὶ μέλιτι μὲν, μικρὸν ἀψίνθιον πάχιστα μεταδίδωσι ϗ πικρόδ. μέλι ὄν, οὐδὲ τὸ διπλάσιον, ἀψινθίῳ τ ἑαυτ ϗ γλυκύτητα· καὶ μικρὰ μὲν ἐπισπαθεῖσα ψηφὶς, πολ μὲν ὅλον ἑλκύσθεν αὖ ἐπὶ τὰ ῥαινὶς, ἐπισχεῖν δὲ ἢ ἀναπόψαι, μόλις αὖ δυνηθείη καὶ τὸ καρτερώτατον ἔρυμα: Citius exiguum vitium uberrimè largiſſimeq; quiſpiam perceperit, quàm ingentem & copioſam virtutem parcè ac tenuiter. Nam & parum abſinthii amaritudinem ſuam melli celerrimè impertit: cùm contrà mel, ne duplâ quidem parte copioſius, dulcedinem ſuam abſinthio infundat: ac parvo quidem lapide ſubmoto ſtamen totum in pronum trahitur: ejuſdem autem impetus firmiſſimo etiam aggere cohiberi reprimique vix poteſt.

Abſque ære mutum oraculum eſt Apollinis] *Locum habebit cùm indicare voluerimus, non profana modò ſed & ſacra obedire pecuniæ. Certè proverbiali hac locutione uſos veteres, diſertè teſtatur idem Nazianzenus circa finem Invectivæ prioris in Iulianum Imperatorem.*

Accenditur tyro æmulationibus.] *Ennodius Panegyrico Theodorico Regi dicto:* In caſum negotiorum nutabat eventus, quando literis genius non dabatur. unus ubique ingenia mœror oppreſſerat; quia atterebant otia eloquentium facultates, pompam ſeniorum edax negligentia poſſidebat; nec accendebatur tyro æmulatione ſectandâ.

Accidere nil viro bono poteſt mali.] *Verba Annæi*

næi Senecæ, è libro de providentiâ, capite II. *qui videatur.*

Accidere possunt quæ acciderunt omnia.] *Videtur idem cùm illo Publij Syri*: Cuivis potest accidere cuiquam quod potest. *Aut potius, id quod Fabius apud Livium libro* XXXVIII. *cap.* XLI. *f:* Quid si (quod omnes Dij omen avertant, & dicere etiam reformidat animus, sed quæ acciderunt, accidere possunt) victor Annibal ad urbem pergat &c.

Accipere plus potuisse, injuriæ loco est.] *Nescio an non sit ex Senecæ libris de Beneficiis, castigantis importunitatem hominum, quæ quamvis multum acceperit, ulteriora adhuc exspectat; quibus non impetratis, indignatur & factam sibi putat injuriam. De tali sanê hominum genere occurrit locus Quintiliani junioris Declamat.* V: Iniquissima magnorum conditio meritorum est, si quidquid non fuerit adjectum, de prioribus perit, & pessimo exemplo gratiam præteritis auferunt reliqua cessantia.

Accipere præstat quàm referre injuriam.] *Voces usurpatæ apud Ciceronem libro* I. *Tusculanarum quæstionum, capitis 19. medio.*

Acerbius nil usquam pugnâ conjugum.] *Videtur enim tunc homo furore correptus in se ipsum sævire, & ut uxor an vir non habeantur pro uno, at prælia inimicitiæque cognatorum propinquorum, omnium sunt acerrima.*

Acre animal canis est, utique catenarius.] *Montanus Votienus apud Senecam patrem lib.* VII. *controversia* V: Acre omninò & experrectum est animal canis, utique catenarius. *Poterimus accommodare calumniatori alicui, cujus lingua diu vincta fuit sub*

bono Principe, & eo mortuo jam quasi soluta est.

Acerrima est contemptus accusatio.] *Referendum fortè ad eos, qui ab aliis contemptiores habiti, ignominiam illam virulentiore accusatione vindicant. neq; enim quisquam sui contemptum leviter fert; utiq; si & iisdem fortè antea diligebatur.*

Ad res inhonestas sis meticulosissimus.] *Plutarchus* περὶ ἀυσωπίας *capite* VIII: Αὖθις ἕτερος προσκαλεῖ κυβεύειν πρὸς πότον; μὴ δυσωπηθῇς, μηδὲ δείσῃς σκωπτόμενος. ἀλλ' ὥσπερ Ξενοφάνης, Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως μὴ βουλόμενον αὐτῷ συγκυβεύειν, δειλὸν ἀποκαλοῦντος, ὡμολόγει καὶ πάνυ δειλὸς εἶναι πρὸς τὰ αἰσχρὰ καὶ ἄπολμος: Alius inter pocula poscit ut tesseris secum ludas: abjice inanem pudorem, neque metue dicteria: & Xenophanem imitare, qui timidus dictus à Laso Hermionense quòd ludere cum eo tesseris nollet, fassus est ad res inhonestas se timidissimum etiam esse.

Ad pericula faciunda esse usui annulus queat.] *Apparet desumptum ex his Taciti libro* XVI. *Annal. cap.* XIX. *f: ubi loquitur de Petonio*: Ne codicillis quidem, quod plerique pereuntium, Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est, sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum feminarumque, & novitate cujusque stupri perscripsit, atque obsignata misit Neroni: fregitque annulum, ne mox usui esset ad facienda pericula. *Et verò tam publicè quàm privatim nocuisse annulos alicui ereptos, non parcè probavi ad Livii illud libro* XXVII. *cap.* XXX. *pr:* Annulo Marcelli simul cum corpore Annibal potitus erat, ejus signi errore

ne qui

ne qui dolus necteretur à Pœno metueris Criſpinus, circa civitates proximas miſerat nuncios: occiſum collegam eſſe, annuloque ejus hoſtem potitum: ne quibus literis crederent, Marcelli nomine compoſitis.

Ad præla vappam, quis, niſi vappa, nomine?] *Equidem tale quid in more fuiſſe, non ſolùm verſus iſte indicio eſt, ſed & docemur à Divo Chryſoſtomo Homiliâ* XII. *in Epiſt. D. Pauli ad Coloſſenſes:* Καὶ ὅταν μὲ τὶ πιῇπε χὴ μέχρι ῥήματος οἰωνίζεσθε τὰ ἐναντία. εἶον, ὅταν σπείρῃς, ὅταν ἀπαυλῇς τ' ἐλαιῶνα τ' οἶνον, τὰ ὀξίνλω σημαίνονλα ἀδὲ αὐ διποκείνοιο: ἐν ταύτῃ δὲ σωφροσύνης γινομένης, ἐπιφέρετε τὸν ὄξίνλω: τῦτο γὰρ ἡ πορνεία: Et quando aliquid quidem facitis etiam verbis tenus contraria omnia deprecamini: ut quando ſeminas, quando vinum hauris ex torcularibus, ne reſponderis quidem quæ vappam ſignificant. Hic autem quum ſit moderatio & temperantia, vappam introducitis. hoc enim eſt ſcortatio.

Adfinitas ferè perit cum filiâ.] *Etiamnum hodie dicitur proverbij ſpecie. Sed & aliaqui Philo Iudeus de Legatione ad Cajum paginâ* DCLXXXIX. *pr:* Ἐπὶ Σιλανῷ, χλιδῆς ἄξιον ὁ Σιλανὸς ἔπαθεν, οἰηθεὶς τὸν πενθερὸν τοσῦτον ὄφελος γαμβρῷ δυνάσθαι, ὅσον πατέρα γνήσιον παρ' υἱῷ· καίτοι πατέρες ἰδιῶν γινομένων ἐν ἀρχαῖς μεγάλαις καὶ ἐν οὐσίαις υἱῶν ἀποστέλλουσιν, ἀχαπήτως φερόμενοι τὰ δυστύχεια· ὁ δὲ ἡλίθιος, ἅδὲ πενθερὸς ὢν ἔτι, τὰ μὴ καθ' ἑαυτὸν σφόδρα ἐφιλοπραγμόνει, μὴ ζωιὸς ὅτι τῷ γα-

νάτῳ τῆς θυγατρὸς ζωπεθνήκει καὶ ἡ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκειότης. δεσμὸς γὰρ οἴκων ὀθνείων αἱ ἐπιγαμίαι, ἢ ἀλλοτριότητα εἰς οἰκειότητα ζωάγων, ᾧ λυθέντι λέλυται καὶ τὰ τῆς κοινωνίας, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνεπανορθώτῳ πράγματι λυθῇ, τελευτῇ τῆς εἰς ἀλλότριον οἶκον δεδομένης ἐπὶ γάμῳ: De Silano verò cavillabantur, ridiculum quod putaret ſoceri tantam autoritatem in generum, quantam patris in germanum filium, atqui patres cives privati filiis ad magiſtratus provectis ultro primatu cedunt. hic verò nimis ſimplex, jam ne ſocer quidem plus ſatis curioſus fuerat, in rebus nil ad ſe pertinentibus, non intelligens affinitatem extinctam cum filiâ. nam connubia familiis externis ſunt pro vinculo, quo ſoluto ſolvitur & affinitas: præſertim quoties caſus incidit cui mederi nequeas, interitus elocatæ in alienam familiam.

Adeſſe ubique Deum puta; haud deliqueris.] *Quin imò vel magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis adſiſtat. Vnde vox illa Epicuri,* Sic fac omnia tanquam ſpectet aliquis, *quam examinat Seneca Epiſtolâ* XXV.

Adferre vim non æquum in corpus liberum.] *Marcus Cato de re Floriâ laudante Gellio lib.* IX. *Noctium Atticarum cap.* XII: Sed niſi qui palam corpore pecuniam quæreret, aut ſe lenoni locaviſſet, etſi famuloſus & ſuſpicioſus fuiſſet; vim in corpus liberum non æquum cenſuere adferri.

Admotâ flamma urit, remota illuminat.) *Eſt à Sidonio, libri* III. *Epiſtolâ tertiâ.*

Adſecla pigris ſemper Indigentia eſt.) *Et iſtud reperia-*

reperiamus apud Paullinum epistolâ ad Amandum.

Adsumpta rursus uxor, fit superbior.) *Hodie applicare licet famulis; neq; enim in usu divortia. Sunt autem verba Taciti lib.* XII. *Annalium cap.* II: Narcissus vetus matrimonium, familiam communem, nihil in penatibus novum differebat, si sueta conjux rediret; haud quaquam novercalibus odiis visura Britannicum & Octaviam, proxima suis pignora. Calistus improbatam longò dissidio, ac si rursus adsumeretur, eo ipso superbam &c.

Adversa lux iis est quæ aguntur cum metu.) *Plutarchus de defectione Lunæ quâ nimium quàm terrebatur Nicias, in vitâ Paulli capite* XLIV. *f: 539.* ἐπεὶ τὸ σημεῖον (ὥς φησι Φιλόχορος) φεύγουσιν οὐκ ἰδὼν πονηρὸν, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρησόν. ἀποκρύψεως γὰρ αἱ σὺν φόβῳ πράξεις δέονται, τὸ δὲ φῶς, πολέμιόν ἐστιν αὐταῖς. Prodigium erat alioquin id (ut Philochorus ait) haud fœdum fugientibus, imò admodum faustum: siquidem occultari, quæ geruntur cum metu, quærunt, lucem habent infestam.

Adversa præstant quod secunda denegant.) *Sunt ab Ennodio, qui infit libro* III. *Epistolâ* IV: Ecce præstant adversa quod secunda non tribuunt.

Adversa pariunt gloriam innocentiæ.) *Istud etiam reperias apud eundem Ennodium, libro* V. *Epistolâ* I: *ubi ait:* Semper innocentibus gloriam adversa pepererunt.

Adversa virtus hosti etiam colitur suo.) *Puto velle verba, laudari etiam virtutem in hoste: cujus rei exempla videsis in Plutarchi Agesilao cap.* VI. *pr.*

in Lucullo cap. XXVIII. *f. in Paullo Æmilio cap.* XLIV. *f. in Philopœmene cap. ultimo; ne alios innumeros producere habeam necesse.*

Adulter animo, adulter est & corpore.) *Ita videtur intelligendum, ut per eum non stet quin idem sit corpore qui est animo. multos enim reperire est qui libidinem libenter explerent, sed non possunt: itaq; si castus est corpore, castus est invitus. de quâre abundè scriptum à sanctis primitivæ Ecclesiæ Antistibus; imò & Ethnicis.*

Adulterii præludium scortatio est.) *Idem accidit in sceleribus cæteris, ut per gradus ab hominibus abeat innocentia, neq; quisquam fiat repentè pessimus.*

Adulterinæ heu quid non possunt literæ!) *Neq; enim unum alterumq; tantum exitio dant, sed civitates integras, sed provincias, sed regna: ut exemplo non uno ostendi libro Livii* XXIV. *cap.* XXXI. *m. item lib* XLIV. *cap.* XLIV. *m.*

Ægrè nimis servi ferunt injurias.) *Nedum ingenui. Marcus Porcius Cato, lib. de falsis pugnis:* Servi injurias nimis ægrè ferunt. quid illos bono genere gnatos, magnâ virtute præditos opinamini animi habuisse atque habituros dum viverent. *citatur Gellio lib.* X. *Noctium Attic. cap.* III. *f.*

Ægrescit animi invalido fessus corpore.) *Egesippus lib.* I. *Excidii Hierosol. cap.* VI: Haud difficilè æger animus invalido fessus corpore, impulsus est, ut credibile duceret, quod pro verò asserebatur &c.

Æqualitate nil in Orbe pulcrius.) *Aristides Oratione Platonicâ secunda pro Quatuor viris:* Εἰ δὲ γεωμετρία καλὸν καὶ ἡ κατ' ἀνωμαλίαν ἰσότης, καὶ δεῖ μὴ

μὴ τούτων ἀμελεῖν, δείκνυσι τὸν Περικλέα τῇ ἰσότητι καλλίστην τιμήσαντα, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἰδίοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς: Verùm si pulcra res est Geometria, quæque ex eâ nascitur æqualitas, nec est negligenda; video Periclem tam publicè quàm privatim maximè omnium æqualitati studuisse.

Æquanimiter suscepta ferenda servitus.) *Agrippa Rex ad Iudæos:* Durus servitutis usus; & ideo à principio non fuit subeunda; aut susceptra æquanimiter ferenda. tunc decuit restitisse cùm ad servitutem vocaremini: illa justior pugna. Qui autem semel se dederit in servitutem, etsi postea subtrahere se velit; non illa tanquam amator libertatis adseritur, sed tanquam servus contumax adjudicatur, refert Egesippus.

Ærarium è lacrimis coactum in se ruit.) *Nec id tantum, sed & justè collecta unà destruit. Basilius Imperator parænet, ad filium cap.* XXVII: Αἰσχρὸν δὲ τὸ ἐσώθεν διαφθορὰς, εἰ χρημάτων δημοσίων κτῆσιν ἀπιμενῶς ποιήσῃς, ἀλλὰ τὴν ἐκ δικαίων πορισμῶν: ἀχὶ δὲ τὴν ἐξ ἀδίκων συναγωγὴν ἀδὲ τὴν ἐκ δακρύων συλλεγομένην. χρήματα μὲν γὰρ, εἰ μὲν δικαίως συνάγεται, πολλὰ τὸν κεκτημένον ὀνήσει, κὴ ἰσχὺν τῇ βασιλείᾳ χρηματίσει· εἰ δὲ ἐξ ἀδικίας καὶ δακρύων πορίζεται, καὶ τὰ δικαίως συνηλημένα ἐξαφανίζει, κὴ θεὸν ἀντίδικον τὸν ἔχει δικαίᾳ νεμεσήτην ἀπεργάζεται. ἀχ ὅτω γὰρ πῦρ ἀφανίζει χόρτον, ὡς ὁ κακῶς καὶ ἀδίκως συναγμὸς πλοῦτος, καὶ τὸν καλῶς καὶ δικαίως ἀπεζωρυθέντα πλοῦτον πορθοῦσι πόλυσι: Rem autem publicam optimè administrabis, si

bis, si

bis, si pecuniæ publicæ curam diligentem habebis, eique justis rationibus colligendæ studebis, non ex oppressione, neque ex lachrymis subditorum corradendæ. Pecunia enim si justè cogitur, possidenti multum affert emolumenti, & nervos imperio addit: quæ verò ex lachrymis subditorum atque ex iniquitate corrasa fuerit, etiam justè collectam dissipabit: attrahet enim Deum, qui justitiæ leges condidit, ad vindicandam injuriam. Ignis verò non ita celeriter paleam consumit, ut malè & injustè congestæ opes, etiam jure partas in perniciem secum abripiunt.

Ætas tenera omne refugit simile sordido.) *Seneca pater de Gallione, Præfatione libri* VII. *Controversiarum:* Iam adolescentulus cùm declamaret aptè & convenienter & decenter, hoc genere utebatur. quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne, non tantùm quod sordidum, sed & quod sordido simile est.

Affectibus quoque subjacet sapientia.) *Id est ipsi sapientes obnoxii sunt adfectibus. tale quid, memini aliquando legere in Pindaro, sed jam non occurrit.*

Affectio quod dictat phaleras respuit.) *Ennodius Dictione* III: Sine phaleris est omne quod dictat affectio: ad unguem fabricantur illa, quæ volumus non tam speciem recti habere quàm similitudinem.

Affectionis est ministra epistola.) *Idem Episcopus libro* II. *Epistola* XXVI: Aut alitur, aut sustentatur scriptione diligentia. ministra affectionis est epistolaris confabulatio: muta caritas simulacrum repræsentat ingrati.

Affe-

Affectus omnis vilis es apud improbos.) *Egesippus lib.* I. *cap.* II. *f:* Ac primum in ipsum Antigonum ferus animus exasperatur, & de amore in odia convertitur, ut eum ante omnes necaret, quem solum sibi consortem imperii pollicebatur: adeo apud improbos affectus vilis, ut citò pravis suggestionibus extorqueatur.

Affundat oleum oportet cui lucernâ opus.) *Dictum Anaxagoræ Philosophi à Pericle neglecti, cujus præter alios meminit plutarchus in vita Periclis cap. 35. f:* Καὶ οἱ δὲ λύχνου χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσιν.

Alacris voluntas & vicem facti obtinet.) *Manuel Imperator capite* IX. *educationis regiæ:* Ἡ προθυμία δὲ, ἔφη τις, κἂν ἀπῇ τὸ κατορθοῦν, τιμῆς ἀξίᾳ: Animi tamen alacritas, quod quidam dixit, magnifieri meretur, quamvis absit ipsa facti præstatio.

Alacritas animi excitet vel mortuos.) *Nazianzenus Oratione* XX: Ὁ πόνος ὑγείαν χαρίζεται καὶ προθυμία νεκροὺς ἀνίστησι.

Aliena quæ sunt si quæris, tua invenis.) *Theologicum quid resipit, aut etiã Philosophicum. D. Joannes Chrysostomus Homilia 33. in epistolam ad Corinthios:* Ὁ διώκων οὐχ ἑαυτῷ κάμηται κρίνων, ἀλλὰ τὸ κοινὸν συμφέρον ζητῶν. οἱ ἀρχόμενοι πάλιν, τὸ τῷ ἄρχοντι συμφέρον ζητοῦσι διὰ τὴν θεραπείας, διὰ τὴν διακονίας, διὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων. οἱ στρατιῶται ὑπὲρ ἡμῶν ὁπλατήθενται, δι' ἡμᾶς γὰρ κινδυνεύουσιν. ἡμεῖς ὑπὲρ ἐκείνων παλαμπωρούμεθα, παρ' ἡμῶν γὰρ ἐκείνοις αἱ τροφαί. εἰ δὲ λέγοις, ὅτι τὸ οἰκεῖον

ζητῶν

ζητῶν ἕκας@ τ̃το ποιεῖ, τ̃το κἀγὼ ἐγὼ λέγω: ἀλλ' ὅτι διὰ τ̃ ἀλλοτρίου τὸ οἰκεῖον διῤῥίσκεται. ὅτε γὰρ στρατιώτης ἐὰν μὴ πολεμήσῃ ὑπὲρ τ̃ τρεφόντων, οὐκ ἔχῃ τ̃ εἰς τ̃το διδόμενον: αὐτός τε τὰς πάλιν, ἐὰν μὴ θρέψῃ τ̃ στρατιώτην, οὐκ ἔχῃ τ̃ ὑπερασπίζοντα: Qui judicat, non ſedet ſibi judicans, ſed quærens quod confert proximo. Rurſus qui alterius parent imperio, quærunt quod confert imperanti principi, per obſervantiam ac cultum, per miniſterium, per alia omnia. Milites pro nobis arma ſumunt: propter nos enim pericula adeunt. Nos pro illis laboramus, à nobis enim eis ſunt alimenta. Si autem dicis quòd unusquisque ſuum quærens hoc facit, ego quoque hoc dico: ſed per alienum ſuum invenitur. Nam & miles ſi non belligeret pro iis qui ipſum alunt, non habet eum qui ad hoc ei miniſtrat: & ipſe rurſus ſi non alat militem, non habet qui eum defendat.

Alienigenis bene parto nemo ceſſerit.) *Apud Livium lib.* XLII. *cap.* L. *conſiliarii Perſei Regis:* Neque herclè videre qui conveniat, fratri affectanti per injuriam regnum, ſummâ vi reſtitiſſe, alienigenis bene parto eo cedere.

Alimenta tanquam medicamenta ſumito.) *Sumpeum ex Divo Auguſtino libro* X. *confeſſ. cap.* XXII.

Aliquando hominem lædit diſcriminis fuga.) *Ennodius Dictione* XXIV: cui unquam de miſeriarum terminis ſunt nata principia, aut de perfunctis caſibus evenit exordium? Aliquando optata contigit non amari? aut acceſſit, ut hominem læderet fuga diſcriminis fuga?

Ali-

Aliquando plena laudis exprobatio eſt.) *Livius libro* XXXVIII. *cap.* LVII. *p*: Hæc velut in laudatione poſita, ingentem magnitudinem animi moderandis ad civilem habitum honoribus, ſignificarent, quæ exprobrando inimicus fatetur.

Aliquando pro facundiâ ſilentium eſt.) *Explicat pluribus Ennodius lib.* III. *Epiſtola* XXIV. *a. f.*

Aliquando ſervat caſtra, caſtra qui fugit.) *Iuſtinus libro* XXV. *cap.* II. *de Macedonum rege fugiente Belgium*: Neque aliter ſervata caſtra, quàm quod deſerta ſunt, &c.

Aliquem facilius evehas quàm deprimas.) *Quemadmodum contigit Pompejo, qui Iulium Cæſarem promovit, ſed promotum fruſtra etiam volebat depreſſum, de quo videatur & Plutarchus in vita Cæſaris capite* XLI. *a f. Prudenter admodum Dio Caſſius de Agrippina & filio ejus Nerone libro* LXI. Ὡς δὲ ἔδεεν ἑπέρ αγνεν, ὑπωήλγησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι, Ἐγώ σε αὐτοκράτορα ἀπέδειξα· ὥσπερ ἀφελέσθαι τὴν μοναρχίαν αὐτὸν δυναμένην. οὐ γὰρ ἤπίστατο ὅτι πᾶσα ἰσχὺς αὐτάρχου παρ' ἰδιώτου δοθεῖσά τῳ, ἔς τε δόντα αὐτὸν δεῖ ἐπανελθεῖν, καὶ τῷ λαβόντι κατ' ἐκείνου μεταβῆναι: Poſt ubi ſe nihil proficere cognovit, multo gravius tulit, aitque: Ego te imperatorem feci: tanquam poſſet ei principatum arbitratu ſuo adimere. neſciebat enim ſummum imperium poſtquam eſt à privato alicui delatum, ſtatim deficere eum qui detulit, & ad eum qui aaccepit, contra eum qui dedit transferri.

Alios juvare non potes, quin te juves.) *Gregorius Nazianzenus Oratione* VIII: Τὸ δὲ εἰς μέσον ἄγειν

ἄγειν καὶ καρποφορεῖν τῷ κοινῷ βλέπειν καὶ τὸ ὠφελεῖσθαι τὸ ὠφελεῖν ἀλλήλους &c. Hic contra ut in medium prodeam hortatur, publicæque utilitati consulam, atque alios juvando meipsum juvem.

Aliis severi sunt sibi indulgentissimi.) *Sunt voces Salviani ex libro quarto de Gubernatione divinâ, qui consulatur. divinè enim ob oculos ponit injustitiam judicii nostri; quo fit, ut nos absolvamus ejus criminis quod punimus in aliis.*

Aliud amicitia, aliud conjuratio est.) *De qua differentia Cicero libro* III. *de Officiis cap.* X. *m. De Amicitia cap.* XII. *Apud Sallustium C. Memmius Jugurthinæ Historiæ cap.* XXXI. *§.* I. *f:* Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est.

Aliud fori jus aliud est triclinij.) *Petitum ab Ennodii libro* I. *Epistola* III. *propè finem.*

Aliud beneficium est, aliud fœneratio.) *Etiam de ea differentia, præter Senecam, Tullius libro* II. *de Finibus bonorum ac malorum cap.* XXXIII.

Alter carere alterius haud potest ope.) *D. Chrysostomus Homilia* XVII. *in Epistolam* II. *ad Corinthios:* οὐχ' ὁρᾷς ὅτι πάντες ἀλλήλων χρήζομεν; ὁ ῥαπτὼς τοῦ χειροτέχνου: ὁ χειροτέχνης, τοῦ ἐμπόρου, ὁ ἔμπορος, τοῦ γεωργοῦ: ὁ δοῦλος, τοῦ ἐλευθέρου: ὁ δεσπότης, τοῦ δούλου: ὁ πένης, τοῦ πλουσίου: ὁ πλούσιος, τοῦ πένητος: ὁ μηδὲν ἐργαζόμενος, τοῦ διδόντος ἐλεημοσύνην: ὁ παρέχων, τοῦ λαμβάνοντος: Annon cernis nos omnes ea esse conditione, ut alii aliorum ope carere nequeamus? Nam & artifice miles opus habet, & artifex mercatore, & mercator

cator agricola, & servus libero, & herus servo, & pauper divite, & dives paupere, & qui nil operis facit, eo, qui eleemosynam præbet, & qui præbet, eo, qui accipit.

Amabilitati cum pudore haud convenit.) *De patre suo D. Nazianzenus Oratione* XXIX: Σωφροσύνη μὲν γε τοσοῦτον διεφέρεγκεν, ὥστε ὁ αὐτὸς ἐρασμιώτατός τε ἅμα γενέσθαι καὶ κοσμιώτατος, ἃ χαλεπὸν ἀμφότερα σωφρασμῶν: Ac pudicitiæ quidem láude adeò excelluit, ut idem simul & amabilissimus & castissimus esset: quæ duo haud facilè in unum concurrunt.

Amare qui nescit rei nulli est utilis.) *Rationem hujus sententiæ pulcerrimis figuris diduxit Divus Chrysostomus Homilia* XXVII. *in Epistolam* II. *ad Corinthios.*

Amantis anima in corpore haud vivit suo.) *Plutarchus in vitâ M. Antonii cap.* LXXXVI. *p:* Ἔνθα δὴ φανερὸν αὐτὸν Ἀντώνιος ἐποίησεν, οὔτε ἄρχοντος, οὔτε ἀνδρὸς, οὔτε ὅλως ἰδίοις λογισμοῖς διοικούμενον· ἀλλ' [ὅπερ τις παίζων εἶπε, τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν] ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὥσπερ συμπεφυκὼς καὶ συμμετα φερόμενος: Hic verò patefecit se Antonius nec ducis nec viri nec omnino suo duci consilio, sed, (quod ludens quispiam dixit, amantis animam in alieno vivere corpore) raptus à feminâ est, ut si conglutinatus ei foret unaque moveretur cum eâ.

Ambitio cunctis major est affectibus.) *Plu-*

tarchus in vitâ Cimonis cap. XXXVI: Οὕτω τότε πολιτικὴ μὲν ἦσαν αἱ διαφοραὶ, μέτριοι δ' οἱ θυμοὶ, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν διαλλάττοι συμφέρον· ἡ δὲ φιλοτιμία πάντων ὑπεκφεύγουσα τὰ παθῶν, τοῖς τῆς πατρίδος ὑπεχώρει καιροῖς. Adeò civiles erant id temporis dissensiones, adeò moderata ira atque è reipublicæ usu revocabilis, ambitioque, quæ affectus exuperat omnes, temporibus patriæ concedebat.

Amicitia ævi hujus, negotiatio est.) *Imperator Basilius in Paraneticis ad filium capite* XXVI: Δοκίμαζε δὲ τοὺς φίλους, ἔν τε τοῖς ἀνάγκης καὶ τῆς δυσπραγίας· τὰ γὰρ εὐημερούντων, φίλοι πολλοί. κἀκείνους ἀληθεῖς φίλους λογίζου, ὅσοι μὴ κέρδους ἕνεκα φιλοῦσιν, ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν ἀρετὴν τὸ ἀγαπᾶν. ἡ γὰρ ἄλλως φιλία τῷ καιρῷ δουλεύουσα, ἐμπορία τις, ἀλλ' οὐ φιλία, ταύτην λογίζεσθαι: Explora autem amicos in angustiis & adversis rebus: felicium enim multi sunt amici. Sed eos amicos veros judicato, qui te non lucri causâ diligunt, sed propter ipsam amicitiæ virtutem: alia enim amicitiæ species quæ tempori servit, non tam amicitia, quàm negotiatio & mercatura quædam esse deprehenditur.

Amicitiæ domi parandæ, non foris.] *Plutarchus in Solone capitis sexti initio:* Ἀνάχαρσιν μὲν εἰς Ἀθήνας φασὶν ὑπὸ τῆς Σόλωνος οἰκίαν ἐλθόντα, κρούειν, καὶ λέγειν ὡς ξένος ὢν ἀφῖκται φιλίαν ποιησόμενος καὶ ξενίαν πρὸς αὐτόν. ἀποκρινομένου δὲ τοῦ Σόλωνος, οἴκοι βέλτιόν ἐστι ποιεῖσθαι φιλίας, οὕτω

[φάναι

[Φέναι τ' Ἀνάχαρσιν] αὐτὸς ὢν οἴκοι σὺ ποίησαι φιλίαν καὶ ξενίαν πρὸς ἡμᾶς: Anacharsim autumant, quum ad ædes Solonis commeasset, fores pulsasse, atq; edidisse advenam se esse, qui ad contrahendam cũ eo amicitiã & jus hospitii eò accessisset. Responsum reddente Solone, præstat domi amicitias conciliare: Quin tu igitur, subjecisse Anacharsim, qui domi es, jungis nobiscum amicitiam & hospitium.

Amicitiam haud præcidas, verùm dissuas.) *Est à Cicerone, qui videatur super hac re libro primo de Officiis cap.* XXXIII. *m.*

Amicitiam retinet fides ac veritas.] *Et istud quoq; desumptum ex Tullii libro de Amicitiâ cap.* XXIV. *p.*

Amor vetus revirescit epistolis novis.) *Stephanus Episcopus Tornacensis Epistolâ* CXCV: Veteres amicitiæ novis epistolis revirescunt.

Amor facit parentem haud procreatio.) *Idem est cum illo Phædri:* Facit parentem bonitas, non necessitas. *Ioan. Chrysostomus Homiliâ* XV. *in epist. Paullinam* II. *ad Corinthios:* Οὐδὲν γὰρ ὅτω δείκνυσι τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα, ὡς ἡ φιλοστοργία ἡ πρὸς τοὺς ἀρχομένους. καὶ γὰρ πατέρα ἡ τοῦ γεννῆσαι μόνον ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ φιλεῖν μετὰ τὸ γεννῆσαι. εἰ δὲ ἔνθα φύσις, τοσαύτης χρεία ἀγάπης, πολλῷ μᾶλλον ἔνθα ἡ χάρις: Nihil enim eum, qui imperium gerit æquè indicat ut amor atque indulgentia erga eos quibus præest. Nam & patrem non modò sobolis procreatio facit: sed etiam post procreationem amor. Quod si ubi natura est, tantus amor requiritur: quantò magis ubi gratia?

An aliud est Rex quàm minister publicus?)

Nihil sanè aliud, si modò amat esse qualis debet, aut adeò cupit videri. Et verò comici veteris dictum, ὡς ἄρ' εἷς ἦν τῆς οἰκίας δοῦλος ὁ δεσπότης: unum esse familiæ servum, dominum, *producitur ab Aristide Rhetore, Oratione Platonicâ secundâ pro quatuor viris.*

An esse longas regibus nescis manus?) *Omnibus literis expressus est versus Elegiacus notissimus:* An nescis longas regibus esse manus?

An veritatis arctius quid est via?) *Divus Gregorius Iambico ad Seleucum:* Σπευὴ γὰρ ἔντως τῆς ἀληθείας ὁδός.

Animæ calamitas corpus est primaria.) *Platonis esse dictum, sciamus vel ex Plutarchi Catone majore, qui videatur capitulo quinto.*

Animæ caro diei unius penula est.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XLI: Τί οὖν ἄλλο ἡγῇ τῇ ψυχῇ εἶναι τὸ δέρμα τοῦτο καὶ τὰ ὀστᾶ καὶ τὰς σάρκας, ἢ χλανίδια ἐφήμερα, καὶ ῥακία ἀθενῆ καὶ τρίχινα; Quid aliud animæ respectu esse hanc pellem hæc esse has carnes, quàm unius diei penulam aut pannos tenues vel scruta arbitraris?

Animæ sepulcrum degeneris corpus puta.) *Eadem Dialexi idem Platonicus:* Ἡ δὲ δειλὴ ψυχὴ κατορωρυγμένη ἐν σώματι, ὡς ἑρπετὸν νοσεῖ εἰς φωλεόν, φιλεῖ τὸ φωλεόν: Degener verò anima sepulta latet in corpore, corpus amat, non secus quàm quæ humi serpunt lustra sua belluæ.

Animum altius aliena non subeunt mala.)

Trans-

Translata è Pindari odis, haud tamen jam ſubit locus, aut verba.

Animoſior eſt ſenectus adoleſcentiâ.) *Viſuntur voces apud Ciceronem libro de Seuectute, cap.* XX. *p.*

Annus prior, ſemper præſenti anno eſt prior.) *Loquitur Iambus de eis quibus præterita ſemper meliora videntur præſentibus. Diogemanus item citat.* Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω: Semper ſuperior annus melior. *Videatur Eraſmus Chiliade* III. *centuriâ* V. *adagio 92.*

Annum bonum, poteſtas, non fructus, facit.) *Sidonius lib.* III. *Epiſtolâ* VI: Creber provincialium ſermo eſt, annum de magnis non tam fructibus quàm poteſtatibus exiſtimandum. *qui ſermo neſcio quomodo, hac noſtrâ ætate penè ignoratur, nedum ut frequentius ab aliquo uſurpetur.*

Annus ſono totus nullo convertitur.) *Deſumptum ex illo Columellæ:*

—tacito nam tempora, greſſu
Diffugiunt, nulloque ſono convertitur annus.

Ante eligas amicum, deinde diligas.) *Sidonius lib.* V. *Epiſtolâ* II: Eſt conſuetudinis meæ, ut eligam ante, poſt diligam.

Ante rationem eſt in bello neceſſitas.) *Curtius librò* VI: Sed neceſſitas ante rationem eſt, maximè in bello, quod rarò permittit tempora legere.

Antiquitati impunè mentiri licet.) *Ita ferè innuit Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum proœmio,*

ubi ſcribit licitum fuiſſe Moſi vanitate fabularum uti, ſi etiam libuiſſet, ob vetuſtatem temporis, quo cæteros anteit ſcriptores.

Apud improbum pro auxiliis exitium invenis.] *Natum videri queat ab iſtis Phædri Fabulâ* XXXI: Qui ſe committit homini tutandum improbo, Auxilia dum requirit, exitium invenit.

Aquæ ſacræ non omnium uſui patent.) *Ariſtides extra figuram, Oratione in puteum Æſculapii:* Ἔτι δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἱερὰ ὕδατα τοῖς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων χρῆσιν πέφυγε· οἷον τὸ ἐν Δήλῳ, καὶ εἴ τι ὡς ἄλλοθι ἄλλο τοιοῦτόν ἐστι: Præterea reliquæ aquæ ſacræ, qualis eſt Delia, aliæque ſimiles, paucorum uſibus patent.

Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives.) *Citatur à Cenſorino de Die natali.*

Arcanus eſt ſermo quem ſcit tantùm unicus.) *Rationem ejus rei pluribus explicat Plutarchus libro de Garrulitate, cap.* XIV. *& ſequentibus.*

Arctiſſimum mœſtitiæ cordis vinculum eſt.) *Divus Gregorius Oratione* XII: Τούτῳ χαλινῷ θυμὸν ἐκφερόμενον, τούτῳ κοιμίζω φθόνον πίνοντα, τούτῳ περισπαράσσω λύπην ἄσμιον καρδίας: Hoc iræ impetum freno, hoc tabem afferentem invidiam conſopio, hoc mœrorem cordis vinculum ſedo.

Arcus retenſus, cùm voles, erit utilis.) *Reſpicere videtur ad diſtichon Phædri fabulâ* LIII: Citò rum-

rumpes arcum ſemper ſi tenſum habueris: At ſi laxaris, cùm voles, erit utilis.

Ars nulla ſeſe impendit ſingularibus.) *Ariſtoteles libro* I. *Rhetoricorum cap.* II: Οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον: Nulla ars conſiderat ſingulare.

Artes ſorores ſunt profecto ſenſuum.) *Quomodo, videndum apud Plutarchum initio vitæ Demetrii.*

Aſiaticorum ingeniis nil inanius.] *Equidem verſiculo iſto ſciamus quibus moribus ſint Aſiæ incolæ & verò vanitatem eis adſcribit diſertè Livius oratione Rhodiorum ad patres conſcriptos, libro* XLV. *cap.* XXIII. *f. alibi, hiſtorici omnes.*

Aſpectu etiam ipſo conſummantur prælia.) *Ennodius Oratione ad Regem Theodoricum:* Interea acies tuæ aſpectu conſummant prælia, non labore. *Et verò hoſtium vultus fugare adverſarium non uno exemplo oſtendi Diſcurſibus meis in Tacitum.*

Athleta fatiſcit illicò, robuſtus nimis.] *Ignoro an idem velit quod Plutarchus in vitâ Fabii, capite* XXXIII. *m:* Φάβιος δὲ, τῶν πρώτων ἐχόμενος λογισμῶν ἐπιεικῶν, ἤλπιζε μηδενὸς μαχομένου, μηδ' ἐρεθίζοντος τὸν Ἀννίβαν, αὐτὸν ἐπιρεάσειν ἑαυτῷ, καὶ καταπεριβήσεσθαι περὶ τὸν πόλεμον, ὥσπερ ἀθλητικῷ σώματι, τῆς δυνάμεως ὑπερπόνου γιγνομένης καὶ καταπόνου, ταχὺ τὴν ὁρμὴν ἀποβαλοῦσαν. Fabius, priſtinis ſuis inſiſtens conſiliis, ſpem con-

ceperat, si nemo illi instaret vel irritaret, fore ut semetipse attereret & elangueſceret bello, ſicut athleticum corpus, ubi vires nimium confectæ ſunt & fatiſcunt, ocyſſimè amiſſurus vigorem.

Avaritiæ divina etiam ſunt quæſtui.) *Pauſanias in Laconicis:* Ἀνθρώπῳ γὰρ ἀφορῶντι ἐς κέρδος τὰ θεῖα ὕστερα λημμάτων: Homini ad pecuniam omnia referenti, facilè divina quæſtu inferiora ſunt.

Auctor Deus culpæ cuiuſque honeſtior.) *Livius libro* I. *capite* IV: Vi compreſſa Veſtalis, cùm geminum partum edidiſſet, ſeu ita rata, ſeu quia Deus auctor culpæ honeſtior erat, Martem incertæ ſtirpis patrem nuncupat.

Auctoritas auri ſiniſtrâ eſt à manu.) *Plinius libro* XXXIII. *Naturalis Hiſtoriæ, cap.* II: Manus & prorſus ſiniſtræ maximam auctoritatem conciliavere auro, non quidem Romanæ, quorum more ferreum id erat, & bellicæ virtutis inſigne.

Auctoritatem immodicus deſtruit favor.] *Livius libri* XLII. *cap* XXX. *p:* Principum pars ita in Romanos effuſi erant, ut auctoritatem immodico favore corrumperent &c.

Auctoritatem non auctorem reſpice.) *Ita loquitur Tertullianus de corona militis ſub finem capitis tertii.*

Auctoritatem perdit omnem debitor.) *Verba ſunt Divi Ambroſii capite* VII. *in Tobiam.*

Auctoritatis plurimum in voce eſt patris.) *Id ipſum multis oſtendit Manuel Imperator præfatione*

Edu-

Educationis regiæ ad Ioannem filium, qui legatur. dolendum enim est, utilissimum alioquin libellum apud neminem ferè videri, nisi quibus parum est utilis.

Audire nunquam veritatem, Regium est.) *Livius libro* XXXI. *cap.* XVIII: Insueto vera audire ferocior oratio visa est, quàm quæ habenda apud Regem esset. *addatur & Seneca libro* III. *de Ira cap.* XX. *sed magis libro* VI. *de Beneficiis cap.* XXX. *Visatur etiam, cui libet, Flavii Vopisci Aurelianus capite* XLIII; *nec non Trebellii Pollionis Regillianus, cap.* X. *m.*

Aufervoluptatem, omne honestum exstinxeris,) *Interpretatio verborum petenda ex his Maximi Tyrii Dissertatione* XXXIII: Τοσοῦτον δὲ λέγω, ὡς εἰ τῆς ἀρετῆς ἀφαιρήσει τις τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ δυνατὸν αὐτῆς προσαφήιρηκεν. ἡδὲν γὰρ τῶν καλῶν αἱρετὸν, ἀπολωλεκυίας ἡδονῆς. καὶ γὰρ ὁ κατ' ἀρετὴν πόνων ἐχῶν, φιλία ἡδονῆς πονεῖ, παρούσης ἢ προσδοκωμένης. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς χρηματισμοῖς οὐδεὶς ἐκὼν ἀντικαταλλάττεται δραχμὴν ταλάντου, οὐδὲ χρυσὸν χαλκοῦ, ὦ μὴ Φρένας ἐξέλετο ζεύς· ἀλλὰ δεῖ πρὸς ἀμοιβὰς, καὶν ἀσχέσιοι ὦσι, λυσιτελεῖν τῷ ἀλλαττομένῳ κατὰ τὴν χρείαν ἑκάστου· οὕτως ἀμέλει καὶν τοῖς τῶν πόνων ὁμιλίαις, ἡδεῖς πονεῖ πολὺ ἐρῶν [ἢ γὰρ ἂν εἴη ὁ δυστυχέστερος] ἀλλάττεται δὲ τοὺς παρόντας πόνους, ὡς μὲν εἴποι ἄν τις τῶν ἀγροικοτέρων, τοῦ καλοῦ· ὡς δέ τις τῶν ἀληθεστέρων, ἡδονῆς. καὶν γὰρ τὸ καλὸν εἴπῃς, ἡδονὴν λέγεις. σχολὴ γὰρ ἂν εἴη τὸ κάλλος, εἰ μὴ ἥδιστον εἴη.

Hoc tantum dico, si quis virtuti voluptatem demat, eum vim ejus præcidere. Nullum enim, si voluptas absit, petitur honestum. Nam qui laborem ex virtutis subit præscripto, amore voluptatis aut præsentis id facit, aut futuræ. Sicut enim in re quæstuaria nemo sciens talentum cum drachm â permutat, nec cum argento aurum,

——nisi cui mentem eripit omnem
Iupiter, ——

sed in permutatione quamvis æqualis sit, permutantis spectatur commodum, prout usus accipientis flagitat. Sic omnino in subeundis nemo laboribus, laborum causa laborem subit (infelicissimum enim hoc votum esset.) Præsentes verò labores cum pulchro, ut ex agrestioribus dicat aliquis, ut verò illi qui verius judicant, cum voluptate commutat. Pulchrum enim quamvis dicas, voluptatem nominas. Nisi forte aliquid pulchrum sit, cui non adsit voluptas.

Auferre non est Regium, sed addere.) *Ita quidem sentiebat magnus rex Persarum de quo Plutarchus in Apophthegmatis Regum:* Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ μακρόχειρ ὠνομασμένος διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, ἔλεγε ὅτι τὸ ποιεῖν τὸ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐστι: Artaxerxes Xerxis F. Longimanus cognomen o, quòd alteram manum haberet longiorem, dicebat Magis regium esse addere, quàm detrahere.

Aufers coronam, si aufers adversarium.) *Quia nemo coronatur nisi post certamen: de quo bellè multa*

Patres

Patres ac Philosophi; etiam circa materiam de providentiâ divinâ.

Auferto testem, & nulla opum est felicitas.] *Aspectatoribus enim pendet auctoritas divitiarum. si desit admirator & conscius, vix aliquis eas vel voto desideraverit. de quâ re non inepte prater sanctos Patres, Seneca Epistola* XCIV. §. XVI. *Plutarchus de cupiditate divitiarum, cap.* XIV. *f. ut & Symposiacon libro* V. *Quæstione quintâ aliisq; ; sed maximè omnium Lucianus, cujus verba è Nigrino, non possum quin adscribam: sunt enim oculis meis merè gemmea:* Ἐγὼ μέν τοι γε πολὺ τῶν κολακευομένων ἐξωλεστέρους τοὺς κόλακας ὑπείληφα, καὶ σχεδὸν αὐτοῖς ἐκείνοις καθήσασθαι τῆς ὑπερηφανίας αἰτίους. ὅταν γὰρ αὐτῶν τὴν οὐσίαν θαυμάσωσι, καὶ τὸν χρυσὸν ἐπαινέσωσι, καὶ τοὺς πυλῶνας ἔωθεν ἐμπολήσωσι καὶ προσελθόντες ὥσπερ δεσπότας προσέπωσι, τί καὶ φρενήσειν ἐκείνους εἰκός ἐστι; εἰ δέ γε καινῷ δόγματι καὶ πρὸς ὀλίγον ἀπέχοντο τοῦ δεῖν τὴν ἐξελευθερίας, οὐκ ἄν οἶει τυραννίδων αὐτοὺς ἐλθεῖν ἤδη καὶ πύας καὶ πλωχῶν δεομένους τοὺς πλουσίους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν μηδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν, μηδ' ἀνόνητόν τε καὶ ἄχρηστον τὸ τραπεζῶν τὸ κάλλος, καὶ τὸ οἴκων τὸ μέγεθος; ὁ γὰρ ἅτερ ὅτου τὸ πλουτεῖν, ἐρῶσιν, ὡς τοῦ μὲν τὸ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι, καὶ ὅτου δὲ ἔχει μηδὲν ὄφελος εἶναι πολυτελοῦς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι, μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι. Ego verò multa adulatores ipso magis perditos esse,

esse, quàm quibus adulantur, existimo, & propemodum autores illis existere superbię ac fastus istius. Nam cùm illorum opulentiam & rerum omnium abundantiam admirantur, aurum laudibus extollunt, vestibula manè complent, & accedentes ipsos quasi dominos appellant: quid quæso etiam cogitare illos consentaneum est? Quòd si verò communi decreto vel paululum modo abstinerent ab hac voluntaria servitute, an non putas è diverso ipsos divites ad fores pauperum atque mendicorum venturos esse, ultro rogantes ne ignobilem atque obscuram, & quasi absque teste latentem ipsorum felicitatem relinquerent: neve paterentur ut inutilem, & ab omni usu remotam & mensarum pulchritudinem, & domorum magnitudinem perire? Neque enim sic ipsas divitias amant, ut propter divitias beatos atque felices sese existimari. Atque ita sanè res habet, ut nulla sit utilitas possidenti, neque pulchrarum ædium, neque auri, neque eboris, nisi sit qui illa admiretur.

Aures rudes sunt ad male audiendum probis.) *Apuleius Apologia* 1: Enimverò bonus & innoxius quisque rudes & imperitas aureis ad malè audiendum habens, & laudis adsuetudine quanto contumeliæ insolens, multo tantò ex animo laborat, ea sibi immeritò dici, quæ ipse possit aliis verè objectare.

Auri fames nil sequitur quàm præsens lucrum.) *Egesippus libro* v. *Excidii Hierosolymi, cap.* XXIV: Misera fames auri nihil sequendum putat, nisi quod ad præsens lucrosum; nihil honestum, quod pecuniæ vacuum. Gravis jam dudum, gravis inolevit

levit humanis affectibus quærendi cupido; & mercatura facta est vita hominum: veno & empto vivitur.

Aurum decet mulieres, horror milites.) *Livius libro* IX. *cap.* XL: Notus jam Romanis apparatus insignium armorum fuerat; doctique à ducibus erant, horridum militem esse debere, non cælatum auro argentoque; Sed ferro & animis fretum. quippe illa prædam verius quàm arma esse, nitentia ante rem, deformia inter sanguinem & vulnera &c.

Aurum nunm tyrannis Orbis clancularia est.) *Id est clam exercet in orbe tyrannidem: Et certè* χρυσὸς ὁ ἀφανὴς τύραννος, *vocatur Nazianzeno, Oratione* XXIV, In Ægyptiorum adventum.

Auro careret si Orbis, orbis haud foret.) *Haud tralatitium metalli illius præconium invenitur apud Simocattam Epistola* X. *hisce verbis:* Λυσιτελῶς λιμώττει χρυσοῦ τὸ ἀνθρώπιον γένος Σωσίπατρε· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τέχναι τῷ βίῳ εἰσήχθησαν. καὶ πόλεις ὠκίσθησαν, καὶ σωμάτων διήρθρωται. εἰ δεῖ συλλήβδην εἰπεῖν, πάσης διακοσμίας ἐστέρητο ἂν τὸ θεῖον χρῆμα, εἰ μὴ χρυσὸς τὰς ἀνθρώπους ἀλλήλων ἐπαιδεύσεις ἐπικτήσατο. ἐ γὰρ ἂν πλωτὴν ἐναυπήγατο· ἐχ ὁδοιπορεῖν ἐνεπορεύετο· οὐκ ἂν ἐροτομεῖα βοῶν οἱ γεωργοῦντες ἐκέκτηντο· ἐ βασιλικῆς ἡγεμονίας ἐπεσείετο σκῆπτρα· οὐκ ἀρχαῖς καὶ θεοσφόροις τὸ ὑπήκοον ἐκεκόσμητο· ἐ στρατηλὸς ἐδημαγώγει τὸ στράτευμα. εἰ δὲ καὶ ἀπόρρητον

ρητον

ῥητον λόγον θέλεις μαθεῖν, ἀρετῆς καὶ κακίας ὁ χρυσὸς τὰς ψυχὰς πεπίστευται. βασανίζεται ἔφεσις καὶ ψυχῆς δι' αὐτοῦ καὶ τῷ κελτικῷ ποταμῷ ἐστιν ἐφάμιλλος. νόθου γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχός ἐστιν ἀληθέστατος: Vtilis hæc eſt auri fames in humano genere, Soſipater. Inde etenim & artes vitæ acceſſerunt, & urbes ædificatæ ſunt, & in contractibus orta conventio. ſi verò ſummatim dici debeat, omni ornatu privatus eſſet quacunque terrarum locus inhabitatus, ſi non auri interceſſione factum foret, ut homo alter alterius invicem indigeret. Nam neque nauta navigabat, neque viator faciebat iter, neque aratorem bovem agricolæ poſſidebant, non regiæ majeſtatis adorabantur ſceptra, non magiſtratibus & juridicis ornati erant ſubditi, non dux agebat exercitum. Quod ſi autem ſecretum ſermonem ſcire vis, virtutis & malitiæ habenas habet aurum, & probatur appetitus animæ per ipſum, Celticique fluminis eſt æquale viribus. Falſæ enim virtutis & vitii veriſſimum eſt argumentum.

Auſpicia rerum ſemper ſunt acerrima.) *Vult, ut opinor, initia eſſe ferventiſſima; hoc eſt, etiam ea quæ incurioſo ſunt fine, inchoari tamen ſummo animi fervore.*

Aut nullus, aut rarus concurſus montium eſt.) *Græci dicunt*, ὄρος ὄρει οὐ μίγνυται: Mons cum monte non miſcetur: *quod an velit Latinus verſus, ignoro. De montium concurſu legatur Plinius libro* II. *Naturalis Hiſtoriæ cap.* LXXXIII.

Aut

Aut pro ſalute eſt omne bellum, aut pro fide.) *Verba ſunt Ciceronis, libro tertio de Legibus.*

Aut regem oportet naſci quem, vel fatuum.) *Proverbialis quidem ſententia, ſed non etiam qua verſum impleat. meminit autem ejus Seneca Ludo de morte Claudii Imperatoris:* Ego ſcio me liberum factum ex quo ſuum diem obiit ille, qui verum proverbium fecit, Aut regem, aut fatuum naſci oportere.

B.

BEatitati Cura ſemper adſecla eſt.) *Non ſolum amat victoria curam, ſed & amat nolit velit felicitas; quemadmodum prolixè admodum diſputatum jam olim in ſcholis Philoſophorum.*

Beatus eſſe ſine virtute non potes.) *Cur, non ineptè docet Tullius libro* I. *de Natura Deorum capite* XVIII. *f.*

Bellare qui vult cauſſas è facili invenit.] *Prætextus enim quivis ipſi pro cauſsâ. Herodotus libro* I. *cap.* XXVI. *f. de Epheſiis:* Πρώτοισι μὲν δὴ τούτοισι ἐπεχείρησε ὁ Κροῖσος· μετὰ δὲ, ἐν μέρεϊ ἑκάστοισι Ἰώνων τε καὶ Αἰολέων, ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων, τῶν μὲν ἐδυνάτο μέζονας παραλαμβάνειν, μέζονα ἐποιεύμενος, τοῖσι δὲ αὐτέων, καὶ φαύλας ἐπιφέρων: Hos primos Crœſus aggreſſus eſt, deinde verò carptim ſingulos Ionum Æolumque, alias in alios cauſas prætendens, ut in quosque maximas reperire poterat: in quoſdam etiam frivola cauſatus.

Bellum cave felix: miſer bellum rape.) *Archi-*

damus

damus Isocratis: Ἐγὼ δὲ πολλὰς μὲν οἶδα διὰ τὸν πόλεμον μεγάλην εὐδαιμονίαν κτησαμένας: πολλὰς δ' ὑπ' ὑπαρχόσης εἰρήνης διὰ τὴν εἰρήνην. οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν: ἀλλ' ὅπως ἄν χρήσηταί τις καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν. χρὴ δὲ τὰς μὲν εὖ πράττοντας, εἰρήνης ἐπιθυμεῖν. ἐν δὲ τῇ καταστάσει ταύτῃ πολέμου αὖ τις χρόνον, τὰ διαφυλάξειν· τὰς δὲ δυσχεῖντας, τῷ πολέμῳ προσέχειν τὸν νοῦν. ἐκ γὰρ τῆς παραχῆς καὶ τῆς ἀνωρχίας, ἥττον ἂν μεταβολῆς τύχοιεν: Ego verò novi multos, qui sibi magnam bello felicitatem pepererunt: multos item, qui eandem pace amiserunt. Nihil enim rerum omnium per se omninò vel malum est, vel bonum: sed ut quisque rebus atque occasionibus utitur, ita necesse est eventus consimiles inde consequi. Est autem felicibus expetenda pax (nam eo statu parta bona diutissimè conservantur) calamitosis ad gerendum bellum animus adjiciendus: Nam tumultu bellico, & omnia conando, afflictæ res celerius eriguntur.

Belli incentivum Principis est ignavia.) *Egesippus libro* IV. *Excidii Hierosolym. cap.* XXVI: Quæ verò gentes luxui se subjicient, & vitiis dedant, cùm belli incentivum sit ignavia Imperatoris, & contrà firmitudo pacis, in hoste virtus, sobrietas in Reipubl. moderatiore?

Bellum loquendi libertatem destruit.) *Scribit de Iulio Cæsare, Plutarchus in vitâ ejus cap.* LIII. *pr:*

Τῷ δὲ δημάρχῳ Μετέλλου κωλύοντος αὐτὸν ἐκ τῶν ἀποθέτων χρήματα λαμβάνειν, καὶ νόμους τινὰς προφέροντος; σὺ μὲν ἔφη τῶν αὐτὸν ὅπλων καὶ νόμων καιρὸν εἶναι. σὺ δὲ ἐπὶ τοῖς πραττομένοις δυσκολαίνῃς, νυῦν μὲν ἐκποδὼν ἄπιθι· παῤῥησίας γὰρ ἡ δεῖται πόλεμος. ὅταν δὲ κατατεθῶμεν τὰ ὅπλα, συμβάσεων γενομένων, τότε παρελθὼν δημαγωγήσεις: Quum tribunus plebis Metellus argentum depromere ex templo Saturni vetaret ei, ac certas leges allegaret, dixit non idem armorum ac legum tempus esse. Quod si hæc (inquit) quæ ago, offendunt te, facesse in præsentiâ. Ferocia verba bellum non admittit. Vbi patefacta arma deposuero, tunc age populariter.

Bellum prius consilio quàm viris geras.] *Mamertinus Panegyrico dicto Maximiano Augusto, cap.* v: Tu enim divinæ providentiæ, Imperator, consilio priusquàm vi bellum gerendum ratus, &c.

Benè dormiit qui nescit quàm malè dormiit.] *Inter Publii Syri versus legitur*, Bene dormit, is qui nescit quàm malè dormiit, *planè ineptè reformandus igitur est ad eam faciem quâ heic repræsentatur, sententiâ apertissima, & de qua egregiè multa, quamvis ex tempore, declamitaverint Medici.*

Benefac bonis, fieri si quæris multiplex:) *Basilius Augustus ad Leonem filium, capite* XXII. *f.* Ἀγαθὸς γὰρ εὐεργετῶν, ἑξῆς σεαυτὸν πολλαπλοῶ, καὶ κτήσῃ μίαν ψυχὴν πολλῶν φίλων καὶ ὀφθαλμῶν κύκλῳ διαφυλαττομένων. Bonos ergo be-

neficiis tibi devincies, te ipsum quodam modo multiplicem habebis, nempe vitam unam, multis circum oculis multisque vigilantibus amicis custoditam.

Beneficia nulla naturam ipsam verterint.) *Vt si alueris luporum catulos, si benignus fueris in improbos; malum solummodo accersiveris tuo tibi jumento. Adherbal apud Sallustium Iugurth. cap* XIV. § II: Pater nos duos fratres reliquit: tertium Iugurtham beneficiis suis ratus est nobis conjunctum fore. alter eorum necatus est: alter ipse ego manus impias vix effugi.

Beneficia qui probis dat, non dat, accipit.) *Phalarides Epistolâ* XVI. *Amphinomo:* Οὐ δίδοναι χάριτας οἶμαι δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν: Non me beneficia dare puto, donando bonis viris, sed magis ab illis accipere.

Beneficus in nos non est qui scelere abstinet.) *Porcius Latro apud Senecam patrem lib.* VII. *Controversiâ* VI: Non est beneficium, scelere abstinere.) *Tullius Philippica: 2. cap. 3. p:* Quod est aliud beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, iis se dedisse vitã quibus non ademerint? & post: Quale autem beneficiũ est, quẽ te abstinueris nefario scelere? *Eodem spectat istud D. Chrysostomi, Homiliâ* VI *in Epistolam ad Philippenses:* Εἶπον φθάσας, ὅτι οὐδεὶς οὕτως ἐπαινεῖ ἀπὸ τῶν κακῶν ἀποχῆς, οὐδὲ ὅλως αὐτῇ μέμνηται, οὐδὲ σώφρονα καλοῦμεν καὶ ἐπαινοῦμεν τις οὕτως ἔχει, ὅτι οὐκ ἐμοίχευσεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν ἰδίας

ἰδίας ἀπίσῃ γυναικός. ἐδαμῶ γὰρ τὶν τῶν κακῶν ἀποχλαὶ πίθεμεν, γέλως γὰρ τᾶτο: Verum & illud initio dixi, neminem ideo ſolere laudari, ac ne commemorari quidem; quòd crimina non admittat: neque enim ſi quis aliquem temperantiæ nomine laudare velit, ita dicet, minimè illum eſſe mœchatum; ſed hoc afferet, à propriâ etiam uxore ſe continuiſſe: omninò enim abſtinere ſe tantùm à pravis actionibus nunquam in laudatione ponimus, niſi ridiculi haberi velimus.

Beneficiis ſuperare quosvis, regium eſt.) *Quemadmodum contrà, nihil æquè mordet Reges, quàm vinci beneficiis. Inde illud Darii morientis ad Polyſtratum:* Ὦ ἄνθρωπε, ἔτό μοι πέρας γέγονεν δυστυχίας ἀπάσης, ὃ παθεῖν, ἀμείψασθαι μὴ δυνάμενον· ἀλλὰ Ἀλέξανδρος ἀποδώσει σοι τὴν χάριν: Hic mihi terminus, quicunque es, omnis eſt infelicitatis, quòd beneficium acceptum nequeam rependere. verùm referet Alexander tibi gratiam: *Plutarchus in vitâ Alexandri cap.* LXXVII. *f. qui etiam videatur ejuſdem vitæ capite* CIII.

Beneficio gratum minimiſſimo obliges.) *Demoſthenis epiſtola* V: Τὸ μὲν γὰρ τὰ μικρὰ πάνυ ὑπερφιλοτιμίζεσθαι, μικρολογίας μέν τινος εἶναί φημι καὶ ἀπειροκαλίας, φιλοφρονημάτων δὲ καὶ μικρῶν πάνυ ἔγωγε ἡδέως ὁμολογῶ: Tametſi res perexiguas maximi facere, puſillitatis cujuſdam & inſcitiæ eſſe puto; tamen vel tenuiſſimi humanitatis officiis me devinciri fateor. *Cicero Oratione pro Plancio, cap.* XXXIII. *f.* Equidē nihil tam propriū hominis

existimo, quàm non modò beneficio, sed etiam benevolentiæ significatione alligari: nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse videaris.

Benignitati apparet Imbecillitas.] Apparet, *positum pro* comes est, præsiò adest, agit satellitem. *Forsan versus notat idem quod illud Quinti Curtii libro* IV. *cap.* V: Caussa Abdolomino paupertatis, sicut plerisque, probitas erat. *Sanè simplicitas fere benigna est, & cum alios metiatur ex ipsâ se, neq; quidquam suspicetur mali, facilè exhauritur, & circumvenitur ab versutiâ atq; improbitate. Inde acutè Martialis lib.* XII. *Epigrammate* LI: Semper bonus vir tyro est. *Videatur Philo Iudæus libello quo probat Deterius insidiari solere potiori. Tullius Orat. pro Roscio Comœdo, cap.* VII. *f:* Etiam atque etiam considera, C. Piso, quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? Quid est hoc? probus improbum, pudens impudentem, perjurum castus, callidum imperitus, liberalis avidum, incredibile est.

Bilibra Amorum æqualitatis indiga est.] *Simocatta Epistolâ* XLIV: Οὐκ ἰσόρροπον ἔχουσιν ἔρωτες πλάστιγγα, ἄνισα τοῖς ἀνθρώποις ζυγοστατοῦσι τὰ δάκρυα: Non æqualem habent amores lancem, & inæqualiter dependunt hominibus lacrimas.

Bina erigit trophæa, nullum qui erigit.] *Neq; enim facta illustria solummodo ei trophæum unum statuunt in animis hominum, sed & alterum erigunt ob modestiam. Inepti certè, qui nihil suspicandum putant,*

nisi

niſi quòd incurrit in oculos. Melius Tiberius ad Senâtum: Hæc mihi in animis veſtris templa, hæ pulcerrimæ effigies & menſuræ. Nam quæ ſaxo ſtruuntur, ſi judicium poſterorum in odium vertit, pro ſepulcris ſpernuntur. *refert Tacitus lib.* IV. *Annal. cap.* XXX. *apud quem alioquin etiam legimus libri ſecundi Annalium extremo, in funere Iuniæ Caſſii uxoris, M. Bruti ſororis:* Viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatæ ſunt, Manlii, Quintii, aliaque ejuſdem nobilitatis nomina: ſed præfulgebant Caſſius & Brutus, eo ipſo quod effigies eorum non viſebantur.

Bis vindicat, qui cùm poteſt non vindicat.) *Eadem interpretatio eſt hujus ſententiæ quæ ſuperioris, quamvis enim ipſi abſtineamus ab omni ultione, at noſtram vicem eis iraſcuntur probi omnes: ut jam taceam ſummam malis videri contumeliam, habitos eſſe indignos quos ulciſceremur, de Socratis calumniatoribus refert Plutarchus libro de Invidiâ & Odio, ita ipſos averſatos fuiſſe cives ſuos:*

ὡς μήτε πῦρ αὐτοῖς, μήτε ἀποκρινέσθαι πυνθανομένοις, μὴ λουμένοις χρῆναι ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς ὑποδεχύτας ὡς μεμιασμένον. ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος; ut neque ignem eis accenderent, neque interrogantibus reſponderent, neque in balneo aquâ uterentur eadem; ſed quâ illi laviſſent, eam tanquam pollutam juberent à miniſtris effundi: donec illa impatientiâ odii ſeſe ſuſpenderunt.

Bonus pati mavult mereri, quàm crucem.] *Seneca pater libro* III. *Controverſiâ* IX; *ubi dominus*

testamento crucem ponit servo. qui ei ægro venenum negarat: Maluit crucem pati quàm mereri. &c.

Bona omnia in cultu animi vir ponit bonus.) *Julianus Imperator Oratione ad milites*: Impeditum ærarium est, urbes inanitæ, populatæ provinciæ: mihi nec facultates, *nec propinquitas generis suppetit, quamvis ortu sim nobilis, præter pectus omni liberum metu*: *nec pudebit Imperatorem cuncta bona in animi cultu ponentem, profiteri paupertatem honestam. nam & Fabricii familiari re pauperes rexere bella gravissima, gloriâ locupletes &c.* Ammianus lib. XXIV. *cap.* IX. *m.*

Bonum hoc habet quoque vir bonus, nulli invidet.) *Tale quid legas in Ciceronis Timæo.*

Bonum omne vel Deus ipse est, aut est ex Deo.) *Dictum Divi Augustini lib.* III. *de Libero arbitrio, cap.* XVI.

Bruta omnium prima urget pestilentia.) *Ita esse abunde notum omnibus vel ex Iliadis primore libro Homericæ. addatur Plutarchus lib.* IV. *Symposiacon, quæstione* I. §. IV.

C.

CAlumniator neminem incessit palam.) *Lucianus libro de Calumnia non temerè credendo.* Ὥ̓περ ἐξ ἅπαντος ὁ διαβάλλων δύσχερές ποιεῖν ἄκεστον ἐπάγων τὸν διαβαλλόμενον τῇ τοῦ ἀκούοντος ὀργῇ, καὶ τὴν ἀπολογίαν τῷ λαπεσαμένῳ κατηγορίας ἀφαιρούμενος. καὶ γὰρ ἀπαρρησίαστος, καὶ δειλὸς ἅπας ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, οὐδὲν ἐς τὸ ἐμφανὲς ἄγων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λοχῶντες, ἐξ ἀφανοῦς πόθεν

πόθεν τοξεύων, ὡς μηδὲ ἀντιτέξασθαι. δίκαιον εἶναι, μηδὲ ἀντιγωνίσασθαι, ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ πολέμου διαφθείρεσθαι: Id verò ex omni parte calumniator molitur, uti cum furore ac vecordiâ hominis coram quo res agitur, indefensum reum committat, defensurum parteis suas clancularià sectione arceat. Adeò enim hoc hominum genus obnoxium est formidini, adeò nihil audet palàm, sed perinde atque qui ex insidiis transversi hostem invadunt, ex abdito alicunde specu jaculatur, ut non sit qui contra vel mittere telum, vel manu contendere possit, hostisq; ignarus adversarii, fraudisq; insçius pereat.

Calumniæ germana est Assentatio,) *Quare, elegantèr etiam eodem commentario prodit idem Lucianus, qui consulatur.*

Cantharidis alæ solùm prosunt ac pedes.) *Plutarchus cap. XXV. de audiendis poëtis:* Δεῖ δὲ μηδὲ τὰς ἐκ τῶν ὠφελημένων ἢ συμφερόντων παραλιπεῖν ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῆς κανθαρίδος οὔσης θανασίμου, τοὺς πόδας ὅμως καὶ τὰ πτερὰ βοηθεῖν οἴονται, καὶ ἀναλύειν τ' δύναμιν· οὕτως ἐν τοῖς ποιήμασι κἂν ὄνομα κἂν ῥῆμα συνδεδεμένον ἀμβλυτέραν ποιῇ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀπαγωγὴν, ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ προσαφαιρεῖν: Neque verò eæ quæ ad corrigendum dictum præbentur ex adjectis & unà pronuntiatis verbis occasiones sunt prætermittendæ: sed quemadmodum medici pedes ac alas cantharidis, quum quidē ipsa sit mortifera, prodesse & dissolvēdi vim habere putāt: sic in poematis quoq; si q; est nomē

testamento crucem ponit servo. qui ei ægro venenum negarat: Maluit crucem pati quàm mereri. &c.

Bona omnia in cultu animi vir ponit bonus.) *Julianus Imperator Oratione ad milites*: Impeditum ærarium est, urbes inanitæ, populatæ provinciæ: mihi nec facultates, *nec propinquitas generis suppetit, quamvis ortu sim nobilis, præter pectus omni liberum metu*: *nec pudebit Imperatorem cuncta bona in animi cultu ponentem, profiteri paupertatem honestam. nam & Fabricii familiari re pauperes rexere bella gravissima, gloriâ locupletes &c.* Ammianus *lib.* XXIV. *cap.* IX. *m.*

Bonum hoc habet quoque vir bonus, nulli invidet.) *Tale quid legas in Ciceronis Timæo.*

Bonum omne vel Deus ipse est, aut est ex Deo.) *Dictum Divi Augustini lib.* III. *de Libero arbitrio, cap.* XVI.

Bruta omnium prima urget pestilentia.) *Ita esse abunde notum omnibus vel ex Iliadis primore libro Homericæ. addatur Plutarchus lib.* IV. *Symposiacon, quæstione* I. §. IV.

C.

CAlumniator neminem incessit palam.) *Lucianus libro de Calumnia non temerè credendo.* Ὥ̓περ ἐξ ἁπάντων ὁ Διαβάλλων δεῖται ποιεῖν ἄκλητον ἐπάγων τὸν Διαβαλλόμενον τῇ παῤῥησίᾳ ἐντὸς ὀργῆς, καὶ τῷ ἀπολογίαν τῷ λαθραίῳ κατηγορίας ἀναμίξαντα. καὶ γὰρ ἀπαῤῥησίας, καὶ δειλὸς ἅπας ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, οὐθὲν ἐς τὸ ἐμφανὲς ἄγων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λοχῶντες, ἐξ ἀφανοῦς πόθεν

πόθεν τοξεύων, ὡς μηδὲ ἀντιτάξασθαι. δυνατὸν εἶναι, μηδὲ αὐταγωνίστως, ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τῶν πολέμου διαφθείρεσθαι: Id verò ex omni parte calumniator molitur, uti cum furore ac vecordiâ hominis coram quo res agitur, indefensum reum committat, defensurum parteis suas clancularià sectione arceat. Adeò enim hoc hominum genus obnoxium est formidini, adeò nihil audet palàm, sed perinde atque qui ex insidiis transversi hostem invadunt, ex abdito alicunde specu jaculatur, ut non sit qui contra vel mittere telum, vel manu contendere possit, hostisq; ignarus adversarii, fraudisq; inscius pereat.

Calumniæ germana est Assentatio,) *Quare, eleganter etiam eodem commentario prodit idem Lucianus, qui consulatur.*

Cantharidis alæ solùm prosunt ac pedes.) *Plutarchus cap. XXV. de audiendis poëtis:* Δεῖ δὲ μηδὲ τὰς ἐκ τῶν ὠφελημένων ἢ συμφεροζομένων παραλιπεῖν ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῆς καυθαρίδος οὔσης θανασίμου, τοὺς πόδας ὅμως καὶ τὰ πτερὰ βοηθεῖν οἴονται, καὶ ἀναλύειν τ' δυνάμιν· οὕτως ἐν τοῖς ποιήμασι κἂν ὄνομα κἂν ῥῆμα προσκείμενον ἀμβλυτέραν ποιῇ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀπαγωγὴν, ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ προσαφαιρεῖν: Neque verò eæ quæ ad corrigendum dictum præbentur ex adjectis & unà pronuntiatis verbis occasiones sunt prætermittendæ: sed quemadmodum medici pedes ac alas cantharidis, quum quidē ipsa sit mortifera, prodesse & dissolvēdi vim habere putāt: sic in poematis quoq; si qu est nomē

aut verbum appositum, quod efficiat quo minus ad deteriorem sententiam abducamur, arripiendum est, atque explicationem adhibendum.

Capiti corona, forma lena feminæ est.] *Verba sunt Tertulliani, libro de corona militis cap.* XIV. *p.*

Captes bonorum gratiam, non omnium.) *De Benedicto Simplicio Sidonius libro* VII. *Epistolæ* IX. *appendice:* Vir est namque, ni fallor, totius popularitatis alienus; gratiam non captat omnium, sed bonorum &c.

Cassandræ quia non creditum est ruit Ilium.] *Versiculus Phædri è fabulæ* XLIX. *principio.*

Caveas potius injuriam quàm vindices.] *Valerius Maximus libro* VI. *cap.* III: Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando uxorem, quod illam in publico cum quadam libertinâ vulgari secretò loquentem viderat. Nam, ut ita dicam, incunabulis & nutrimentis culpæ non ipsâ commotus culpâ, citeriorem delicto præbuit ultionem; ut potius caveret injuriam quàm vindicaret.

Caussam gravat, supplicium ingrati qui levat.) *Egesippus libro* I. *cap.* XL: Herodem Archelaus deprecabatur, ut naturæ contemplatione molliret iræ, fratrique ignosceret, supra vindictam constituens jus naturæ. Nec mirum, si in maximis regnis, tanquàm in magnis corporibus sæpè aliqua membra ferveant, quæ non incidenda, sed mollitanibus sint curanda medicamentis. Sibi quoque multò graviores compositas à germano insidias: sed remisisse se necessitudini, quod debebatur dolori, ut quo magis pœnam levaret ingrati, eo amplius caussam gravaret.

Caussas

Cauſſas alienæ quis reddat ſententiæ?) *Apulejus Apologiâ priore:* Cur prius quàm tibi nuberet, ſcripſit neſcio quid in epiſtolâ quod ſibi videbatur? Quaſi quisquam debeat cauſſas alienæ ſententiæ reddere.

Centum catenis illigantur Divites.) *Et quidem diu noctuq;. Ioh. Chryſoſtomus Homiliâ* 11. *Epiſt. ad Philippenſes:* Τί φθονεῖς τῷ πλουσίῳ, ὅτι φροντίδων ἑαυτὸν ὑπέβαλεν πλειόνων; ὅτι δουλείᾳ χαλεπωτέρᾳ; ὅτι μυρίαις ἀλύσεσι, καθάπερ τισὶ κυσὶν, τοῖς αὐτοῦ δέδεται χρήμασι; κατέλαβεν ἑσπέρα, κατέλαβε νὺξ, καὶ τὸ τῆς ἀναπαύσεως καιρὸν τὸν θορύβου καιρὸν, καὶ ἀηδίας, καὶ λύπης ἔχει, καὶ μερίμνης· ψόφος ἐγένετο, οὐθέως ἀνεπήδησεν. ὁ δεῖνα ἐσυλήθη; μᾶλλον ἐκεῖνος φροντίζει ὁ ἁπολωλεκώς, ὁ μὴ ἀπολωλεκώς. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἅπαξ ἀπώλεσε καὶ λυπηθεὶς, ἀπέθετο τὴν φροντίδα, ὅτος δὲ αὐτὴν ἔχει διηνεκῶς. κατέλαβε νὺξ ὁ λιμὸν τῶν ἡμετέρων κακῶν, τὸ θεσμοθέτιον τῶν ἡμετέρων συμφορῶν, τὸ φάρμακον τραυμάτων: Quid eſt, quod invideas diviti; quòd ſeipſum pluribus curis ſubjecit? quòd difficiliori ſervituti? quòd ſexcentis catenis, veluti canis quiſpiam, ſuis pecuniis illigatus eſt? Advenit veſper; ſucceſſit nox; huic verò ſolatii, ac requietis tempus fit tumultus, triſtitiæ, mœroris, ſolicitudinis tempus. Increpuit quid? continuò proripit ſe. A latronibus ſpoliatus eſt quiſpiam? qui nullum damnum fecit, majore torquetur ſolicitudine, quàm ille, qui fecit! nam ille quidem ſemel perdidit, ac dolorem accepit; deinde verò curam depoſuit; hic

verò perpetuò ſecum illam gerit. Advenit nox, portus malorum noſtrorum, noſtrarum calamitatum ſolatium, vulnerum medicamentum &c.

Centum oculos Dominus poſſidet, ſervus duo.) *In rebus ſcilicet ſuis cuſtodiendis. Phædrus fabula* XXXIX: ſalvum te cupimus quidem: Sed ille qui oculos centum habet ſi venerit, Magno in periclo vita vertetur tua &c.

Cepit ferum victorem capta Græcia.] *Formatum ex illo Horatii:* Græcia capta ferum victorem cepit.

Certare noli in eos imitari quos nequis.) *Rationem videſis in Plutarchi Nicîâ, cap.* II. *f.*

Certum ad diem non reſpondet fœcunditas.] *Papirius Fabianus apud Senecam lib.* II. *controv.* V: Exſpecta; poteſt parere. Non reſpondet ad propoſitum, nec ad certum diem fœcunditas, ſui juris rerum natura eſt, nec ad leges humanas componitur: modò properat, modò vota præcurrit, modò lenta eſt & demoratur, exſpectâ modò; pariet.

Ceſſatione pueris nihil optatius.) *Verba ſunt Ciceronis, è libro* I. *de Naturâ Deorum, capitis* XXXVII. *principio.*

Chori imputes errata præceptoribus.] *Libanius Chria, quâ Diogenes introducitur magiſtrum cædens ob petulantiam diſcipuli:* Ἀλλ' ἐι τῶν παιδῶν, καὶ τῆς ἀμαθείας, ἐι πολυμελοῖτό τι, κληρονομοῖεν ἂν ἐικότως καὶ μὴ τῆς φιλοτιμίας ἀντιποιούμενοι, ἀγαπᾶν τοιοῦτων ὅτι τῆς πολυχαίς· τοῦτο τὸ δικαιον παντάχοθ' ζωζόμενον ἀφεῶμεν· ποτὲ ὁ χορὸς πολυμελὼς, τὸν διδάσκαλον ἐν αὐτοῖς ἐχὸς τὸ θᾶττον· καὶ τῶν μὲν χορευτῶν ἀδελεὶς καθάπτεται· τὸν

τὸν δὲ οὐ καλῶς ῥυθμήσαντα, τοῦτον ἐλαύνουσι· δῆλον γὰρ, ὡς εἴπερ ὅτος ὑφηγεῖτο τῷ ἀμείνω, ταύτην ἂν ἦλθεν ἐκείνων ἕκας Θ·: Sed si præmia expetunt, etiam pœnas non recensent erratorum. Sique ambiunt laudem, ne indignenter ob verbera. Hoc jus ubique servari reperiemus. Chorus in canendo erravit, à theatro magister accusatur, neq; de choro quisquam reprehenditur, sed is explodituꝛ qui nõ rite numeros concinnaverit. Apparet enim, si præiret hic verâ viâ, singulos illos secuturos fuisse.

Cibus nimius somnusque hebetat impuberes.) *Videsis Aulum Gellium lib.* IV. *Noctiũ Atticarũ cap.* 19.

Civilis utique virtus prior est bellicâ.) *Consulatur Plutarchus in vitâ Numæ capite* XXXIV.

Clades amaris nunquam est absque moribus.) *Idem in Phocione cap.* III. p: Καίτοι δοκοῦσιν αἱ δῆμοι μᾶλλον εἰς τοὺς ἀγαθοὺς ἐξυβρίζειν, ὅταν δοκῶσιν εὐτυχεῖν ὑπὸ πραγμάτων μεγάλων καὶ δυνάμεως ἐπαιρόμενοι, συμβαίνει τοὐναντίον. ἀεὶ γὰρ αἱ συμφοραὶ πικραὶ μὲν τοῖς ἤθη καὶ μικρόλυπα καὶ ἀκροσφαλῆ πρὸς ὀργὰς ποιοῦσιν, δύσκολον δὲ τὴν ἀκοὴν καὶ προσκρουστικὴν, ὑπὸ παντὸς λόγου καὶ ῥήματος Θ· πόνον ἔχουτ Θ· ὑποχλοιοῦσιν: Et quidem putantur insolescere magis in bonos populi, quum lætas res suas existimant, rebus magnis & potentiâ exultantes. verùm diversum accidit. siquidem clades amaros mores irritabilesque & præcipites reddunt in iram: adhæc aures difficiles atque morosas, quæ quovis dicto & verbo acri exacerbentur.

Clam perperramus quæ exsecramur publicè.) *Salvianus lib.* 3. *de Gubernatione Dei:* Quis est vel nobiliũ

omninò vel divitum horrens crimina? quamvis in hoc fefellerim: multi enim horrent, sed pauciſſimi evitant. In aliis quippe horrent, quod in ſe ſemper admittunt; mirum in modum & accuſatores eorundem criminum & excuſatores. exſecrantur publicè quod occultè agunt: ac per hoc dum damnare ſe cæteros putant, ipſos ſe magis propriâ animadverſione condemnant.

Clamoſa ſemper & querula impatientia eſt.) *Sunt verba Divi Cypriani, tractatu primo cõtra Demetrianũ.*

Claros foris domeſtica labes deſtruit.] *Talis Theſeus, talis Agamemnon. Tacitus libro* III. *Annal. cap.* XXIV. *p:* Vt valida Divo Auguſto in Rempublicam fortuna; ita domi improſpera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis, quas urbe depulit. *Addatur Plinius Panegyr. ad Trajanum cap.* LXXXIII. *m. Plutarchus vita Publicolæ cap.* LXIX. *m. Periclis cap.* LV. *Graviter de Herode Joſephus libro* XVI. *Antiq. Judaic. cap.* VI: Τῷ γὰρ ὅσπερ πλείστου μὲν τῶν ἔξωθεν, καὶ παρ' ἐλπίδας εἰς εὐτυχίαν αὐτῷ τὸ δαιμόνιον προσετίθει. μέγιστα δ' ἦν τῶν οἴκοι, καὶ μηδὲ προσδοκώμενα, δυσυχεῖν αὐτῷ συνέβαινεν, ἑκατέρα προσιόντ' ὡς οὐκ ἂν τις ᾠήθη, καὶ παρέχοντ' ἀμφήριστον τὴν περὶ τὰ πράγματα, ἀλλάξαι τῶν οἴκοι κακῶν, ἢ τοιοῦτο μέγεθ' ὧν τοῖς οἰκείοις συμφορῶν διαφυγεῖν ἐν τῷ μηδὲ τὰ βασίλεια θαυμαζόμενα κτήσασθαι: Reverâ enim quemadmodum foris ſupra ſpem fortunâ utebatur propitiâ, ſic domi præter opinionem omnia malè cedebant; ut meritò ambigendum ſit, poſſitne penſari tantâ felicitate externâ ejus calamitas domeſtica,

an

an satius esset carere ex æquo utraque, & intra privatam fortunam consistere.

Coerceas vulgi furorem, non domes.) *Dicit puto, esse fortè in manu Principum coercere vulgi seditiones repentinas, at non etiam domare. quamvis enim in præsens impetus ejus subsidat, at oblatâ occasione iterum sæviet; instar ignis aut amnis ad tempus repressi. & sic sanè est: ubi popularis iræ, aut justa caussa est, aut verò similis, nunquam desinit propositum donec consequatur quod petebat; de quo plura nos, non uno loco, ad Tacitum, ad Livium.*

Cognitio facilis inter patrem ac filium est.) *Livius libro* I. *cap.* L. *f. verbis Turni:* nullam breviorem esse cognitionem quàm inter patrem & filium, paucisque transigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse. *Aliam etiam caussam eruamus ex istis, D. Chrysostomi Homiliâ* XVI. *in Epistolam* I. *ad Corinthios:* Ὅταν γὰρ ἀδελφὸς δικάζηται μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐδέποτε δεῖται τῆς σωφρόσεως, ἀλλὰ τοῦ δεινότητος τῷ μεσιτεύοντι τῇ δίκῃ, τοῦ λογισμοῦ καὶ τοῦ συγγνώμης πολλὰ συμπεραίνοντος πρὸς τὴν λύσιν τοιαύτης φιλονεικίας: quando frater cum fratre judicio contendit, intelligentiâ & solertiâ non est opus litis arbitro, quum affectio & cognatio magnam opem afferat ad solvendam hujusmodi contentionem.

Cognoscere seipsum, est temperanter vivere.) *Plato in Lachete:* Τὸ γὰρ γνῶναι σ' αὐτὸν, καὶ τὸ Σωφρονεῖν, ἔστι μὲν ταυτὸν.

Coluber fugit cervum, serpentem interficit.] *Pulchrè usurpabimus, cùm ostendere volemus, impares alioquin imbecillioribus superare tamen sæpè sese longè fortiores:*

fortiores: itaq; nihil tam vile esse in catu mortalium quod impunè contemnamus.

Cominune id omne est quo indigemus maximè.) *Vt aër, ut sol, ut fluvii, ut terræ fructus, ut alia; de quib. videatur Maximus Tyrius Dissertatione* XXXIII. *Nec alienum ab illis istud Petronii:* Quid autem non commune est quod naturâ optimum fecit? Sol omnibus lucet: Luna innumerabilibus comitata sideribus etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formosius potest? in publico tamen manant &c.

Compendium est belli, Ducis interceptio.) Ἀκεραίου μὲν γὰρ τοῦ στρατεύματος σωζομένου καὶ σεσωσμένου, κἂν ποτὲ πίσῃ τὰ ὅλα, πολλὰς ἀφορμὰς ἡ τύχη δίδωσι πρὸς τὸ πάλιν ἀναπτήσασθαι τοῖς ἐκ τῶν παρεστώτων ἐλαττώσεις. πταίσαντος δὲ καθάπερ ἐν νηὶ τοῦ κυβερνήτου, κἂν τῷ νικᾶν ἡ τύχη τοῖς πολλοῖς ἀφθόνως κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν, οὐδὲν ὄφελος γίγνεται. Διὰ τὸ πάσας ἐξηρτῆσθαι τὰς ἐλπίδας ἑκάστοις ἐκ τῶν ἡγουμένων: Nam etsi universus fuerit cæsus exercitus, incolumis modò sit salvusque Imperator, multas sæpe Fortuna occasiones largitur, damna ejuscemodi casibus accepta resarciendi ac vires reparandi. ubi verò fuerit de medio sublatus velut in navi gubernator, quamvis Fortunæ beneficio victoriam exercitus de victis hostibus reportarit, nihil tamen ea res juvat; eò quod singuli spes suas omnes in ducibus habent repositas. *Vtiloquitur libro* X. *Historiarum Polybius cap.* XXX.

Communis utilitas, utilitas sit tua.) *Natum è verbis Tullii libro* III. *de Officiis, capitis* XII. *fine.*

Concordia haud ulla extra continentiam est.) *Dio Cassius libro* XLIV: *de populo Romano jam possidente*

orbem

orbem terrarum: ἀδυνάτον μὲν ἐν δημοκρατίᾳ σωφρονῆσαι, ἀδυνατώτερον δὲ, μὴ σωφρονοῦσαν ὁμονοῆσαι: in populari reipublicæ ſtatu impoſſibile erat cives animis ſuis moderari, atqui continentiâ ſublatâ ut concordes permanerent, id adhuc minus fieri poterat.

Conſilia magna vultus haud tegit rectè.) *Ceſtius Pius apud Senecam libro* II. *Controverſiâ quintâ*: Tyrannus ſuſpicatus eſt iſtum neſcio quid de tyrannicidio cogitare, ſive eſt aliquid excidit; ſive magna conſilia non bene vultus tegit. *quod ita extulit auctor Thyeſtis verſu* CCCXXIX: multa ſed trepidus ſolet Detegere vultus: magna nolentem quoque conſilia produnt.

Conſenſus omne matrimonium efficit.) *Ita loquitur Ioannes Sariſberienſis Epiſtolâ* LXXXIX.

Conſules fiunt quotannis, & novi Proconſules.) *Verſus eſt vetuſtiſſimus, neminiq; ignotus; quitamen potius collocandus fuerat inter Trochaicos.*

Conſtantia ulla haud eſt ubi perturbatio eſt.) *Sunt Ciceronis voces, reperiundæ libro* I. *de Officiis cap.* XXXVIII. *fi.*

Contactibus quoque polluimur nocentium.) *Divus Cyprianus libro* I. *Epiſtolâ* IV. *ſub finem*: Manifeſtat & comprobat morte dignus eſſe ad pœnam venire, non tantùm illos qui mala faciunt, ſed etiam eos, qui talia agentibus conſentiunt; qui dum malis & peccatoribus, & pœnitentiam non agentibus illicita communicatione nocentium contactibus polluuntur; & dum junguntur in culpa, ſic nec in pœnâ ſeparantur, &c.

Con-

Contenta plebs ſuis agreſtis fructibus.] *Voces ſunt Egeſippi lib.* IV: *Excidii Hieroſolymitani cap* IV. *p.*

Contra Manus valde anceps pugna Tergorum eſt.) *Imperator Manuel capite* LXXXVII: Ἐπὶ τῶν πολέμων οἱ φείδοντες τὸν θάνατον, οἵδε φεύγουσι. καὶ φεύγοντές γε πίπτουσιν, ἥπερ οἱ ἱσάμενοι, καταφρονοῦντες θανάτου. δεινὴ γὰρ μάχη νώτων πρὸς χεῖρας, καὶ ὀρρωδοῦντες τὸ ξίφος, ἔργον τούτου γίνονται, μὴ δὲ γοῦν ταφῆς ἀξιούμενοι. οἵ δ' ὡς τεθνηξόμενοι διαμάχονται, ζῶσι τε καὶ στεφανοῦνται, πολλάκις πρωτεύοντές τε καὶ ἀριστεύοντες μάλα γε εἰκότως ἀμφότερα, σὺν μὲν γὰρ τῷ μὴ φοβεῖσθαι, τὸ ἴσασθαι. μετὰ δὲ τῶν βεβηκότων, ἡ νίκη. τούτων δὲ οἱ στέφανοι γίγνονται. καὶ ἐπὶ τοῖς δὲ ψύχοις ταυτὶ, δῆλον ὅτι τἀναντία τοῖς δειλοῖς: Si qui mortem in bellis formidant, ii fugere ſolent; & qui fugient, magis cadunt, quàm qui mortem contemnentes, ſtare malunt. Eſt enim periculoſa tergorum adverſus manus pugna. Itidem qui gladium metuunt, ab eo conficiuntur, ne ſepulturæ quidem honorem impetrantes: at qui veluti mortem oppetituri pugnant, ii ſæpius victorias adipiſcentes, & rem gerentes optimè, non ſuperſtites modò ſunt, verùm etiã coronantur & æquiſſima quidẽ utrumq; ratione. Nam de non metuendo fit, ut ſtetur. à ſtantium verò partib. victoria. victores autẽ, coronis potiuntur atq; hæc ſi ſtrenuis & animoſis cõtingũt, timidis evenire cõtraria patet.

Contrariorum remedia etiam contraria.) *Verba ſunt D. Hieronymi ad Algaſiam.*

Cordis feneſtras non ſinit clauſas merum.) *Plutarchus libro* III. *Symposiacon quæſtione principe:*

θὴ γάρ ἐστι πεωγόντων σιωπὴ καὶ πινόντων γνῶσις ἀλλ' οὔτι τὸ πίνειν εἰς τὸ λαλεῖν πεθάγεται, τῷ δὲ λαλεῖν ἐμφαίνεται τὸ ἀποκυμνοῦσθαι πολλὰ τ' ἄλλως λανθανόντων, παρέχει τε καὶ τὸ συμπίνειν καὶ καταγνόησιν ἀλλήλων. ὥστε μὴ φαύλως ἂν δόκιμήσαι τῷ Αἰσώπῳ, τί τὰς θυείδας ὦ μαχαίρα ζητεῖς ἐκείνας, δι' ὧν ἄλλος ἄλλου κατόψεται τὴν διάνοιαν; ὁ γὰρ οἶνος ἡμᾶς ἀνοίγει καὶ δείκνυσιν, οὐκ ἐῶν ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλ' ἀφαιρῶν τὸ ἀλάσμα καὶ τὸν κημὸν, ἀπωτέτω δὲ νόμου, καθάπερ παιδαγωγὸς, γεγονότων: Non enim contrahitur notitia inter tacitè edentes ac bibentes: ſed ad loquendum provocat vinum: inter loquendum multa aperiuntur atque detegunțur aliàs occulta, invicemque innoteſcunt compotores, ut non ineptè Æſopum ille increpaverit: Quid quæris, ridiculum caput, illas feneſtras, per quas in alterius cogitationes alter poteſt inſpicere. vinum enim nos aperit ac oſtentat, non ſinēs latére: ſed ſpeciem atque larvam adimit, lege tanquam pædagogo quàm longiſſimè ſemoto.

Corrigere mavult abdicare quàm pater.) *Totidem ferè literis invenias apud Quintilianum libro* VII. *Oratoriarum Inſtitutionum cap.* 4.

Corroborantur & morâ calumniæ.) *L. Apuleius Apologia* II. Tuum hoc, maxime, tuæque providentiæ beneficium eſt, quod à principio intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore, præcipitaſti, & nullâ impertitâ morâ ſubnervaſti.

Credunt ferè libenter homines quod volunt.) *Iulius Cæſar libro* III. *Belli Gallici cap.* 18. *m.* Multæ res ad hoc conſilium Gallos hortabantur; ſuperiorum dierum Sabini cunctatio, perfugæ confirmatio, inopia cibariorum, ſpes Venetici belli, & quod

ferè libenter homines id quod volunt credunt.

Cubiculi haud convivii silentium est.) *M. Varro apud Gellium libro* XIII. *cap.* II. Silentium non in convivio, sed in cubiculo esse debet.

Cui paupera arca est, dives conscientia est.) *Simile quid memini legere in Homiliis D. Augustini.*

Cui non homini sua anima dilectissima est?) *Salvianus libro* III. *contra Avaritiam*: Dilectissimam esse animam suam homini etiam Diabolus non negavit.

Cui tempus adversum est, ei adversa omnia.) Ὡς τύχαι καὶ καιροὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἄγουσι πράγματα: Nempe fortuna & tempora res humanas moderantur, *inquit Aristides Oratione* II. *Platonicâ pro Quatuorviris. Terentius alibi in Heautont*: In tempore ad eam veni, quod rerum est omnium primum.

Cùm comparas tibi oleum, & compares salem.) *Proverbium esse, innuit Aristoteles libro* II. *Rhetoricorum cap.* 23. *m.* τοῦτο δ' ἐστὶ ταυτὸ τῷ λεγομένῳ, τὸ ἔλαιον πρίασθαι καὶ τοῦ ἅλας: Hoc autem est idem cum eo, quod dicitur, oleum emere & salem, *cuius interpretatio visatur apud Erasmum Chiliade* III. *centuriâ* VI. *Adagio* 25.

Cultus Dei, merces sui est opimior.) *D. Augustinus apud Prosperum*: Hoc adfectu & desiderio colendus est Deus, ut sui cultus ipse sit merces. Nam qui Deum ideo colit, ut aliud magis quàm ipsum promereatur, non Deum colit, sed id quod adsequi concupiscit.

Cultus Deo vel summus, misericordia est.) *Divus Gregorius Oratione* XVI. Οὐ μηδὲ οἰκειότερον ἄλλο τούτου θεῷ, ὃν ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύοντες, καὶ ᾧ προπο-

ωοιητέον τ ἔλεον ωρὸ τ κρίσεως. Οὐδὲ ἄλλω τινὶ μᾶλλον ἡ φιλανθρωπίᾳ τ φιλάνθρωπον ἀνταδίδοται ωρὸς ὃ δικαίως ἀνθυπεξουῶτος; ᾧ πρέπει ἐν ζυγῷ ἑ καθημῷ τ ἔλεον: Neque enim ullus omnino cultus Deo perinde gratus eſt, ut miſericordia (quandoquidem nec aliud quicquam eſt, quod Deo magis conveniat, utpote quem miſericordia & veritas præcedant, & cui miſericordia ante iudicium offerēda ſit:) nec ulli alii rei potius, quàm benignitati benignitas ab eo rependitur, qui iuſtè remetitur, atque in pondere & menſurâ miſericordiam ponit.

Cùm feceris benè, malè audire regium eſt.) *Vox Alexandri Magni, de quo ſic Plutarchus in vita eius cap. 73. f.* Αλεξανδρος μὲν οὖν ἑαυτὸν ἀσκῶν ἅμα ἑ τοὺς ἄλλους παροξυνῶν ωρὸς ἀρετὴν ἐκινδύνευεν· οἱ δ' φίλοι διὰ ωλοῦτον ἡ ὄγκον ἤδη τρυφᾶν βουλόμενοι ἡ σχολάζειν, ἐβαρυῶντο τὰς ωλανὰς ἡ τὰς στρατείας, καὶ ωρὸς μικρὸν οὐδὲν ωεθῆλθον εἰς τὸ βλασφημεῖν ἡ κακῶς λέγειν αὐτόν: Ita Alexander quidem dum ſemetipſum pariter exercet, & incendit alios ad virtutem, in præcipites caſus dabat ſe. Amici verò eius ob opes & faſtum voluptatibus indulgere & otio affectantes tædebat errorum & expeditionū. Vnde paulatim a obtrectandum ei & allatrandum ſunt pro Quod ille primùm tulit leniter, regium e quum benefeceris, malè audire.

Cùm rem animus occupavit, v unt.) *Verba ſunt Albutii, uſi controverſiarum præfatione* v i

Cuncta ad manum ſunt qu *Deſumptum è præfatione Vitru*

Cuncti à labris ſummis lo

Ergo non ex animo, neque mirum, potestatibus omnibus modis invisa est veritas, neque quidquam admittunt in delicatas aures, nisi quod assentationis melle probè subactum est: utique si fides adhibenda magistro Traiani, cuius istæc sunt capite XLII. *de Adulatoris & Amici discrimine:* Ὁ δὲ κόλαξ, κἂν ὑποδῷ τις αὐτῷ τὸ σωδοκιμάσαι καὶ συναποφήνασθαι περὶ ἑκάστου πράγματος, οὐ μόνον ἐπαινέσαι καὶ χαρίζεσθαι βουλόμενος, ἀλλὰ καὶ δεδιὼς ὑποψίαν ἀγνοίας· παρέχει δὲ φόβον τὸ ἔργον, ὑποδιδοῦσι καὶ συνεξορμᾷ τῇ ἐπιθυμίᾳ. ἀδεὲς γάρ ἐστι ῥᾳδίως πλοῦσιον οὐδὲ βασιλέα, οἷον εἰπεῖν;

Ἐμοὶ γὰρ εἴη πλοῦτος, εἰ δὲ βούλεται,
Πλοῦτος κακίων, ὅστις ὢν φίλος ἐμοί,
Φόβον παρελθὼν ταὐτὸ καρδίας ἐρεῖ.

Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τραγῳδοὶ χορὸν λέοντος Φίλων συναδόντων, ἢ θεάτρου συνεπικροτοῦντος. ὅθεν ἡ μὲν τραγικὴ Μερόπη φθέγγεται, Φίλους δὲ σοὶ μὲν μὴ κακῶντας ἐν λόγοις Κέκλησο, σοὶ δὲ θεὸς κακὸν σὺν ἡδονῇ τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἱργέτω στέγης. Οἱ δὲ τοιοῦτον δρῶσι σοὶ μὲν μὴ κακῶντας ἐν λόγοις, ἀλλ' ἀνιβαίνοντας ὑπὲρ σοῦ συμφέροντος, ἀφοσιοῦται· σοὶ δὲ θεὸς κακὸν πονηροὺς καὶ ἀνελεύθερους καὶ χόνδρους, οὐ μόνον κλεῖθρον καὶ στέγης ἐνδὸς, ἀλλὰ καὶ παθῶν καὶ πραγμάτων ἀπορρήτων ἐμβαίνουσιν: Adulator etiam si eum ad deliberandam

[illegible]erendamque sententiam adsciscas, non modò

[illegible]palmamque concedendi studio, sed &

[illegible]m veniat detrectantis officium, cu-

[illegible]dat, eamque incitatione suâ co-

[illegible]n temerè invenias divitem, aut

[illegible]bet:

[illegible] pauper, aut (si res ferat

[illegible]er, qui bene cupiens mihi,

Timore

Timore missō dicat id quod senserit.
nam hi quidem instar tragœdorum requirunt chorum accinentium amicorum, aut theatrum applaudens. Ac tragica quidem Merope sic præcipit:

Verbis amicos quære qui non mulceant
Blandis: & assentando gratiam tuam
Captantes foribus arce non probos tuis.

Vulgo autem contra agunt. Qui enim non assentantur verbis, sed repugãt utilitatis gratiâ, eos aversantur. blandientes autem, malos homines & illiberales atque impostores, non intra fores duntaxat & domum, sed & affectus resque arcanas admittũt.

Cunctis sua est rebus juventus florida.) *Dicit opinor, iuventutem semper in omnibus florere, non in hominibus tantum, sed & animalibus & plantis. adeò ut locum habere possit versus hic circa ea quæ placuerunt in flore suo posita, exinde verò displicuere.*

Cur ad bibendum, haud ad edendum cogimur?) *Spartanus apud Plutarchum in Apophthegm. Laconum:* Ἕτερον ἀκούσας διψηνήσαντάς τινας βιάζεσθαι πίνειν, μὴ καὶ ἐσθίειν, εἶπε, βιάζονται; Alius cùm audiret quosdam in cœnâ se ad bibendum invicem coegisse, dixit, An etiam ad edendum? *Et verò, si omnia perpendamus, æquè certamen instituì deberet edendi, quàm bibendi. Nunc in altero tantùm sudamus.*

Cur circumagatur vulgi Dux rumoribus?) *Nulla sanè ratione. Nihil enim verius oraculo Æmilii Pauli:* Militem hæc tria curare debere; corpus ut quàm validissimum & pernicissimum habeat; arma apta; animum paratum ad subita imperia: cætera scire de se Diis immortalibus & Imperatori suo curæ esse. In quo exercitu milites, Consul, & Im-

perator, rumoribus vulgi circumagitur, ibi nihil salutare esse. *Livii libro* XLIV. *cap.* 34. *m.*

Cur somno inerti deseras patriæ decus?) *Versus Phædri ex præfatione Fabularum libri tertii.*

Curæ aptior cuivis rogatus quàm rogans.) *Voces Vitruvii ex Architecturæ suæ libri* VI. *proœmio.*

Curanda vel quamvis invita insania est.) *Iulianus Apostata, Epistola ad Iamblichum*: Καί τι δίκαιον ἦν ὥσπερ τοὺς φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἀκόντας ἰᾶσθαι. πλὴν ἀλλὰ συγγνώμην ἁπάρχειν ἅπασι τοιαύτης νόσου. καὶ γάρ, οἶμαι, διδάσκειν, ἀλλ' οὐχὶ καλάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους: Quanquam autem verum erat istos tanquam impotentes & insanos etiam invitos ac repugnantes curare: attamen liceat omnibus per nos isto morbo detineri. Docere enim amentes, nō punire opus est.

Curantibus res arduas nil arduum est.) *Ennodius lib.* I. *Epistolâ* VI. Deus bone, quàm nihil est arduum magna curantibus, & quâ quietæ divinæ mentes visa describunt!

Curiositatis filia maledicentia est.) *Plutarchus libro de curiositate cap.* 13. *pr.* Τῇ δ' ἀργίᾳ τὴν κακολογίαν ἀνάγκη συνακολουθεῖν. αἃ γὰρ ἡδέως ἀκούουσιν, ἡδέως λαλοῦσι, καὶ ἃ παρ' ἄλλων σπουδῇ συλλέγουσι, σπεύδουσι μετὰ χαρᾶς ἐκφέρειν: Curiositatem autem non potest non subsequi maledicentia. quæ enim libenter audiunt, libenter etiam loquuntur: & quæ ab aliis studiosè colligunt, apud alios cum gaudio efferunt.

Currum gubernat non Robur, sed Fors hera.) *Pindari est; apud quem legitur*: ἐν ἅρμαπι δ' νικᾷ τύχα νιν θέων.

Cygnis

Cygnis canendum est cùm tacebunt gracculi.) *Nazianzenus Epistolæ primæ fine:* Σιώπες ὅ, π λέγω, φησὶν ὁ Πίνδαρος, κἂν ἄρης τὴν ἐμὴν ἀφωνίαν, ἀμείνω τ σῆς ἀγλωττίας, παῦσαι καὶ φλυαρῶν ἐμοῦ τ σιωπῆς. ἧσοι παροιμίαν ἐρῶ μάλιστα μὲν ἀληθῆ, μάλιστα δὲ σεαυτ οὐ, ὅπ τότε ἄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν: Intellige quid loquar, ait Pindarus, ac si taciturnitatem meam tuâ loquitandi facilitate præstantius esse inveneris, silentium nostrum ineptè carpere atque insectari desine. Alioqui proverbium dicam, ut verissimum ita etiam brevissimum, Tum cantabunt cygni, cùm graculi tacuerint.

Damnat prius reũ tyrannus quàm audiit.) *Idẽ est cum mox sequente:* Damnatus à tyranno es ante quàm reus. *Tacitus libro* XV. *Annal. cap. 71. f.* At Cadicia uxor Scevini & Cesennius Maximus Italiâ prohibentur, reos fuisse se tantùm pœnâ experti. *Idem libro* XVI. *cap.* 14. Ac vulgato eius iudicio, inter damnatos magis quàm inter reos Anteius Ostoriusque habebantur. *Prudenter admodum Plutarchus libello ad Principem indoctum, cap.* 8. Ἡ δὲ ἐξουσία φθονεῖται τὴν κακίαν, ἀνίαν τοῖς πάθεσι φοβεῖται· καὶ τὸ τ Διονυσίου ἀληθές ἐστιν· ἔφη γὰρ ἀπολαύειν μάλιστα τ ἀρχῆς ὅταν ταχέως ἃ βούλεται ποιῇ. μέγας οὖν ὁ κίνδυνος βέλεσθαι ἃ μὴ δεῖ, τ ἃ βούλεται ποιεῖν ἀμαχίμων, Αὐτίκ' ἔπραττε μῦθος ἦν, τετέλεστο ἦ ἔργον. ὀξὺ ἡ κακία ἀφ' τ ἐξουσίας δρόμον ἔχουσα, πᾶν πάθος ἐξωθεῖ, ποιοῦσα τὴν ὀργὴν, φόνον· τ ἔρωτα, μοιχείαν· τὴν πλεονεξίαν, ἁρπάσιν. Αὐτίκ' ἔπραττ' ἅμα μῦθος ἦν καὶ ἀπόλωλεν ὁ προκηρύσας· ὑπόνοια, καὶ τέθνηκεν ὁ βληθείς. ἀλλ' ὥσπερ οἱ φυσικοὶ λέγουσι τὴν ἀσφαλτον τ βρουτῆς ὑστέραν μὲν ἐν πίπτειν, ὡς ἅμα τεχνι-

ματος, σεβέραν ἢ φαίνεσθαι, τὸ μὲν ψόφον ἐκδεχομένης τὸ αἰσθῆς, τῷ ἢ φωτὶ τὸ ὄψεως ἀπαντώσης· οὕτως ἐν ταῖς ἀρχαῖς φθαίνουσιν αἱ ἡδοναὶ τὰς κατηγορίας, ἢ σεβεκπίπτουσιν αἱ καταδίκαι τὰς ἀποδείξεων. Ἐκεῖ γὰρ ἤδη ὑμὲς οὐκ ἔτ' ἀντέχει, Οἰνῶδες ὡς ἄγκιστρον ἀγκύρας σκάλον, αὖ μὴ βάρος ἔχων λογισμὸς ἐμπιθλίβῃ ἢ πέζῃ τὴν ἐξουσίαν, μιμουμένου τὸ ἥλιον ἐξ ἀρχονίος, ὃς ὅταν ὕψωμα λάβῃ μέγιστον, ἐξαρθεὶς ἐν τοῖς βορείοις, ἐλαχίστα κινεῖται, τῷ χολαιοτέρῳ τὸ δρόμον εἰς ἀσφαλὲς καθιστάμενος: At potentiæ ubi pravitas accessit, dementia motibus animi additur, & verum est illud Dionysii, qui tum maximè se frui imperio ajebat, cùm celeriter faceret quæ vellet. Valdè autem magnum periculum est, ne cui licet facere quod vult, is velit quod non debet.

Nam simulaç dictum verbum est, factum ilicet exstat.

Pravitas à potentiâ celerem nacta cursum, omnes animi motus in facta expellit. de ira cædem, de amore adulterium, de avaritiâ publicationem alienorum bonorum facit.

Nam simul ac dictum est. ——

periit qui offenderat: simul ac suspicio incidit, interficitur qui delatus fuit. Ac sicut Physici dicunt fulgur tonitru posterius erumpere, ut sanguis vulnus sequitur, prius tamen videri, auditu sonum exspectante, visu lumini occurrente: sic in imperiis supplicia accusationibus antevertunt, & damnatio criminis demonstrationem.

Impellit: ira namque statim, resistere

Vt curvus fluctibus uncus, anchoræ haud valet: nisi gravitate præpedita ratio compescat reprimatq; poten-

potentiam. ut scilicet Solem imitetur princeps, qui ad summam evectus altitudinem in partib. septentrionalibus, lentissimè movetur, tarditate cursum tutum reddens.

Damnosa res homini, si nimius est, pudor.) *pluribus id probat Chæronensis ille Philosophus, libello* περὶ ἀυσωπίας, *nulli sine fructibus legendo.*

Damnosa sunt in bello ingenia fervida.) *Intelligi possunt tam de militibus, quàm de Præfectis eorum sed magis de præfectis. illi enim coerceri possunt freno rectorum suorum de quo elegantia multa videre est apud Dionem Chrysostomum Oratione* LIX, *ubi Chiron invehitur in Achillem: at hi quomodo alios regent, si ipsos se non possunt? Sanè parum prodesse bello Duces ingenii minus sedati omnis testatur antiquitas; rationesq; quare, prodidit Xenophon libro* V. *Historiæ Græcæ ubi exagitat Teleutiæ iracundiam. Sed & Alexandrum sic examinat Livius libro* IX. *cap.* 18. Quid si vini amor indies fieret acrior, quid si trux ac præfervida ira? nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus? *Unde idem satis verbosè libro* XXVII. *cap.* 35. Cæterùm cùm duo consulares exercitus tam propè hostem sine ducibus essent, omnibus aliis omissis, una præcipua cura patres populumque incessit, Consules primo quoque tempore creandi: & ut eos potissimum crearent, quorũ virtus satis tuta à fraude Punicâ esset. Cùm toto eobello damnosa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuisse: tum eo ipso anno Consules nimiâ cupiditate conserendi cum hoste manum in nec opinatam fraudem lapsos esse. Ceterùm Deos immortales miserios nominis Romani, peperciisse innoxiis

exercitibus: temeritatem Cõsulum ipsorum capitibus damnasse. Cùm circumspicerent Patres, quosnam Consules facerent, longè ante alios eminebat C. Claudius Nero. ei collega quærebatur, & virum quidem eum egregium ducebant: sed promptioré acrioremque, quàm tempora belli postularent, aut hostis Annibal. temperandum acre eius ingenium moderato & prudenti viro adjuncto collega censebant. *Et verò Imperator Ioannes filium suum natu minorem Manuelem commendavit Patribus, quei potius à morte suâ ad imperium admitteretur quàm Isacius senior, quod is multâ bile turgidus facilè efferveseeret: uti multis profert Nicetas in vita ipsius; qui consulatur; quemadmodum & Seneca libro 1. de Ira cap. 11. nec non Silius Italicus libro* VII. *Punicorum versu* 219. *Planè, ubique bene audit moderatio*, quæ mentes nostras impotenti temeritatis incursu trãsverſas ferri non patitur: quo evenit, ut reprehensionis morsu sit vacua, & laudis, quæstu opulentissima, *ut loquitur Valerius Maximus libro* IV. *capite* I. *p.*

Damnosus & sibi est damnosus alteri.) *Quare, invenire est apud Plutarchum libro de His qui serò à Numine puniuntur, cap. 17. & sequentibus.*

Dare Principi consilium facțu est arduum.) *Quippe cùm &* illis consultorum copiæ adsint; neque de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit; *sicut inquit Sallustius Epistola altera ad Iulium Cæsarem de Rep. ordinanda.*

De mystagogo mysta quicinam iudicet?) *Utique si recentior sit mysta & mystagogus multos annos sacris inservieret; uti ferè fit, ubi dignitates obveniunt*

non

non generi, sed virtutib. Videtur versus è Graco translatus.

De scelere etiam minore haud uni creditur.) *Varius Geminus apud Senecam libro* VII. *Controversia* I. Quis testis? imò qui testes? uni enim etiam de minore scelere non creditur.

De Trinitate credas, non & differas.) *Sententia est Divi Nazianzeni, quam sæpius inculcavit, sed sine profectu, atq; utinam vel nunc saltem omnes animis pedibusq; ei adsentiremur!*

Debet vereri quisque seipsum maximè.) *Voces sunt Divi Ambrosii lib.* III. *Epist.* 19.

Decimationi & subjacet fortissimus.) *Ideoque qui non fugit, sed ablatus fuit fugientium impetu. de ratione hujus moris pulchrè disputat Tacitus libro* XIV. *Annalium cap. 44. f. ut & Plutarchus libro De sera Numinis vindicta cap. 33.*

Decus alterius sibi clam adscribit improbus.) *Unde laudatur Moses apud Iosephum lib. III. Antiq. Iudaicarum cap. 3.* Ταῦτα Ραγουήλου παραινέσαντος, Μωυσῆς ἀσμένως προσήκατο τὴν συμβουλίαν. καὶ ποιεῖ πᾶν τὴν ὑποθήκην τὴν ἐκείνου, καὶ τόπου τὴν ἀπόνοιαν οὐκ ἀποκρυπτόμενος, οὐ δὲ σφετερισάμενος αὐτὴν, ἀλλὰ ποιήσας φανερὸν τὸ ἐξηρημένον τῷ πλήθει. καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις ὃ Ραγουῆλον ἔγραψεν, ὡς ἀρκοῦντα τὴν διάταξιν τὴν προφερομένην, καλῶς ἔχειν ἡγούμενος τἀληθῆ μαρτυρεῖν τοῖς ἀξίοις, εἰ καὶ δόξαν ἔμελλε φέρειν ὑπογραφομένῳ τὰ ὑπ' ἄλλων ἀρεσθέντα, ὥστε τὴν Μωυσέως ἀρετὴν καὶ τοῦτο καθαμαρτεῖν: Hoc Raguelis consilium Moyses libenter admisit, fecitque quicquid ille monuerat, non sibi hoc commentum usurpans, neque autorem eius celans, sed pro concion-

cione populo indicans cuius hoc inventum fuerit. Quin & in libris suis Ragueli adscribit invẽtionem ordinum militarium ac iudiciorum; malens dignos sua laude non fraudare, quàm sibi alienum decus usurpare, ut hinc quoque virtutem ipsius conijcere liceat.

Defendit omne quod cogit necessitas.) *Votienus Montanus apud Senecam libro* IX. *Controv.* 4. Necessitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium est. Hæc excusat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres sed occiderint: hæc excusat Romanos, quos ad servilem dilectum Cannensis ruina compulit; quæ quidquid coegit, defendit.

Deformis uxor nulla conjugi est suo.) *Leguntur apud Tertullianum capite* IV. *de cultu feminarum.*

Deliberatio nulla rerum turpium est.) *Ioannis Sarisberiensis Epistola* LVI. Nos super re non ambigua consuluistis, & quam præsertim à sapientibus expediri potius oportuerat quàm differri. siquidem rerum turpium nulla deliberatio est; turpitudinis dilata repulsa quandam consensus inhonesti prætendit imaginem. *De hac sententia plura Cicero libro* I. *de Officiis cap.* 9 *f. libro* III. *cap.* 8. *f.*

Demens dolorem ridet infelicium.) *Citat tanquam Pittaci Mitylenæi dictum Ausonius, quemadmodum etiam sequens;* Demens superbis invidet felicibus.

Desidia quasvis artes nostra perdidit.) *Plinius libro* XXXV. *Historiæ Natural. cap.* 2. Ita est profectò, artes desidia perdidit: & quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur & corporum.

aliter

aliter apud majores, &c.

Deum diligere, prorsus est donum Dei.) *Sunt verba Divi Augustini ex Tractatu* CII. *in Ioannem.*

Deo propinqua est anima morbis obsita.) *Quia dolor videlicet nos abstrahit à terrenis istis ad cœlestia; tanquam ibidem inventuros medicum omni exceptione maiorem. hocque est quod vulgo dicitur*; Vbi desinit spes humana, ibi divina incipit.

Diis carus est aurum quicunque possidet.) *Opinione quidem eorum quibus, ut supra habuimus*, Ditescere, hominum virtus una, imò unica est; *quòd ipsum etiam queritur, detestaturque Theognis versu 699. Videatur Plutarchi Gryllus cap.* XII.

Dextras duas, nullam sinistram Rex habet.) *Elegantissimum carmen; & cui allusum à Policratici auctore lib.* IV. *Nugarum Curialium cap. 8.* Medicorum utique consuetudo est, ut morbos, quos fomentis & levioribus medicinis curare nequeunt, gravioribus adhibitis, igne puta vel ferro, curent. Nec unquam utuntur gravibus, nisi cùm levium beneficio desiderata sanitas desperatur: sic & potestas cùm inferiorum vitia mansueta manu curare non sufficit, pœnarum acrimoniam dolens rectè vulneribus infundit, & pia crudelitate sævit in malos, dum bonorum incolumitas procuratur. Sed quis sine dolore proprii corporis membra valuit amputare? Dolet ergo cùm exigentib. culpis, vindicta exposcitur, ea tamen peragit invitâ dextrâ. Sinistram namque non habet Princeps, & in cruciatu membrorum corporis, cuius ipse caput est, legi tristis & gemens famulatur.

Dictum

Dictum bonum aut malum fit tempore & loco.) *Quomodo, disserit Tullius lib. 1. de officiis capite* XL. *m. ut etiam libro* III. *cap. 4.*

Dies sequentes, testes sapientissimi.) *Tale quid etiam memoratum fuit à Pindaro.*

Difficile nimium effugere naturam suam est.] *Dictum Senecæ patris libro* IX. *Controversia 4. sub finem.*

Digna eligenda saltem arbor suspendio.] *Proverbium vulgatissimum Græcis, sed & usurpatum Plinio præfatione Historiæ Naturalis.*

Dignum Duce abstinentem habere dexteram.) *Adeò quidem ut inter summa Imperatoris vitia Avaritiam collocet Onosander in Strategico suo, ubi est cap. 1.* Ἡ δ' Αφιλαργυρία δοκιμασθήσεται, καὶ πρώτη. ἔχει γὰρ ἀδωροδοκήτως καὶ μεγαλοφρόνως προΐστασθαι τῶν πραγμάτων αὐτὴ ἀνδρεία. Πολλοὶ γὰρ καὶν ἀλκῇ τῷ ἀνδρίαν ἄσπιδι πολλαῖς καὶ δόρασιν ἀντιβλέψωσιν, ὡς ἂν χρυσὸν ἀμαυρωθῶσιν. Δεινὸν γὰρ πολεμίοις ὅπλον ἔστο. καὶ δραστήριον εἰς τὸ νικᾶν: In primis verò probabitur minimè Avarus. Incorruptè enim & magnificè præesse, ea demum vera audacia, & summa authoritas est. Et plerique viri fortes, umbonum hastarumque micantium structuras oculis contrà spectant irretortis, attamen auri nummorumque fulgorem nō sustinent, mentisque aciem hebescere patiuntur. Terribilia hostibus illa arma, nec parum ad victoriam efficacia. *quibus similia meminit Leo Imp. in Tacticis suis cap.* II. §. 8.

Dilata pœna, bis nocet innocentiæ.) *Quia si primo nocens punitus fuisset, iteratò non nocuisset. Præclarè Traiani præceptor libro de sera Numinis vindicta*

Ela, cap. 11. Καὶ μὴν τὸ ἀμυνάσθαι τῷ παθεῖν (ὡς Θεκυδίδης φησὶν) ὅπι ἐγγυτάτω κείμενον, λῦσαι τὴν ὁδὸν τοῖς ὅπι πλεῖστον λυμαινομένοις κακίᾳ χρωμένοις. οὐδὲν γὰρ ἔτω χρὴ ὡς τὸ τὴν δίκης ὑστερήμερον γινόμενον, ἀσθενῆ μὲν πῶς ἐλπίσι ποιεῖ καὶ παυσνὸν τὸ ἀδικούμενον, αὔξει δὲ θρασύτητι καὶ τόλμῃ τὸ μοχθηρόν. αἱ δ' ὑπὸ χεῖρα τοῖς πολλαπλασίοις ἅπαντωσαι τιμωρίαι, καὶ τὴν μελλόντων εἰσὶν ὑπαγορεύσεις ἀδικημάτων, καὶ μάλιστα τὸ παρηγορεῖν τοὺς πεπονθότας ἔνεστιν αὐτῆς: Thucydidis est sententia, ultionem maleficio quàm proximè adjunctam statim viam intercludere iis qui quamplurimùm malitia bonos habente successus utuntur. Nullum enim aliud debitum perinde, atq; dilatio justæ vindictæ, injuria affectorum spes enervat animosque eorum dejcit, contrà improbos ferociâ & audacia augens. Sed supplicia statim facinoribus imposita, etiam futurorum sunt inhibitiones maleficiorum, illisq; maxima inest consolatio, quæ passos injuriam reficiat.

Disparia studia sequuntur mores dispares.) *Desumptum ex libro Ciceronis de Amicitia cap.* xx.

Dispendium vitæ est famelico pudor.) *Egesippus lib. v. cap. 17.* Omnem affectum excludit fames, & maximè verecundiam. Esurientibus enim pudor dispendium vitæ, & detrimentum salutis est.

Distringit haud dissolvit fraus perjurium.) *Est à Cicerone, inveniundum libro* III. *de officiis capite* 31. *m.*

Dives potestas publicam rem pauperat.) *De veteribus Romanis Salvianus libro 1. De Providentia Dei*: Itaque tunc illi pauperes magistratus opulentam Rempublicam habebant: nunc autem dives

potestas

potestas pauperem facit esse Rempublicam.

Diuturna sunt quæ fiunt à volentibus.) *Divus Gregorius Oratione* XXXVII. Τὸ μὲν γὰρ ἀηδύσιον, οὐδὲ μόνιμον. ὥσπερ αἱ βίᾳ κατέχεται τ' ῥεμμάτων, ἢ τ' φυτ'. Τὸ δ' ἑηδύσιον, μονιμώτερόν τε καὶ ἀσφαλέστερον; Quod enim voluntarium non est, ne diuturnum quidem est, quemadmodum nec fluenta, aut stirpes, quæ per vim retinentur. Quod autem voluntarium est, tum diuturnius est, tum certius. *Huc facit & illud quod supra habuimus*, custos malus diuturnitatis est metus; *quæ verba reperiamus apud M. Tullium lib.* II. *de officiis cap.* 7.

Diurna pulcræ vix rei oblectatio est.) *Non possum quin istud illustrem sententia D. Chrysostomi, quæ extat Homilia* X. *in Epistolam ad Philippenses*: Τί βέλεται καὶ ὁ χρυσοῦς ὄροφος; οὐχὶ τὴν αὐτὴν τῷ μετὰ συμμετρίας οἰκίαν ἔχοντι παρέχεται τὴν χρῆσιν; ἀλλ' ἐχὶ τέρψιν πολλὴν, ἀλλὰ μέχρις ἡμέρας μιᾶς, καὶ δευτέρας. λοιπὸν ἢ ἀκέπι. εἰ γὰρ ὁ ἥλιος ἡμᾶς οὐκ ἐκπλήττει, διὰ τὸ ἐν συνηθείᾳ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἔργα τῆς τέχνης, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς πηλίνοις αὐτοῖς προσέχομεν; Quid sibi vult & tectum aureum? nonne eundem usum sua illi domus præbet, qui sibi aptam ac modicam habet? at habet, inquit, magnam delectationem, sanè unũ, aut alterum diem; exinde verò minimè. Nam si Solem ipsum non valdè admiramur, quòd ei videndo assuevimus certe multò minus opera artis, sed nihilo magis, quàm si lutea essent, attendimus.

Docere gestit id quod nescit vanitas.) *D. Prosper lib.* III. *de Vita contemplativa cap.* 10. *ubi loquitur de vanis.* Occurrendum salutationibus gaudent, suis adulato-

adulatoribus favent: voluptatibus parent; omnibus turpibus placent: gestiunt docere quod nesciunt; credi de se sublimia volunt.

Docet ruina præcedentum posteros.) *Ennodius in vita B. Epiphanii:* Illud certè perpende, qualibus in regno succesferis: quos si, ut liquet, malitia expulit, casus illorum necesse est, ut sequentes informet. Ruina præcedentum posteros docet. cautio est semper in reliquum lapsus anterior. non sine exemplo militat, qui respicit quâ causâ decessor dejectus est.

Docto labori dulce præfertur lucrum.) *Petitum ex præfatione libri III. Phædri.*

Doctrina bello, pace doctrina utilis.) *Libanius de viris eruditis, Chria illa qua disciplinarum radicem amaram ostendit, fructum suavem:* Εἰρλώη ὴ ἡ πόλεμος δ' ἐκείνων πευλανδέτερ.

Doctrinâ egere non putant se divites.) *Idẽ Rhetor in vituperio Opum sub finem:* ὁ πλυτῶν ἀμελεῖ παιδείας, ὡς ἀρκέντων αὐτῷ τ̃ χρημάτων: Dives eruditionem negligit, quasi sufficerent ipsi pecuniæ.

Dolus malus, simulatio ac dissimulatio est.) *Sunt Ciceronis videnda libro III. De officiis capite 15. m.*

Dolor ferè omnis effluit per lacrymas.) *Porcius latro apud Senecam libro* X. *Controversia* 1. Nescio quomodo miserum esse interdum in miseria juvat, & plerunque omnis dolor per lacrymas effluit.

Domino domus est ornanda, non dominus domo.) *Formatum è Tulliani verbis libro 1. de officiis cap. 35.*

Domino nihil non in ſervum licet ſuum.) *Hiſpo Romanus lib.* x. *Controv.* 5. Pictor intra officinam ſuam clauſus, qui hæc tantum vulgaria iura noverit, in ſervum nihil non Domino licere, pictori nihil non pingere; mancipium ſuum operi impendit.

Ducem bonum nullum efferat victoria.) *Certè non deberet. videatur Onoſander cap. ultimo Strategici. & Leo Imp. Tacticorum cap.* xx.

Duces ſuos reverentur Spartani, haud timent.) *De Polydoro Alcamenis filio, inquit Plutarchus in Apophthegm. Laconicis,* Ερωτηθεὶς ὑπὸ τίνος Σπαρτιάτης μὲν πόλεμον κινδυνεύουσιν ἀνδρείως, ὅτι (ἔφη) αἰδεῖσθαι σοὺς ἡγεμόνας ἔμαθον, οὐ φοβεῖσθαι. Quærenti cur in bellis Spartani pericula fortiter adirent, reſpondit: Quia revereri duces didicerunt ſuos, non metuere.

Dum ſanus es morborum ne obliviſcere.) *D. Nazianzenus oratione* IV. Μὴ ἐπιλαθώμεθα τῆς ζάλης ἐν τῇ γαλήνῃ, μηδὲ τῆς ἀῤῥωστίας ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὑγιείας: Ne tempeſtatis in tranquillitate obliviſcamur, nec morborum in ſanitate.

Duos Lyſandros una Græcia haud ferat.) *De huius moribus videatur in vita ipſius Plutarchus; præcipueq; ſuper iſto dicterio cap.* XXXVII.

Durabile haud eſt requie alterna quod caret.) *Transformatum ex illo Heroico:* Quod caret alternâ requie durabile non eſt.

Durant diu mores, exempla diutius.] *Curtius Montanus apud Tacitum lib.* IV. *Hiſtor. cap. 42. f.* Non timemus Veſpaſianum; ea Principis ætas, ea moderatio: ſed diutius durant exempla quàm mores. *Ammianus libro* XXVIII. *cap.* 1. Anno ſexto-

decimo

decimo & eo diutius post Nepotiani exitium sæviēs per urbem æternam urebat cuncta Bellona ex primordiis minimis ad clades excita luctuosas: quas obliterasset utinam juge silentium; ne forte paria quandoque tententur, plus exemplis generalibus nocitura quàm delictis.

Dux provocatus non pugnat, nisi utile est.) *Idipsum infinitis exemplis confirmari posset, nisi alterius esset loci. interim adeatur Plutarchi Pyrrhus cap. 67. m. Marius cap. 40. m. & cap. 54. m. Sertorius cap. 20. m. Antonius cap. 80. f.*

Dux unus esto exercitus; plures nocent.) *Ea lex, quasi generis est humani: adeo omnis populus, omne sæculum, consensit in Ducem singularem; quorum suffragia protuli ad Livii librum* IV. *cap. 31. ubi est.* Tres delectu habito profecti sunt Veios, documentoque fuere, quàm plurium imperium bello inutile esset. tendendo ad sua quisque consilia, cùm aliud alii videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti.

E vultu heri sibi servus vultum comparet.) *Versus ferè Plautinus ex Amphitruonis Actu* III. *sc.* 3.

Echidna quædam fœnebris pecunia est.) *Est Divi Ambrosii cap.* XII. *in Tobiam.*

Ecquid dignum laude magnâ absque usu fas est consequi?) *Versus ablegandus ad Trochaicos. interim factus est ex vocibus Ciceronis lib. 1. de offic. capite 18. m.*

Equis tenellos vetulis anteponimus.) *Et istud est originis Tulliana. tale namq; quid extulit libro de amicitia cap.* XIX. *p.*

Edgna nummis civitas, vilissima est.) *Quemadmodum & femina omnis sine dote. Ornatè admodum Libanius Vituperio egestatis:* Θουκυδίδα ἤ ἀκούεις λέγοντος· ταπεινῶς διακεῖσθαι τὴν Ἑλλάδα τοτὲ ὢν τὸν χρόνον, ἕως μὴ χρήματα ἐνῆν. ἔνθεν ἴδοι τις ἂν τὰς πόλεων τὰς χρημάτων ἀπορούσας, ταπεινάς τε οὔσας καὶ φαύλους καὶ ἀμόρφους· οὔτε γὰρ ἂν τεῖχος ἰσχυρὸν περιβάλοιτο πόλις, ἢ τὰ μέτρον ἑαυτῆς ὑπὲρ πλεῖον τῆς γῆς ἐκτείνειεν, ἢ ἂν νεὼς καταστήσαιτο περιφανεῖς, ἢ ἂν οἰκίας λαμπρὰς, εἰ μὴ τὴν ἀπὸ τοῦ πλούτου χορηγίαν ὑπὲρ τούτοις ἔσχοι. πολέμου γὰρ καταλαβόντος ἐν ᾗ πενίᾳ πόθεν ἂν τῇ τοιαύτῃ σωτηρίᾳ, μηδ' ὅπλων ὑπαρχόντων, μήτε νηῶν, μήτε πεζικοῦ ἀγῶνος, μήτε ξενικῆς συμμαχίας· μήτε προσφῆς τοῖς στρατευομένοις ἔσοιτο· ἀλλ' οὐδὲ τὴν εἰρήνην φανερὰν εἶναι τοῖς τοιούτοις οἷόν τε, ἢ τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀσφαλείας πέρι ἀφανίζουσης: Porrò Thucydidem audis dicentem; abjectum primò Græciæ statum fuisse donec pecuniis destituta fuit. Proinde cernere licet urbes opibus carentes abjectas viles, inamœnas incultasque esse. Neque enim urbs valido muro circumdaretur, ne spatium eius plurimum terræ occuparet, neque templa construeret magnifica, nec ædes splendidas, nisi ad hæc magnæ opes suppeterēt. Quòd si bello prematur oppidum inopiâ vexatum, unde salutem huic sperare licet? cùm neque armorum copia sit, neque navium: nec triremium; neque classis ductorum: neque auxilium externum accedat, neque commeatus adsit militantibus. Sed ne pax quidem lætâ potest egenis esse, egestate oblectationem quam securitas habet, opprimente.

Epistolaris lex est, negligentia.) *Petitum ex Ennodii libro altero Epistol. 13. pr.*

Errata

Errata aliorum sapiens ducit pro suis.) *Hactenus quidem, ut eorum causas æquè vitet. ac si ipsi contigisset deliquisse.*

Erroris ecqua mater est? insciția.) *Tale quid legitur quoque in Ennodii Panegyrico ad Theodericum Regem.*

Est casta de qua fama mentiri timet.) *Factum ex illo Ausonii*: Quæ casta est? de qua mentiri fama veretur.

Esse incipit crimen licitum, quod publicum est.) *Divus Cyprianus libro 11. Epistola 2.* Nullus de legib. metus est; de quæsitore, de iudice timor nullus. Qp potest redimi non timetur esse iam inter nocentes innoxium, crimen est. Malos quisquis non imitatur offendit. Consensere iura peccatis, & cœpit esse licitum quod publicum est.

Est castitatis maximus rector pudor.) *Factum ex Ambrosii verbis lib. 1. de officiis, cap. 18.*

Est ditior quodammodo à quo poscitur.) *Ennodius Dictione* xx1. Nesciunt intrare de altero gaudia hominem pro se timentem. Illud enim improbati more clamat examinis, ditiorem esse quodammodo à quo aliquid poscitur.

Est feminarum, haurire vinum amystide.) *Plutarchus lib. 111. Symposiacon quæstione 3.* Τὰς γὰρ ἄθροως καὶ ἀμπνοὰς πίνοντας (ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ) φησὶν ἥκιστα πλεμπίπλειν μέθαις. ὃ γὰρ ἐν διαστέλλειν τὸ ἄπνευστον αὐτὸν, ἀλλ' ἐξωθούμενον ῥύμῃ διαπρέπειν διὰ τοῦ σώματος. Ὅμοιον οὖν τὰς γυναῖκας ὁρῶμεν οὕτω πινούσας: Nam eos, qui uno haustu & citra respirationem magna siccant pocula, quod amystizare dictum fuit, à veteribus ait perhibitum non

facilè inebriari: nimirum quod merum in his non diu moretur, ſed impetu impulſum per corpus trã ſeat. Plerunque autem ſic bibere mulieres videmus.

Eſt forma, morbi ac temporis ludibrium.) *Divus Nazianzenus oratione* XXXI. Καὶ οὐ μὴ πί σοι φανῇ τ ἄλλων καλὸν, ὅσα τοῖς πολλοῖς. Οὐ γένος, οὐ πλοῦτος, οὐ θρόνος, οὐ λιματτία, οὐ τὸ ἐν ἀχροίᾳ καὶ σχήματι μελῶν φαντάζόμενον κάλλος, χρόνου καὶ νόσου παίγνιον. Nec quicquam tibi ex omnibus aliis reb. pulchrum videatur, quæ vulgo videri ſolent, non generis ſplendor, non opes, non alta ſubſellia, non principatus & potentia, non pulchritudo ea, quæ in coloris elegantiâ & aptâ membrorum compoſitione animo fungitur, temporis utique & morbi ludibrium.

Eſt fortitudo aliud, aliud ferocia eſt.) *Plato in Lachete*: Οὐ γάρ τι, ὦ Λάχης, ἔγωγε ἀνδρεία καλῶ, οὔτε θηρία, κἂν ἄλλο ὁτιοῦν τὸ τοιοῦτον ἀπὸ ἀνοίας μὴ φοβούμενον, ἀλλ' ἄφοβον καὶ μωρόν. ἢ καὶ τὰ παιδία πάντα οἴει με ἀνδρεία καλεῖν, ἃ δι' ἀνοιαν οὐδὲν δέδοικεν; ἀλλ' οἶμαι, τὸ ἄφοβον καὶ τὸ ἀνδρεῖον οὐ ταυτόν ἐστιν. ἐγὼ δὲ ἀνδρίας μὲν καὶ σωφροσύνης πάνυ ποιν ὀλίγοις οἶμαι μετεῖναι· θρασύτητι δὲ καὶ τόλμης καὶ ἀφοβίᾳ μετὰ ἀσωφροσύνης, πάνυ πολλοῖς καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ θηρίων. ταῦτα οὖν ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα καὶ οἱ πολλοὶ, ἐγὼ θρασέα καλῶ. ἀνδρεῖα δὲ, τὰ φρόνιμα, ἐπὶ τῶν λέγω. Equidem Laches, neq; bruta fortia voco, neque aliud quicquam ob inſcitiam terribilium nihil formidans, intrepidumque & fatuum. An pueros omnes fortes vocare me putas, qui ob inſcitiam nihil metuunt? Arbitror equi-

dem

dem intrepidum non idem esse ac forte. Nam fortitudinem & providentiam in paucis admodum reperiri existimo: ferocitatem verò & audaciam metu carentem, omni absque providentiâ, in multis & viris, & mulieribus, puerisque, & feris. Quæ igitur, & tu, & alii multi fortia nominatis, ego ferocia nũcupo: fortia verò, quæ prudenter discernunt, quæ, audacia & quæ metu sint digna.

Est gratia omnis expers pœnitentiæ.) *Fortè voluit expressum illud Græcanicum,* Χάρις ἀμεταμέλητος: Gratia non ducitur pœnitentia.

Est ira sola iusta, quæ iræ irascitur.) *Consulatur initium Iambici* XXI. *Adversus iram, D. Nazianzeni.*

Est mutua inter servum herumque servitus.) *Optimè id demonstrat D. Chrysostomus Homilia* XIX. *in Epistolam ad Ephesios:* μᾶλλον δὲ εἰ θέλεις ἀκριβῶς ἐξετάσαι, καὶ ἔστι δεσποτῶν ἀντίδοσις ἐπὶ δουλείας. Τί γὰρ εἰ ὁ τοῦτο οὐκ ἀφίησι φανῆναι τὴν ἀντίδοσιν; ὅταν γὰρ οὗτος μὲν τὴν σωματικὴν διακονίαν παρέχῃ, σὺ δὲ τὸ σῶμα τρέφῃς, καὶ θεραπείᾳς δὲ τροφαῖς καὶ ἐνδύμασι καὶ ὑποδήμασι, καὶ οὗτος δουλείας ἐστὶν ὑπόθεσις· ὅτι ἐὰν μὴ παρέχῃς καὶ σὺ τὴν σὴν διακονίαν, οὐδὲ ἐκεῖνος τὴν ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἔσται ἐλεύθερος, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἀναγκάσει νόμος καὶ μὴ τρεφόμενον δὲ τὸ ποιεῖν: Imò verò si velis rem accuratè examinare, etiam in dominis est servitutis mutua remuneratio. Quid enim si fastus non sinit ut appareat remuneratio? Quando enim hic quidem exhibet corporale ministerium, tu autem corpus nutris, & curas alimentis & indumentis & calceis, huic quoque exhibetur servitus. Nam nisi tu illi tuum exhibeas ministerium, nec ille suum, & erit liber:

nec ulla lex eum coget hoc facere nisi alatur.

Est omne mancum sine sermone gaudium.) *Ennodius Dictione 1.* Manca est sine sermone hilaritas, & simulacrum mœroris est occultare quod gaudeas, & afflictionis imitatio, vocem in gaudio non habere.

Est stantium haud fugientium victoria.] *Desumptum videri queat è Manuelis sententiis ad filium cap.* LXXXVI. *m.*

Est turpitudo vel malorum maximum.) *Verba Tullii è libro III. de Officiis cap. 28. m.*

Est Vniversi vinculum eloquentia.) *Elegans versus, & cuius veritatẽ pluribus confirmat Aristides Oratione Platonica 1. pro Rhetorica.*

Esto misericors, sed tantum adversus bonos.) *Votienus Montanus libro* IX. *Controv.* I. Est vir egregius Callias, est misericors, sed utinam tantum adversus bonos.

Et causa multis est insaniæ dolor.) *Idem affirmat Plutarchus capite 1. fine, Consolatione ad Apollonium.*

Et cariores sunt qui similes filii.) *Apuleius Apologia 1.* An tu ignoras, nihil esse adspectabilius homini nato, quàm formam suam? Equidem scio & filiorum cariores esse qui similes videntur, &c.

Et cedo invidiæ, dummodo absolvar crimis.) *Versus Phædri lib. III. fabula 48.*

Et eloquentiam illustrat accusatio.) *Voces Ciceronis lib. II. de Officiis cap. 4.*

Et fraude multi quærunt misericordiam.) *Dictum D. Ambrosii lib. 1. de Officiis cap. 30.*

Et

Et Gordium nodum explicit prudentia.) *Facie huc Imp. Basilii exhortatio ad filium cap.* XV. Σπούδασον κτᾶσθαι σεαυτὸν, ὃ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ φρόνησις τιμιωτάτη καθέστηκεν, παῖσι δ' ὑπάρχει δι' ἀγαθῆς· πάντες μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀγαθὴν ἐπαινοῦσιν, ὀλίγοι δὲ κτήσασθαι πονοῦσι. Διὸ καὶ σπανιώτατον ἔρροις ἂν τὴν ταύτην κτησάμενον. μὴ μόνον οὖν αὐτὸς σπουδαίσης τὴν φρόνησιν σύνοικον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸν ταύτην κεκτημένον αἰδοῦ, καὶ τίμα, σὺν ἀνασπάφ αὐτὸν καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτί. ἐκεῖνος γάρ σε μόνος ὠφελήσει τὰ μέγιστα εἰς ψυχήν. καὶ εἰ πολλάκις ἀμηχανεῖ σοι δοκοῦσι πράγματα ἐν βουλαῖσι, ταῦτα δι' αὐτοῦ ῥᾳδίως σὺν θεῷ κατορθώσεις. ἢ γὰρ φρόνιμον εἶναι σὲ δεῖ, ἢ φρονίμοις συνέπεσθαι, ἐν οἷς ἀληθῶς, ὡς ἐπὶ θρόνου θεὸς ἀναπαύεται: Summo quidem in honore & pretio apud omnes est prudentia, & ab omnibus vehementer expetitur : omnes enim eam laudant, ut bonam, sed non omnes laborant ut eam adipiscantur : quò fit, ut rarò qui ea præditus sit invenire possis. Tu verò da operam, non solùm, ut eam contubernalem habeas, sed etiam si quis est qui illam teneat, ut eum tibi adjungas, in pretio habeas, & cum illo frequens nocte dieque versèris : ille enim solus animum tuum iuvare plurimùm poterit, & quæ tibi plerumque in angustis rebus inexplicabilia videbuntur, ea per illum, Deo iuvante, expeditè perficies. aut enim te prudentem esse oportet, aut uti consilio prudentum : in quibus, quasi in solio suo, Deus conquiescit.

Et hostium iras, & Deum, places prece.) *M. Fabius apud Livium lib.* VIII. *cap. 33.* Quandoquidem apud te nec auctoritas Senatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitasque magi-

ſtri equitum à te ipſo nominati valet: nec preces, quæ ſæpe hoſtem mitigavere, quæ Deorum iras placant; tribunos plebis appello. *a*

c Et morbus aliquis per ſapientiam mori eſt.) *Dictum Plinii libro* VII. *Naturalis hiſtoriæ capite* 50. *f.*

e Et multi vitam mortis titulo conſecrant.) *Reperitur ſimile quid apud D. Ambroſium, de fide reſurrect.*

b Et ignominia anteambulo proterviæ eſt.) *Nazianzenus invectiva priore in Iulianum:* Τὸ μὲν ἔπεσεν σωτηρίαν, τὸ πεπτωκὸς ἡ δόξα: præcedit ruinam protervia, humiliationem gloria.

d Et mortuos daniſta tenet pro pignore.) *Quomodo, explicatur, D. Ambroſio capite* X. *in Tobiam p.*

Et mutuis auxiliis conſtant omnia.) *Merentur adſcribi verba Ioan. Sarisberienſis ex Epiſt.* LXXXI. Abſit ut ego cauſam præbeam ne in appetendis & fugiendis ſit idem velle & idem nolle in nobis. mallem utique operam dare, ut nobis in Domino ſit cor unum, & anima una. ſic participant inferiora ſuperioribus, & Sol, quanquam luciditſimus ſit & puriſſimus, amnes cognatos nubibus, & fæculenta terræ ad receptionem ſui caloris & vigoris agnoſcere non dedignatur. Mutuis auxilis conſtant omnia, & gravia viciſſim levibus temperantur, & profectò eo ſic univerſa procedunt, quòd tantam diſſidentiũ concordiam, & concordium diſſidentiam, idem unanimitatis ſpiritus, intus alii & ſibi invicem vicario quodam miniſterio conſonent, mundani corporis partes velut membra diſponit. ſic in humano

cor-

corpore ſibi invicem membra deſerviunt & ſingulorum officia publicis uſibus deputantur : abſint quidem hæc magis, illa minus, proinde corporis, ſed in effectu ſalutis eius omnia uniuntur, varios habent affectus : ſed ſi uſum ſalutis penſes, in idem univerſa concurrunt. Non tamen omnia coæquantur, ſed ſuperioribus inferiora deſerviunt. Pes enim qui verſatur in cœno nequaquam aſpirat ad capitis dignitatem : ſed & caput quod in cœlum erigitur, non aſpernatur pedem qui verſatur in cœno. Sic & nos ſi non diſplicet, vobis coutamur, & veſtris.

Et Numinis fama quid eſt in publica.) *Imò ipſamet Dea eſt, quemadmodum placuit Heſiodo, cuius verſus quoniam notiſſimi ſunt non adſcribo.*

Et parricida eſt, qui haud adeſt fratri reo.) *Porcius Latro* : Parricidam me quoque vocant, quod non adfui reo. Si licuit, an debuerit. Nocens eſt iſte, ſed mihi frater eſt, naturæ iura ſacra ſunt, etiam apud piratas. Quid de me iudicaturus es, ſi fecero? puto difficulter poſtea in me parricidium credes.

Et perforata lingua cuivis garrulo eſt.) *Lucianus libello ſuo de Hercule Gallico :* Μέμνημαι γοῦν καὶ κωμικῶν τινῶν ἰαμβείων, παρ' ἡμῖν μαθών· τοῖς γὰρ λάλοις ἐξ ἄκρου ἡ γλῶττα πᾶσιν ἐστι τετρυπημένη : Nam memini & Iambicos quosdam verſiculos è Comœdiis apud vos diſcere : ſiquidem viris loquacibus extrema lingua perforata eſt omnibus.

Et ſani amantium æſtuamus febribus.) *Non ineptè Ennodius libro* VI. *Epiſtola* 3. Rerum omnium curſus obſequiis corporis, animarum conſtat imperio : aliud nobilitat cœleſtis adfinitas, aliud abjectio terrena ſummittit. Nec liberum eſt, ut quò

mens

mens Deo parente conlata defl:xerit, quod de ultimis adſumptum eſt, nō ſequatur: nec licet militem obviam manum decretis Imperatoris adferre. Hinc Criſpus adſeruit, aliud nobis cum Dîs, aliud cum belluis eſſe commune. Huius ſecreti ratione cum abſentibus peregrinamur, & ſalva membrorum valetudine, amantum febribus æſtuamus. per hæc vincula nulla itinerum interjectione dividimur, & ſegregati habitaculis, in unum ſtudiis convenimus.

Et ſcruta laudat qui facit ſcrutariam.) *Laudatur à Grammaticis aliiſq; pro Lucilliano.*

Etiam abſque honore ſufficit virtus ſibi.) *Satis rectè Sarisberienſis Epiſtola* XCIII. Magnum equidem eſt honorum faſcibus illuſtrari, ſed proculdubio maius eſt eoſdem virtutum titulis promereri. Vnde qui virtutis aſſequutus eſt præmium, & ſi rerū opulentia & faſtus non accedat honoris, collato tamen bono debet eſſe contentus: niſi impatientis conſcientiæ ſtimulo, quaſi injuriâ, murmuraverit, vitio ingratitudinis, hoc ipſo quod habere viſus eſt ſe fciſſe videatur indignum. Et utinam ſi ſtudiorum præmium non aſſequimur, ſaltem non deſtituamur & merito.

Etiam abſque lege ius coluntac fas pii.) *De Ariſtippo Diogenes Laertius in vita eius*: Ἐρωτηθείς ποτε τί πλέον ἔχουσιν οἱ Φιλόσοφοι; ἔφη, Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν: Rogatus aliquando quid habent eximium philoſophi? Si omnes, inquit, leges intereant, æquabiliter vivemus.

Etiam adhibendus eſt honoribus modus.) *Sueronius capite C. Auguſti*: Verùm adhibito honoribus modò

modo, bifariam laudatus est, &c. *Et nihil profectò aeque in odium adducit vulgo principes, quàm honorum nimiorum admissio, quemadmodum satis innuit in vita Iulii idem Tranquillus, & evelatius exponit Dio Cassius non longè à limine libri* XLIV. Εχε δὲ ὧδε, ἡ αἰτίαν πρώδε ὁ θάνατος αὐτῷ ἔλαβεν. οὐ γὰρ δὴ ἡ ἀναιτίον πάντη τὸ ἔγκλημα ἐκτήσατο. πλὴν καθ' ὅσον αὐτοὶ οἱ βουλευταὶ τῇ τε καινότητι ἡ τῇ ὑπερβολῇ αἷς τὴν τιμὴν ἐξαίροντές τε αὐτὸν ἡ φυσῶντες, ἔπειθον ἐπ' αὐτῇ ἐκείναις ἡ ἐμέμφοντο ἡ δι' ἐβάλλον, ὡς ἡδέως τε σφᾶς λαμβάνοντα, ἡ ὀχληρότερον ἀπ' αὐτῶν ζῶντα. ἔστι μὲν γὰρ ὅτε ἡ ὁ Καῖσαρ ἥμαρτε. δεξάμενός τε παρ' αὐτῶν ψηφισθέντων οἱ, ἡ πιστεύσας ὄντως αὐτοῖς ἀξίως. πλεῖον δ' ὅμως ἐκεῖνοι, οἵ τινες ἀρξάμενοι τιμᾶν αὐτὸν ὡς ἡ ἄξιον, προήγαγον εἰς αἰτίαν οἷς ἐψηφίζοντο. ἅ γὰρ διωθεῖτο πάντα αὐτὰ ἐπάλμα, μὴ καὶ ὑπερφρονεῖν νομισθείη. ἔτ' αὖ, λαμβάνων, ἀσφαλὴς εἶναι ἠδύνατο. τὸ γὰρ ὑπερβαλλὸν τῆς τε τιμῆς ἡ τῶν ἐπαίνων καινοτέρως πως ἡ τοῦ πάνυ σώφρονας, ὥστε καὶ τῶν ἐπαίνων ἀληθῶς γίγνεσθαι λοιπῶσι, ποιεῖ: Cæterùm res ita acta est. atque hanc mors eius causam habuit. Non enim omnino culpa caruit invidia, quam sibi conciliavit; quatenus ipsi Senatores novis ac immodicis honoribus eum extollentes & inflantes, eorundem deinde causa reprehendebãt, & calumniabantur, quasi lubenter eos admitteret, ac magis fastosum ab iis se gereret. Quippe licet etiam Cæsar nõnunquam peccarit, dum quosdam sibi decretos acciperet, sequerevera dignum iis iudicari crederet: maior tamen Senatorum culpa fuit, qui dum eos honores Cæsari tanquam digno deferrent, decretis suis crimini eum obijciebant: quum nec renuere omnia auderet, ne contemptui habere ea videretur;

nec,

nec, si admisisset, tutus esse posset. Nam immoderati honores laudesque, levitatem animi etiam modestissimo cuique afferunt, ut se iam tales esse, quales prædicantur existiment. *Prudentior hac in parte P. Africanus maior, de quo sic Valerius Maximus libro* IV. *cap.* I. Non defuit maioribus grata mens ad præmia superiori Africano exolvenda. Siquidem maxima eius merita paribus ornamẽtis decorare conati sunt. Voluerunt illi statuas in comitio, in rostris, in curia, in ipsa denique Iovis Optim. Max. cella ponere: voluerunt imaginem eius triũphali ornatu indutam, Capitolinis pulvinaribus applicare: voluerunt ei cõtinuum per omnes vitæ annos Consulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum sibi nullum, neque plebiscito dari, neque Senatusconsulto decerni patiendo, penè tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat in emerendis.

Etiam chlamys cõtorta clypeat brachium.) *Formatum ex verbis quibusdam Poetæ antiquioris, quæ citata M. Varronis libris de lingua Latina.*

Etiam cibos hyemi ipsa animalia præparant.] *Nedum ut id negligamus ipsi, homines cùm simus. De formicis, de muribus Ponticis, de herinaceis, de aliis aliisque, notius est quàm ut testimoniis firmandum veniat.*

Etiam cupiditas tanquam factum plectitur.] *Sub finem invectivæ prioris in Iulianum D. Gregorius:* Καί τι πῶς ταῦτα τ̃ ἡμετέρων ἐγγὺς; οἷς ὄρ@ μὲν φιλίας αὐτὸς ἔπας@, χ̀ τὸ τὰ αὐτὰ βούλεσθαι τοῖς πλησίον ἃ ἔ σφίσιν αὐτοῖς. ἔγκλημα δ̀ οὐ μόνον τὸ ψεύδ̃ κακὸν, ἀλλὰ χ̀ τὸ μελλῆσαι μικροῦ χ̀ τ̃ ἐρμῆς κολαζομένης, ὡς

πρᾶ-

πξάξεως. οἷς σωφροσυνὴ μὲν οὕτω προσδέζεται, ὥσε καὶ ὀφθαλμὸς ἀναιρεῖται. χεὶρ δὲ φονικὴ τοσοῦτον πόρρωθεν εἴργεται, ὥσε καὶ θυμὸς σωφρονίζεται. ἔπιορκον δὲ χωρῆσαι ἢ ὁμόσαι οὕτω δεινὸν ἢ ἱερόγκον, ὥσε καὶ τὸ ὄρκον μόνοις ἡμῖν τυγχάνειν ἀπώμοτον: An verò hæc ad noſtram religionem & doctrinam accedunt, apud quos lex & norma amicitiæ quiſque ipſe eſt, atque eadem proximis velle quæ & ſibi ipſis crimẽ autem, non modo malum extitiſſe, ſed etiam à malo parũ abfuiſſe, nimirum cupiditate quoque ipſa penè ut actione, pœnam luente: apud quos tantum pudicitiæ ſtudium eſt, ut oculus quoque frænetur ac reprimatur, & manus ſanguinaria & mortifera ita longè arcetur, ut ira etiam ipſa coerceatur: perjurium autem adeò atrox & nefarium cenſetur, ut jusjurandum quoque ipſum nobis ſolis interdictum ſit.

Etiam dies ſtultis mederier ſolet.) *Proverbium vetus, cuius meminit & Tullius libro* VII. *Epiſtolaſamil. 28. f.*

Etiam digitulis duobus oblidas alicui gulam.) *Locum magis haberet inter Trochaicos. Verba verò ſumpta videntur è fragmento Ciceronis Oratione pro Scauro*; Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam obliſit, citatur à Quintiliano.

Etiam eſt homicida homicidæ qui ſubit domũ.) *Libanius loco communi adverſus homicidas*: Οὕτω δὲ δεινὸν καὶ θεοῖς ἐχθρὸν ἡγήσαντο τὸ ἀνδροφόνον, ὥσε καὶ τὸν αὐτὸν ὄροφον ὑπελθοί τις τῷ τὸ τετολμηκότι, κοινωνὸς τῆς ἀδικίας νενόμισται· καὶ ὁ δεδρακότος οὐ πολὺ μειότερος, ὁ τῷ δεδρακότι συγχωρήσας: Vſque adeò autem execrabiles, & diis inviſos eſſe homicidas credidere, ut, ſi quis fortè tectum ſubiiſſet, ſub quo

quo huic facinori obnoxius degeret, eum censeret in sceleris communitate: quique cum auctore illius congressus esset, eum non multo innocentiorem esse.

Etiam ignominiæ vena causa solvitur.) *De quo præter alios, consulatur Gellius libro* VI. *cap.* 18. *p. Noctium Atticarum.*

Etiam in ratione carentibus prudentia est.) *Ergo quanto magis eam usurpent homines, quibus ratio sua est. De apum Republicâ, ut & formicarum, omnia plena sunt, ne alia animalia producam.*

Etiam latrones vestis terret regia.) *D. Chrysostomus Homilia* XII. *in Epist.* II. *ad Corinthios:* Ἐνόησον Παῦλον, οὗ τὰ ἱμάτια ἐνήργει: Πέτρον, οὗ καὶ αἱ σκιαὶ ἴσχυον. οὐ γὰρ ἂν εἰ μὴ βασιλέως ἔφερον εἰκόνα, οὐδ' ἂν οὕτως αἱ σκιαὶ ἦσαν αὐτῶν αἱ μαρμαρυγαὶ, τοσοῦτον τὰ ἱμάτια αὐτῶν καὶ αἱ σκιαὶ ἐνήργησαν· βασιλέως γὰρ ἱμάτια, καὶ τοῖς λῃσταῖς ἐστὶ φοβερά: Paulum cogita, cuius vestes vim edebant: Petrum, cuius ipsæ quoque umbræ viribus pollebant. Neque enim, nisi regis imaginem gestassent, & incomparabilis quidam fulgor ex ipsis effulsisset, tot eorum vestes atq; umbræ miracula edidissent. Regis quippe vestes, latronibus etiam terrori sunt.

Etiam medicus occulte ægros curat suos.) *Plutarchus libro de Adulatore cap.* XLIV. Ἡ μὲν γὰρ ὠφέλεια παρὰ φίλου χάρις, ὥσπερ ζῶον ἐν βαθεῖ τὰς κυκλοτέρους ἔχει δυσχερείας, ἀπιδεῖν ἡδὺ καὶ πανηγυρικὸν οὐδὲν ἔστιν, ἀλλὰ πολλάκις ὥσπερ ἰατροῦ λαθὼν ἐθεράπευσε, καὶ φίλῳ ὠφέλησεν ἐντυχών, ἢ δι' ἀλλοτρίου, ἀγνοοῦντος ἀπημελημένος: Ab amico enim quod præstatur officium,

cium,

cium, veluti animal quoddam intus præcipuã habet vim, ad ostentationem & pompam nihil. sed sæpenumerò sicut medicus occultè sanat, ita & amicus sua præsentia aut absentia amico prodest ignoranti pro se curam geri.

Etiam probant bonum, qui non faciunt bonũ.) *Seneca lib.* IV. *de Beneficiis cap.* 17. Quemadmodum nemo in amorem sui cohortãdus est, quem cùm nascitur trahit: ita ne ad hoc quidem, ut honesta per se petat. placet suapte natura; adeoque gratiosa est virtus, ut etiam insitum sit malis probare meliora.

Etiam pudorem expugnat, heu, necessitas.) *Infinitis rebus accommodari potest. Locum enim habuerit, ubi in obsidione venitur ad esum cadaverum; ubi patris servandi causa pudicitiam prodit tyranno filia; ubi denique populus Ducem cui patriam interdixerat, ad tutelam patriæ revocat præ calamitatum necessitate: quod ipsum fecisse Heracliensis, prodit Iustinus lib.* XVI. *cap. 6. m. idemq; factum Syracusanis, innuit Plutarchus cap.* LII. *vita Dionis.*

Etiam pudori est vulgo vocum obscenitas.) *Verba sunt Divi Ambrosii libro 1. Officiorum capite 18. m.*

Etiam relinque aliquid supervenientib.) *Pulcrè proverbium istud explicatur à Plutarcho libro* VI. *Symposiacon quæst. 4. sub finem.*

Etiam sua est rebus voluptas bellicis.) *Maximus Tyrius sine Dissertationis* XXIII. Ἀλλ' οὐδὲ οἱ πόλεμοι τὸ σιυθρωπότατον, ἡδονῶν ἔρημοι, ἀλλὰ σωτάπεστι τούτοις ἡ τυρρηνὴ σάλπιγξ, ἡ αὐλὸς τρικλινὴς, ἡ ὠδὴ ἐμβατήριος: Sed nec ipsa bella, res omnium tristissima, carent voluptatibus: sed & his tuba Tyrrhe-

nica, tibia triremica, cantus militaris interjungitur. *adjice nihilo his peiora ex Plutarchi libello, quo quærit, an seni gerenda sit Respublica, cap. 13. m*

Etiam sibi sua luxuriæ est simulatio.) *Pompeius Silo apud Senecam lib. 11. Contov. 6.* Si modo emendatus est meus filius (solet enim etiam luxuria simulari) suo quisque ordine reus sit.

Etiam sua quidam intelligunt vitia atq; amant.) *Potest locum habere apud omnes qui gloriantur, in sceleribus. sed alior sum tamen usurpavit Haterius lib. IX. Controversia VI.* Tantus autem error est in omnibus studiis, maximè in eloquentia cuius regula incerta est, ut vitia quidam sua & intelligant & ament.

Etiam subit jugum generosus spiritus.) *Plinius lib. VIII. Natur. Hist. cap. 16.* Iugo subdidit Leones primus q; Romæ ad currum junxit Marcus Antonius, & quidem civili bello, cùm dimicatum esset in Pharsalicis campis; non sine quodam ostento temporũ; generosos spiritus jugum subire illo prodigio significante.

Etiam suum velat facinus tenebris latro.) *Divus Cyprianus tractatu priore contra Demetrianum:* Passim discurritur, rapitur, occupatur. prædandi dissimulatio nulla, nulla cunctatio est. quasi liceat, quasi oporteat, quasi ille qui non rapit, damnum & dispendium proprium sentiat, sic unusquisque rapere festinat. In latronibus est utcunque scelerum aliqua verecundia: avias fauces & desertas solitudines diligunt; & sic illic delinquitur, ut tamen delinquentium facinus tenebris & nocte veletur.

Etiam suum vectigal pro umbra penditur.) *De Platano*

Platano Plinius libro XII. *cap.* 1. Etiam ad Morinos usque pervecta, ad tributarium etiam pertinens solum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant.

Etiam suus libertati quoque est modus.) *Marcellus Eprius apud Tacitum libro* IV. *Histor. cap. 8. f.* Quo modo pessimis Imperatoribus sine fine dominationem; ita quamvis egregiis, modum libertatis placere. *De Labieno Seneca pater præfatione Controv. lib.* X. Libertas ei tanta, ut libertatis nomen excederet; ut quia passim ordines hominesq; laniabat, Rabienus vocaretur, &c.

Etiam thymi flos, apiculis mel sufficit.) *Quamvis floris amari. pulcrè transferri poterit ad alia; quemadmodum & Isocrates dixit*, doctrinæ radicem quidem amaram, sed fructus ejusdem dulcissimos.

Etiam timent culpam, ubi non est, mentes bonæ.) *Salvianus libro* I. *de Avaritia*: Pavidus quippe est & formidolosus, ac nonnunquam etiam Levium mendaciorum fugax; atque in tantum peccare metuens, ut interdum & non timenda formidet.

Etiam tyrannus quæ timenda haud sunt timet.) *Dicta esse, pulcrè hauriamus ex Plutarchi Arato, capite* 8. *fine.*

Etiam valet sine ratione auctoritas.) *Dictum Ciceronis è libro priore de Natura Deorum, capite* 5. *m.*

Etiam venenum prægustator sufficit.) *Quid ergo tutum regibus, si & ipsi custodes custodiendi? Ita sanè periisse putatur Alexander Magnus, de quo Curtius libro* X. *cap.* 39. *p. ita Claudius Imperator, de quo Suetonius in vita ipsius cap.* 44. *ita alii, quos enumera-*

re longum. at contrà, nulla aconita bibuntur Fictilibus.

Etiam viris donanda dona sunt bonis.) *Principes enim hodieque tantum improbis prodigi sunt, probis verò triparci. haudtamen usquequaque benè:* οὐδὲ ἡ τύχη ἀπόδηλος, ὥς Πίνδαρον, οὐδὲ ἀδίδυμον σέφουσα πηδάλιον, ἀλλὰ μᾶλλον Εὐνομίας. καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ, καὶ Προμηθείας θυγάτηρ, ὡς μυθολογεῖ Αλκμάν: non enim Fortuna incerta est, qualis apud Pindarum, neque geminum versat gubernaculum: sed rectiùs dicitur Iustitiæ & Suadæ soror, ac Providentiæ (siquidem ea est Prometheia) filia: quomodo genus eius, Alcman describit. *ut loquitur in Aristidis vita Plutarchus cap. 2.*

Etiam voluptas gloriæ est lucæ bovi.) *Quid ergo eam spernat vir? Plinius libro* VIII. *cap. 1.* Maximũ est animal, proximumque humanis sensibus; quippe intellectus illi sermonis patrii, & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ didicere, memoria; amoris & gloriæ voluptas &c.

b Ex insidiis perire, fermè Principum est.) *Et quidem suorum; ne putemus intelligi hostes, aut alienos. planè si ineatur numerus Regum Cæsarumque, dimidia pars eorum manu facta morte periit; si non palam at tamen occultè. Alexander Magnus insit, apud Curtium libro* IX. *cap. 33.* Philippus in acie tutior, quàm in theatro fuit. hostium manus sæpe vitavit, suorum effugere non valuit. Aliorum quoq; Regũ exitus si reputaveritis, plures à suis quàm ab hoste interemptos numerabitis.

a Etiam voluptas miserorum aliqua est in malis.) *Seneca pater libro* IV. *Epitom. Controv.* I. Quousque

usque flebis? Est quædam in ipsis malis miserorum voluptas, & omnis adversa fortuna habet in querelis levamentum.

Ex pectore, haud ex ore, vocem mittito.] *Gellius lib. 1. Noct. Attic. cap. 15.* Qui sunt leves & futiles & importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi verbis humidis & lapsantibus diffluunt; eorum orationem bene existimatum est in ore nasci non in pectore. linguam autem debere aiunt non esse liberam nec vagam, sed vinclis de pectore imo ac de corde aptis moveri & quasi gubernari. Sed enim videas quosdam sic scatere verbis sine ullo iudicii negotio cum securitate multa & profunda, ut loquentes plerumque videantur loqui sese nescire. Vlissem contrà Homerus virum sapienti facundia præditum, vocem mittere ait non ex ore sed ex pectore. quo scilicet non ad sonum magis habitumq; vocis quàm ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret: petulantiæque verborum coercendæ vallum esse oppositum dentium luculentè dixit: ut loquendi temeritas non cordis tantùm custodia atque vigilia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubiis in ore positis sæpiatur.

Exulcerata corporis, mel vellicat.) *Ergo cavendum ne cuiquam illudamus, nedum potentiæ facetiis quamvis in speciem dulcibus:* eæ quippe ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt; *uti loquitur Tacitus lib.* XV. *Annaliũ cap. 68 f. Addatur Plutarchi Phocion cap. 2 m.*

Ex vultibus tamen hominum mores colligas.) *Chrysis ancilla apud Petronium:* Vides me? nec auguria novi, nec Mathematicorum cœlum curare

nica, tibia triremica, cantus militaris interjungitur. *adhuc nihilo his peiora ex Plutarchi libello, quo quæritur, an seni gerenda sit Respublica, cap. 13. m*

Etiam sibi sua luxuria est simulatio.) *Pompeius Silo apud Senecam lib. II. Controv. 6.* Si modo emendatus est meus filius (solet enim etiam luxuria simulari) suo quisque ordine reus sit.

Etiam sua quidam intelligunt vitia atq; amant.) *Potest locum habere apud omnes qui gloriantur, in scelestibus. sed alior sum tamen usurpavit Haterius lib. IX. Controversia VI.* Tantus autem error est in omnibus studiis, maximè in eloquentia cuius regula incerta est, ut vitia quidam sua & intelligant & amant.

Etiam subit jugum generosus spiritus.) *Plinius lib. VIII. Natur. Hist. cap. 16.* Iugo subdidit Leones primus q; Romæ ad currum junxit Marcus Antonius, & quidem civili bello, cùm dimicatum esset in Pharsalicis campis; non sine quodam ostento temporũ; generosos spiritus jugum subire illo prodigio significante.

Etiam suum velat facinus tenebris latro.) *Divus Cyprianus tractatu priore contra Demetrianum:* Passim discurritur, rapitur, occupatur. prædandi dissimulatio nulla, nulla cunctatio est. quasi liceat, quasi oporteat, quasi ille qui non rapit, damnum & dispendium proprium sentiat, sic unusquisque rapere festinat. In latronibus est utcunque scelerum aliqua verecundia: avias fauces & desertas solitudines diligunt; & sic illic delinquitur, ut tamen delinquentium facinus tenebris & nocte veletur.

Etiam suum vectigal pro umbra penditur.) *De Platano*

Platano Plinius libro XII. *cap.* 1. Etiam ad Morinos usque pervecta, ad tributarium etiam pertinens solum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant.

Etiam suus libertati quoque est modus.) *Martellus Eprius apud Tacitum libro* IV. *Histor. cap. 8. f.* Quo modo pessimis Imperatoribus sine fine dominationem; ita quamvis egregiis, modum libertatis placere. *De Labieno Seneca pater præfatione Controv. lib.* X. Libertas ei tanta, ut libertatis nomen excederet; ut quia passim ordines hominesq; laniabat, Rabienus vocaretur, &c.

Etiam thymi flos, apiculis mel sufficit.) *Quamvis floris amari. pulcrè transferri poterit ad alia; quemadmodum & Isocrates dixit*, doctrinæ radicem quidem amaram, sed fructus ejusdem dulcissimos.

Etiam timent culpam, ubi non est, mentes bonæ.) *Salvianus libro* I. *de Avaritia*: Pavidus quippe est & formidolosus, ac nonnunquam etiam Levium mendaciorum fugax; atque in tantum peccare metuens, ut interdum & non timenda formidet.

Etiam tyrannus quæ timenda haud sunt timet.) *Idita esse, pulcrè hauriamus ex Plutarchi Arato, capitis 8. fine.*

Etiam valet sine ratione auctoritas.) *Dictum Ciceronis è libro priore de Natura Deorum, capite 5. m.*

Etiam venenum prægustator sufficit.) *Quid ergo tutum regibus, si & ipsi custodes custodiendi? Ita sanè periisse putatur Alexander Magnus, de quo Curtius libro* X. *cap. 39. p. ita Claudius Imperator, de quo Suetonius in vita ipsius cap. 44. ita alii, quos enumera-*

re longum. at contrà, nulla aconita bibuntur Fictilibus.

Etiam viris donanda dona sunt bonis.) *Principes enim hodieque tantum improbis prodigi sunt, probis verò triparci. haudtamen usquequaque benè:* οὐδὲ πᾶ πύχη ἀπόβλητος, ὡς Πίνδαρον, οὐδὲ ἀδίδυμαν ἐφέρουσα πηδάλιον, ἀλλὰ μᾶλλον Εὐνομίας. καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ, καὶ Προμηθείας θυγάτηρ, ὡς ψευδολογεῖ Αλκμαν: non enim Fortuna incerta est, qualis apud Pindarum, neque geminum versat gubernaculum: sed rectiùs dicitur Iustitiæ & Suadæ soror, ac Providentiæ (siquidem ea est Prometheia) filia: quomodo genus eius, Alcman describit. *ut loquitur in Aristidis vita Plutarchus cap. 2.*

Etiam voluptas gloriæ est lucæ bovi.) *Quid ergo eam spernat vir? Plinius libro* VIII. *cap. 1.* Maximũ est animal, proximumque humanis sensibus; quippe intellectus illi sermonis patrii, & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ didicere, memoria; amoris & gloriæ voluptas &c.

b Ex insidiis perire, fermè Principum est.) *Et quidem suorum; ne putemus intelligi hostes, aut alienos. planè si ineatur numerus Regum Cæsarumque, dimidia pars eorum manu facta morte periit; si non palam at tamen occultè. Alexander Magnus fuit, apud Curtium libro* IX. *cap. 33.* Philippus in acie tutior, quàm in theatro fuit. hostium manus sæpe vitavit, suorum effugere non valuit. Aliorum quoq; Regũ exitus si reputaveritis, plures à suis quàm ab hoste interemptos numerabitis.

Etiam voluptas miserorum aliqua est in malis.) *Seneca pater libro* IV. *Epitom. Controv.* I. Quousque

usque flebis? Est quædam in ipsis malis miserorum voluptas, & omnis adversa fortuna habet in querelis levamentum.

Ex pectore, haud ex ore, vocem mittito.] *Gellius lib. 1. Noct. Attic. cap. 15.* Qui sunt leves & futiles & importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi verbis humidis & lapsantibus diffluunt; eorum orationem bene existimatum est in ore nasci non in pectore. linguam autem debere aiunt non esse liberam nec vagam, sed vinclis de pectore imo ac de corde aptis moveri & quasi gubernari. Sed enim videas quosdam sic scatere verbis sine ullo iudicii negotio cum securitate multa & profunda, ut loquentes plerumque videantur loqui sese nescire. Vlissem contrà Homerus virum sapienti facundia præditum, vocem mittere ait non ex ore sed ex pectore. quo scilicet non ad sonum magis habitumq; vocis quàm ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret: petulantiæque verborum coercendæ vallum esse oppositum dentium luculentè dixit: ut loquendi temeritas non cordis tantùm custodia atque vigilia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubiis in ore positis sæpiatur.

Exulcerata corporis, mel vellicat.) *Ergo cavendum ne cuiquam illudamus, nedum potentiæ facetiis quamvis in speciem dulcibus:* ex quippe ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt; *uti loquitur Tacitus lib.* XV. *Annaliũ cap. 68 f. Addatur Plutarchi Phocion cap. 2 m.*

Ex vultibus tamen hominum mores colligas.) *Chrysis ancilla apud Petronium:* Vides me? nec auguria novi, nec Mathematicorum cœlum curare

ſoleo: ex vultibus tamen hominum mores colligo, & cùm ſpatiantem vidi, quid cogites video.

Examinanda purpura eſt ad purpuram.) *Diſcrimen enim eo ipſo ſtatim patet, quemadmodum præclarè ex Flavii Vopiſci Aureliano, cap.* XIX. *qui vi-*

get omnis orbis cauponariam.] *Maximus Tyrius Dissertatione* XXXVI. Νῦν ὅσοι, καπηλείας πάντες καὶ ἐμπορίας, καὶ συμβολαίων πανταχῶν, ἀγοραίων καὶ ἐπιχωρίων, καὶ ἐπιδημητικῶν, ξενικῶντε καὶ ἀστικῶν, καὶ ἐμπορείων καὶ διαπαντίων, οὕτω καὶ κάτω ἐρεφομένης τῆς γῆς, καὶ τὸ θαλάττιον, τὰ ἀφανιζόμενα ἐκζητούντων, καὶ τὰ ἀφανῆ ταλανιζόντων, καὶ τὰ πόρρω διωκόντων, καὶ τὰ ἀπαίνυσθαι πορίζομένων, καὶ θησαυροὺς κατορυττόντων, καὶ καπήλους ἐμπιπλάντων, καὶ ταμεῖα σωρεύοντων· τὸ δὲ τούτων αἴτιον, ἀπιστία φιλίας, καὶ πολυετοῦς ἕρωτος, καὶ ἀπορεύτου θέσεως, καὶ μοχθηρίας ἕξεως, καὶ πάθους νοσήματος, ὑφ' ὧν τὸ φιλεῖν ἐλαυνόμενον καὶ κατορυττόμενον καὶ βαπτιζόμενον, μόγις πως σώζεται ἀμαυρὸν ἴχνος καὶ ἀσθενές. καὶ τὸ κοινόβιον καὶ ἀπαμίδητον καὶ ἀφθαρσίας ἐν ἀνθρώποις ἐν τοῖς τῶν χρημάτων ἀπαιτεῖν, εἴ που ἔστιν ἐν ἀνθρώποις ἐλπίδος, ἢ διαθήκης καὶ τῆς ἔδρας τοῦ τάφου, καὶ μύθου χρῆμα ἔστιν, ἢ λόγου ἀπατεῶνος ἀκέραιον.

Nunc quot homines propemodum tot caupones, Mercaturæ omnia, ſtrictiſſimorum commerciorum plena ſunt omnia. Sunt forenſia, ſunt marina, ſunt terreſtria, ſunt peregrina: ſunt urbana, ſunt provincialia, ſunt tranſmarina. His qui incumbunt ſurſum terram deorſumque vertunt, miſcent mare. Hi quæ abdita ſunt venantur, quæ occulta ſcrutantur, quæ diſſita ſequuntur, quæ rara cõquirunt, quæ conquiſita ſunt rurſus defodiunt, terram implent, arcas ſtipant. Horum omnium cauſa una eſt, quod

fides

fides ubique nulla, nulla sit amicitia; quibus accedit injusta cupiditas, sibi nata tantum, egestatis metus, improbitatis consuetudo, voluptatis studium. A quibus omnib. fugatur, in terram defoditur, penitusque mergitur amicitiæ nomen, Vix ut minima tenuissimaque eius apparere possint vestigia. Quod si usquam vel apud Græcos vel Barbaros ob pecuniarum inopiam, sine ulla invidia aut custodia, omnia amicorum communia fuisse leguntur, id pro miraculo à poetis celebratur, interque fabulas locum habet: nec fidem invenire tanquam res nimium eximia, potest.

Exstinguit ignem qui fomenta subtrahit. *Plutarchus lib. de Ira cohibenda cap. 6. f.* οὕτως ὁ τῷ θυμῷ προσέχων, ἐν ἀρχῇ καὶ μικρὸν ἐπιθυμῶν λαλιᾶς καὶ βωμολοχίας σιρφετώδους ὁρῶν καπνιῶντα καὶ μὴ καιόμενον, οὐ μεγάλης δεῖται προμηθείας, ἀλλὰ παιδικῆς αὐτῷ τῷ σιωπῆσαι καὶ καταμελῆσαι καταπαῦσαι. καὶ γὰρ τὸ πῦρ ὁ μὴ θάλαμος ἀνιδρὺς, ἔσβεσε, καὶ ὀργὴν, ὁ μὴ θρέψας ἐν ἀρχῇ μηδὲ φυσήσας ἑαυτὸν, ἐφύλαξε καὶ κατέσβεσεν: Ita qui iram ab initio animadvertit, sensimque intelligit eam à sermone aliquo aut promiscua scurrilitate incensam fumare, is non magno opus habet labore, sed plerumque ipso silentio & contemtu oppressit. ut enim ignem exstinguit qui materiam ei non suggerit: ita iram præcavet & arcet, qui eam initio non alit, neque sese inflat.

Exstinxeris prudenti item iram absentia. *Arbiter*: Nec fefellit id Gytona. itaque extra cellam processit, tanquam aquam peteret; iramque meam prudenti absentia exstinguit.

Externum habendum omne est scelus cum gau-

dio.) *Tacitus libro* XII. *Annal. cap. 48. f.* Paucis decus publicum curæ; plures tuta differunt: omnes, scelus externum cum lætitia habendum, &c.

Fac fine uti respondeas exordiis.) *Solet enim ferè initio calido accedere finis incurioſus.*

Faceta sæpe & impunita audacia est.) *Verba sunt Valerii Maximi sub finem libri* VI. *cap. 2. unde exemplum petas licet.*

Faciem iuvenustam moribus vincas bonis.) *Natum videri queat ex istis Phædri lib. III. fabula 47.* Cotidie, inquit, speculo vos uti volo: Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis: Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.

Faciet medicinam ignoto vel sutor loco.) *Et hoc iterum formatum esse queat ex eiusdem Phædri libro II. fabula 14.* Malus cum Sutor inopia deperditus, Medicinam ignoto facere cæpisset loco, &c.

Facilè dibapho sacerdotii strumam tegas.) *Verba sunt M. Tullii libro II. ad Atticum Epistola 10. m.*

Facilè haud paratur, sed retinetur gloria.) *Plutarchus libello quo quærit, an seni gerenda sit Respublica, cap. 12. f.* Οὕτως ἐστὶ καὶ λόξης ὁ φλογὸς οὐ χαλεπὴ σωτηρία καὶ τήρησις, ἀλλὰ μικρῶν ὑποκαυμάτων λεομένη, καταφρονηθὲν δὲ καὶ παραψυχθὲν οὐδέτερον ἂν τις ἀπραγμόνως πάλιν ἐξάψειεν· ὁ δὲ λαμπὶς ὁ παυχληνικὸς ἐρωτηθεὶς πῶς ἐκτήσατο τὸ πλοῦτον, Οὐ χαλεπῶς (ἔφη) τὰ μέγαν, τὰ λεβερκὼ δ' ἀπιπόνως καὶ βεβαίως. ἔστω δὴ καὶ πολιτικῆς λόξης καὶ λιμαίμεως ἐν ἀρχῇ τυχεῖν οὐ ῥᾴδιον ἔστι· τὸ δὲ σωσαυξῆσαι καὶ διαφυλάξαι μεγάλων δὲ καὶ τυχόντων χρημάτων, ἕτοιμον. ὅτε γὰρ φίλος ὅταν χρήσῃ πολλὰς λητουργίας ἀπαιτεῖ καὶ μεγάλας, ἵνα μὴ φίλος,

μικροῖς

μικροῖς ἢ σημείοις τὸ ἐνδελεχὲς ἀεὶ διαφυλάττῃ τῶν ἀνθρώπων: Cæterùm ut flamma, ita etiam gloria nõ difficulter conservatur, sed alimentum seu fomitem haud magnum requirit. exstinctam neutram facilè & sine labore rursum incenderis atque excitaveris. Lampis navicularius interrogatus, quo modo divitias consecutus esset, respondit: Magnas non difficulter, parvas cum ærumna & tardè. Sic ab initio gloriam in Republica & potentiam sibi parare, non est facilè: augere partam & conservare quibusvis crescentem actionibus in promtu est. Nam neque qui amicus factus est, multa aut magna desiderat ministeria, ut retineatur: sed assiduitas etiã exiguorum signorum benevolentiam conservat.

Facilè subit populo ipsi commiseratio.) *Adeò quidem ut vel à summa ira ad eam subitò rapiatur. Curtius libro* VIII. *cap. 9.* Ad hæc elocuto universa concio adsensa est. Lacrymæ deinde omnib. manare cœperunt: adeò in contrarium repentè mutatis, ut solùm pro eo esset, quod maximè læserat. *Libanius de Iratο Achille:* Τοιοῦτον γὰρ τὸ πλῆθος, οἷον πρὸς ἔλεον καὶ οἶκτον διαφέρεσθαι πρόχειρον: Ea est multitudo, quæ celeriter ac facilè ad misericordiã & molliciem flectatur.

Facilis juventa, senecta difficillima est.) *Tacitus lib.* III. *Annal. cap. 8. f.* Hæc palam & vitato omni secreto: neque dubitabantur præscripta ei à Tiberio; cùm incallidus alioqui & facilis juventa, senilibus tunc artibus uteretur.

Facillimum est inferre amico injuriam.) *Versus 4. ex Actu* III. *Scena* II. *Trinummi Plautinæ.*

Famam unà amator perdit cum pecunia.) *Utrumque enim ferè malum adhæresit militantibus sub vexillo amoris, ut mille locis inculcant Comœdiæ. Sed & legimus apud Tacitum libro* XIII. *Annal. cap.* 44. *inter querelas Octavii sagittæ*, famam perditam, pecuniam exhaustam, &c.

Fames facit meretrices non pecunia.) *Vult credo non eas victimas factas libidinis, divitiarum consequendarum causa, quàm ut haberent, unde viverent. & ita ferè est: quotquot ferè prostituere à paupertate magis coactæ fuere quàm avaritiâ.*

Fato datur potestas fato tollitur.) *De Tito Imperatore Suetonius cap.* IX. Duos patricii generis convictos in adfectatione imperii, nihil amplius quàm ut desisterent monuit, dicens principatum fato dari; *quæ etiam opinio erat de Regibus suis Ægyptiorum, affirmante Diodoro libro* I. *Bibliothecæ cap.* 90. *m. Plinius Panegyrico ad Traianum cap.* I. *m.* Ac si adhuc dubium fuisset, fortè casuque rectores terris, an aliquo Numine darentur, Principem tamen nostrum liqueret divinitus constitutum; &c.

Felicitas inopina parens iniuriæ.) *Tale quid legi apud Heliodorum, & ratio ea est, quia nimium ebrii sunt fortunæ illius suæ insolentis, nec eam ferre possunt aut concoquere. itaque in omnes impingunt.*

Felicitatem nullus homini aufert locus.) *Plutarchus libro de Exsilio cap.* XXVI. Καὶ τοι φυτῶ μὲν ἔστι τις χώρα μᾶλλον ἑτέρας ἑτέρᾳ πρόσφορος, ἀνθρώπου δὲ ἀρετὴν καὶ βλάστην βέλτιον ἀνθρώπου δὲ εὐδεὶς ἀφείρεται τόπος εὐδαιμονίαν, ὥσπερ οὐδὲ ἀρετὴν οὐδὲ φρόνησιν: Quamquam plantæ quidem unus locus alio est

est crescendo germinandoque aptior. Homini felicitatem nullus locus adimit: ut neque virtutẽ, neque prudentiam.

Felicitatem promere cuique licet domo.) *Tale quid censet Seneca Epistola* XCIV. §. 12. *pr.*

Felicem odisse, calamitas absque remedio est.) *Verba sunt D. Cypriani, Sermone de zelo.*

Felicium mores omnium gravissima est.) *Quoniam scilicet agrè relinquunt divitias, honores, & similia. Contrarium tamen censet Plutarchus, sed alia interpretatione, in vitâ Pelopidæ cap. 63. pr.*

Felicibus statuere leges arduum.] *Ita enim Cyrenaïs dixerat aliquando Plato:* Δεομένων δὲ (ὡς ἔοικεν) ὅπως σοὶ νόμους γράψῃς καὶ τὸν δῆμον αὐτὸν εἰς τύπον τινὰ κατάστασιν πολιτείας σώφρονος, ἔφη χαλεπὸν εἶναι Κυρηναίοις οὕτως ἀτυχοῦσιν νομοθετῆσαι. οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπου δυσκολώτερον οὐδὲ πρᾶσσειν δακνομένου· οὐδὲ αὖ πάλιν ἀπειθέστερον ὑπὸ κακίας, συσκλέντος ὑπὸ τῆς τύχης: Quum enim illum sciliret rogassent ut leges ipsis scriberet, populumque ipsum ad formam aliquam ordinaret bonam moderandæ Reipublicæ; arduum dixit esse adeò fortunatis leges ferre Cyrenæis. Nihil est enim homine rebus elato secundis contumacius, neque parentius imperio rebus adversis dejecto. *refertur Plutarcho in vita Luculli, cap. 3. f.*

Ferè est aviditas dives, & pauper pudor.) *Versus Phædri è Fabula* XXXII. *f.*

Ferè inopiam adsectatur pestilentia.) *Justinus lib. 11. cap. 21.* Multorum deinde dierum inopia contraxerat & pestem; tantaque fœditas morientium fuit, ut viæ cadaveribus implerentur.

Ferè

Ferè nequit loqui, tacere qui nequit.) *Gellius libro 1. Noct. Attic. cap. 15.* Epicharmium quoq; illud non inscitè se habet: Οὐ λέγων λεινὸς, ἀπ᾽ ἄ σιγᾶν ἀδυνάτω. Ex quo profectò hoc sumptum est: Qui cùm loqui non posset, tacere non poterat.

Feritas Leonum inter sese non dimicat.) *Id tamen homines faciunt. Verba sunt Plinii è lib. 7. Natur. Hist. præfatione.*

Ferrum benè intermisceas caduceo.) *Nisi me fallit memoria, simile quid legi in Aristidis Oratione altera pro Quatuor viris.*

Festum diem usque & usque & usq; agit bonus.) *Vult puto, totam vitam probi nihil aliud esse præterquàm diem festum: de quo inter alios, videatur & Plutarchus libro de Tranquillitate capite penultimo.*

Fidei ægrius quàm damna frontis sarcias.) *Verba Ennodiana ex libro* VIII. *Epistola 27. p.*

Fideliores longè oculi sunt auribus.) *Iulianus Apostata Epistola ad Leontium*: Ο λογοποιος ὁ Θουκυδιδης, ὥπερ εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερος· τοῦτο δὴ καὶ σοῦ ἐναντίαν ἔχω γνώμην ἐγώ; &c.

Fieri potest fundi quoque furtum & ædium.) *Quomodo, videsis apud Gellium libro* XI. *Noct. Att. cap. 18. m.*

Fit & stupore vulgi medicus nobilis.) *Petitum è Phædri fabula numero* XIV. *a. f.*

Fit rusticus sermo, si adspires perperam.) *Rationem videre licet apud Gellium libro* XIII. *capite 6. m.*

Fit sæpius causa odii amor flagrantior.) *Quære, in-*

re, invenies apud Tullium in Catone minore, capite 52. f.

Fiunt ferè preces degeneres ob metum.) *Tacitus libro* XII. *Annalium cap. 36. f.* Cæterorum preces degeneres fuerunt ex metu. at non Caractacus aut vultu demisso, aut verbis misericordiam requirens, &c.

Flagitia cuncta, semper alumni sunt Opum.) *Apuleius Apologia* 1. Enimverò paupertas olim Philosophiæ vernacula est, frugi, sobria, parvo potens, æmula laudis, adversum divitias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio benesuada. neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit. Delicias ventris & inguinam neque vult ullas, neque potest. Quippe hæc & alia flagitia, divitiarum alumni sunt. Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: ubi contra hanc temerè inter illustres viros divites comparent. sed quemcumque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. Paupertas inquam, prisca apud secula omnium civitatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorũ inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta.

Florida est quæcunque agit sub disciplina civitas.) *Æschines in Timarchum*: Καὶ πόθεν ἄρχεται; Νόμοι φησὶ περὶ εὐκοσμίας. ἀπὸ σωφροσύνης πρώτον ἤρξατο, ἐς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄρισα τὴν πόλιν οἰκησομένην: Vnde autem auspicatur? Leges, inquit, de disciplinâ. A modestiâ primum

Ferè nequit loqui, tacere qui nequit.) *Gellius libro 1. Noct. Attic. cap. 15.* Epicharmium quoq; illud non inscitè se habet: Οὐ λέγων λεινὸς, ἀπὸ σιγᾶν ἀδυνάτω. Ex quo profectò hoc sumptum est: Qui cùm loqui non posset, tacere non poterat.

Feritas Leonum inter sese non dimicat.) *Id tamen homines faciunt. Verba sunt Plinii è lib. 7. Natur. Hist. præfatione.*

Ferrum benè intermisceas caduceo.) *Nisi me fallit memoria, simile quid legi in Aristidis Oratione altera pro Quatuor viris.*

Festum diem usque & usque & usq; agit bonus.) *Vult puto, totam vitam probi nihil aliud esse præterquàm diem festum: de quo inter alios, videatur & Plutarchus libro de Tranquillitate capite penultimo.*

Fidei ægrius quàm damna frontis sarcias.) *Verba Ennodiana ex libro* VII. *Epistola 27. p.*

Fideliores longè oculi sunt auribus.) *Iuliani Apostatæ Epistola ad Leontium*: Ὁ λογοποιὸς ὁ Θουκυδίδης, ὥσπερ εἶπεν αὐθρώποις ὁ Φθυλεὺς ἀπιστεῖς· τοῦτο δὴ καὶ σοὶ ἐναντίον ἔχω γνώμην ἐγώ; &c.

Fieri potest fundi quoque furtum & ædium.) *Quomodo, videsis apud Gellium libro* XI. *Noct. Att. cap. 18. m.*

Fit & stupore vulgi medicus nobilis.) *Petitum è Phædri fabula numero* XIV. *a. f.*

Fit rusticus sermo, si adspires perperam.) *Rationem videre licet apud Gellium libro* XIII. *capite 6. m.*

Fit sæpius causa odii amor flagrantior.) *Quare, in-*

re, invenies apud Tullium in Catone minore, capite 52. f.

Fiunt ferè preces degeneres ob metum.) *Tacitus libro* XII. *Annalium cap. 36. f.* Cæterorum preces degeneres fuerunt ex metu. at non Caractacus aut vultu demisso, aut verbis misericordiam requirens, &c.

Flagitia cuncta, semper alumni sunt Opum.) *Apuleius Apologia* I. Enimverò paupertas olim Philosophiæ vernacula est, frugi, sobria, parvo potens, æmula laudis, adversum divitias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio benesuada. neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit. Delicias ventris & inguinam neque vult ullas, neque potest. Quippe hæc & alia flagitia, divitiarum alumni sunt. Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: ubi contra hanc temerè inter illustres viros divites comparent. sed quemcumque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. Paupertas inquam, prisca apud secula omnium civitatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorũ inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta.

Florida est quæcunque agit sub disciplina civitas.) *Æschines in Timarchum*: Καὶ πόθεν ἄρχεται; Νόμοι φησὶ περὶ εὐκοσμίας. ἀπὸ σωφροσύνης ἄρχων ἤρξατο, ἐς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄρισα τὴν πόλιν οἰκησομένην: Vnde autem auspicatur? Leges, inquit, de disciplinâ. A modestiâ primum

Ferè nequit loqui, tacere qui nequit.) *Gellius libro 1. Noct. Attic. cap. 15.* Epicharmium quoq; illud non inscitè se habet: Οὐ λέγειν δεινός, ἀπὸ σιγᾶν ἀδυνάτως. Ex quo profectò hoc sumptum est: Qui cùm loqui non posset, tacere non poterat.

Feritas Leonum inter sese non dimicat.) *Id tamen homines faciunt. Verba sunt Plinii è lib. 7. Natur. Hist. præfatione.*

Ferrum benè intermisceas caduceo.) *Nisi me fallit memoria, simile quid legi in Aristidis Oratione altera pro Quatuor viris.*

Festum diem usque & usque & usq; agit bonus.) *Vult puto, totam vitam probi nihil aliud esse præterquàm diem festum: de quo inter alios, videatur & Plutarchus libro de Tranquillitate capite penultimo.*

Fidei ægrius quàm damna frontis sarcias.) *Verba Ennodiana ex libro* VII. *Epistola 27. p.*

Fideliores longè oculi sunt auribus.) *Iulianus Apostata Epistola ad Leontium*: Ο λογοποιος ὁ Θουκυδιδης, ὡτα εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. οὕτω δή σοι ἐναντίαν ἔχω γνώμην ἐγώ; &c.

Fieri potest fundi quoque furtum & ædium.) *Quomodo, videsis apud Gellium libro* XI. *Noct. Att. cap. 18. m.*

Fit & stupore vulgi medicus nobilis.) *Petitum è Phædri fabula numero* XIV. *a. f.*

Fit rusticus sermo, si adspires perperam.) *Rationem videre licet apud Gellium libro* XIII. *capite 6. m.*

Fit sæpius causa odii amor flagrantior.) *Quare, in-*

re, invenies apud Tullium in Catone minore, capite 52. f.

Fiunt ferè preces degeneres ob metum.) *Tacitus libro* XII. *Annalium cap. 36. f.* Cæterorum preces degeneres fuerunt ex metu. at non Caractacus aut vultu demisso, aut verbis misericordiam requirens, &c.

Flagitia cuncta, semper alumni sunt Opum.) *Apuleius Apologia* I. Enimverò paupertas olim Philosophiæ vernacula est, frugi, sobria, parvo potens, æmula laudis, adversum divitias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio benesuada. neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit. Delicias ventris & inguinam neque vult ullas, neque potest. Quippe hæc & alia flagitia, divitiarum alumni sunt. Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: ubi contra hanc temerè inter illustres viros divites comparent. sed quemcumque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. Paupertas inquam, prisca apud secula omnium civitatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorũ inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta.

Florida est quæcunque agit sub disciplina civitas.) *Æschines in Timarchum*: Καὶ πόθεν ἄρχεται; Νόμοι φησὶ περὶ εὐκοσμίας. ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο, ἐς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄρισα τὴν πόλιν οἰκησομένην: Vnde autem auspicatur? Leges, inquit, de disciplinâ. A modestiâ primum

Ferè nequit loqui, tacere qui nequit.) *Gellius libro 1. Noct. Attic. cap. 15.* Epicharmium quoq; illud non inscitè se habet: Οὐ λέγειν δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδυνάτως. Ex quo profectò hoc sumptum est: Qui cùm loqui non posset, tacere non poterat.

Feritas Leonum inter sese non dimicat.) *Id tamen homines faciunt. Verba sunt Plinii è lib. 7. Natur. Hist. præfatione.*

Ferrum benè intermisceas caduceo.) *Nisi me fallit memoria, simile quid legi in Aristidis Oratione altera pro Quatuor viris.*

Festum diem usque & usque & usq; agit bonus.) *Vult puto, totam vitam probi nihil aliud esse præterquàm diem festum: de quo inter alios, videatur & Plutarchus libro de Tranquillitate capite penultimo.*

Fidei ægrius quàm damna frontis sarcias.) *Verba Ennodiana ex libro* VII. *Epistola 27. p.*

Fideliores longè oculi sunt auribus.) *Iulianus Apostata Epistola ad Leontium:* Ὁ λογοποιὸς ὁ Θουκυδίδης, ὥσπερ εἶπεν αὐτὸς ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερος οὕτω δήπου σοῦ ἐναυπαν ἔχω γνώμην ἐγώ; &c.

Fieri potest fundi quoque furrum & ædium.) *Quomodo, videsis apud Gellium libro* XI. *Noct. Att. cap. 18. m.*

Fit & stupore vulgi medicus nobilis.) *Petitum è Phædri fabula numero* XIV. *a. f.*

Fit rusticus sermo, si adspires perperam.) *Rationem videre licet apud Gellium libro* XIII. *capite 6. m.*

Fit sæpius causa odii amor flagrantior.) *Quære, in-*

re, invenies apud Tullium in Catone minore, capite 52. f.

Fiunt ferè preces degeneres ob metum.) *Tacitus libro* XII. *Annalium cap. 36. f.* Cæterorum preces degeneres fuerunt ex metu. at non Caractacus aut vultu demisso, aut verbis misericordiam requirens, &c.

Flagitia cuncta, semper alumni sunt Opum.) *Apuleius Apologia* 1. Enimverò paupertas olim Philosophiæ vernacula est, frugi, sobria, parvo potens, æmula laudis, adversum divitias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio benesuada. neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit. Delicias ventris & inguinam neque vult ullas, neque potest. Quippe hæc & alia flagitia, divitiarum alumni sunt. Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: ubi contra hanc temerè inter illustres viros divites comparent. sed quemcumque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. Paupertas inquam, prisca apud secula omnium civitatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorũ inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta.

Florida est quæcunque agit sub disciplina civitas.) *Æschines in Timarchum*: Καὶ πόθεν ἄρχεται; Νόμοι φησὶ περὶ εὐκοσμίας. ἀπὸ σωφροσύνης τοίνυν ἤρξατο, ἐξ οὗπερ πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἔθεσε τῇ πόλει οἰκησομένην: Vnde autem auspicatur? Leges, inquit, de disciplinâ. A modestiâ primum

mum auſpicatur: quaſi ubi optima diſciplina ſit, ibi civitatem maximè florere ſit neceſſe.

Flos puleer eſt, pallor virorum illuſtrium.) *Divus Gregorius Oratione* XIV. Καὶ τὸ καλὸν αὖθ' ὁ τῶν ὑψηλῶν, τὴν ὠχρότητα, ἢ τὸ τῆς φωνῆς ἠρέμα καὶ ἡσύχιον, ἢ τὸ τοῦ βαδίσματος ἐμβριθές τε καὶ ἡμερον· χθὲς μὲν φιλοσοφίαν, σήμερον δὲ κενοδοξίαν σεσημειώμεθα: Quin etiam pulchrum illum ſublimium virorum florem, hoc eſt pallorem, aut compoſitam & quietam loquendi rationem, aut inceſſus gravitatem cum manſuetudine conjunctam, heri philoſophiam, hodie inanis gloriæ ſtudium appellamus.

Fœcundus etiam ad quæſtum eſt pauper divitis.) *Quomodo, videndum erit apud D. Ambroſium capite III. in Tobiam.*

Formam auri potes mutare materiam ſed non potes.) *Debebat conſpici inter Trochaicos. eſtque verſus auro magis aureus, quo utamur cùm indicare voluerimus probum virum non mutari, licet à paupertate ad opes, aut divitiis ad egeſtatem adſcendat deſcendatve, &c. Divus Nazianzenus Epiſtola* CVII. Ὁ χρυσὸς ἄλλοτε μὲν ἄλλως μετὰ ποιείτω καὶ χηματίζεται εἰς πολλοὺς κόσμους τυπούμενος, ἢ πρὸς πολλὰ τῆς τύχης ἀγόμενος, μένει δὲ ὅπερ ἐστὶ χρυσὸς, καὶ οὐχ ἡ ὕλη μεταβολὴν, ἀλλὰ τὸ χήμα λαμβάνει· οὕτω καὶ τὸν σὸν καλοκἀγαθίαν ἡγούμενοι τὸν αὐτὸν μένειν τοῖς φίλοις κἂν ἀεὶ πρὸς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν, τοιοῦτον ἐξαίρετον ἡσυχίαν τὸν πρόσθεν ἀγαπᾶν· οὐ μᾶλλον τὸν ἀξίαν ἀλλαττόμενοι, ἢ τῷ προσώπῳ πιστεύοντες: Aurum aliàs quidem alio modo immutatur & effingitur, in multos ornatus informatum, atque

que ad multas res ab arte traductum: aurum tamen (ut est) manet: nec materia sed forma mutationem suscipit. Eodem modo tuam quoque probitatem eandem erga tuos amicos manere existimantes etiamsi ad altiores quotidie dignitatum gradus proveharis, hanc tibi deprecationem offerre minimè dubitavimus: quod scilicet dignitatem tuam non magis metueremus, quàm moribus tuis confideremus.

Formosus est? exspectet paullum, & non erit.) *Desumptum ex fine libelli Apulei qui est de Deo Socratis.*

Fortem virum illibenter ignavus videt.) *Quia vel sic videtur ipsi exprobrare animi vitium. Maximus Tyrius Dissertatione* XXIX. Ὁ μὲν γὰρ φιλόσοφος, βάρυ καὶ ἐπάχθες τοῖς πολλοῖς ὄνομα, ὡς ἐν πένητι ὁ πλούσιος· δῆμος βάρυ, καὶ ἐν ἀκολάστοις ὁ σώφρων, καὶ ἐν δειλοῖς ἀνὴρ ἀνδρεῖος. οὐ γὰρ ἀνέχονται αἱ πονηρίαι τὰς ἀρετὰς ἐν αἰτίᾳ καλλωπιζομένας: Grave enim molestumque est vulgo nomen philosophi: sicut pauper divitem, temperantem intemperans, virum fortem imbellis non libenter videt. Nec enim in regno suo virtutẽ se efferre æquis fert animis improbitas.

Fortissimus quandoque imbelli præmium est.) *Vule puto nemini gloriandum de robore corporis ac viribus maioribus ut omnibus sis superior, à fortuna vinceris; quæ tot Orbi debeas ludibrium obiiciet te imbecilliori, cui turpiter succumbas. Non male Aristides Oratione Platonica altera:* Εἰ δὲ ἔσωζον μὲν οἱ κυβερνῆται πάντες ἅπαντας σοῦ ἐμπλέοντας ἔσωζον δ' οἱ ἰατροὶ πάντες ἅπαντας σοῦ κάμνοντας· ἐνίκων δ' οἱ

χρείττο-

χρείττονες, ἐνίκων δ' οἱ μείζονες· τὸ δ' ἀεὶ τοῦτο πᾶσι ποθεινόν· μηδεὶς δὲ ἐζημίωτο τῶν ἀρξαμένων κατορθοῦν. Οὐκ ἦν δὲ καὶ ἀμάχανος μηδὲν διέφερον· ἀθάνατα πάντ' ἂν ἦν τῶν ἀνθρώπων πράγματα· οὐδὲν ἂν δεῖσθαι ἴσως ἐδόκει· οὐδ' ἂν κατέκλυζεν ἡμᾶς τὸ πίθων ἄτερον ὥσπερ νῦν. νῦν δ' οἱ ποιηταὶ πολλὰ χρήσιμοι. κἀνταῦθα ποθοῦνται καὶ ἀκολουθοῦσιν ἡμῖν ὑπομιμνήσκοντες ἀεὶ τῆς φύσεως, ἐφημέρους τε καλοῦντες καὶ χαμαὶ ἐρχομένους, καὶ πάντα τρόπον πλὴν ἀλαζονείαν καθαιροῦντες, ὅπως μηδ' εἴ τις οὖ πράττειν δοκεῖ, τούτῳ θεσπιῴοιτο. μηδ' ἑτέρῳ πλείονι τοῦ πράττειν φθέροι πλὴν τύχης ῥᾳδίως: Quòd si gubernatores omnes cunctos vectores salvos præstarent, ac medici omnes cunctos sanarent ægrotos, & maiores ac potiores vincerent, atque hi omnes semper florerent, nec quisquam eorum, qui rectè cœpisset agere, erraret, neque votum à facultate quicquam differret: immortales forent res omnes humanæ, nec precibus fortassis opus esset neque nos, ut nunc, dolium alterum perfudisset. Nunc verò poetæ cum in aliis rebus multis prosunt, tum heic nobis imminent, ac naturæ nostræ semper nos admonẽt, & diurnos atque humi repentes vocant, atque arrogantiam quovis modo tollunt, ne quis, etiam sibi felix videatur, efferat se, nec alteri, qui quid offenderit, temerè fortunam obiiciat.

Fortuna belli item novatur cum loco.) *Annibal Antiocho, apud Trogi abbreviatorem libro* XXXI. *cap.* 7. Aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci, temporisque, agros diripuisse, urbes aliquas expugnasse: cum Romano seu occupaveris prior

aliqua

aliqua, seu viceris, tum etiam cum victo & iacente luctandum esse. Quamobrem si quis eos in Italia lacessat, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse vincere, sicut ipse fecerit: Sin verò, quis illis Italia velut fonte virium cesserit, perinde falli, ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordiis derivare, sed concretis iam aquarum molibus avertere vel exsiccare velit. Hæc & secretò se censuisse, ultroque ministerium consilii sui obtulisse; & nunc præsentibus amicis ideo repetisse, ut scirent omnes rationem cum Romanis gerendi belli; eosque foris invictos, domi fragiles esse. Nam prius illos urbe quàm imperio; prius Italia quàm provinciis exui posse: quippe & à Gallis captos, & à se prope deletos esse: neque se unquam victum prius, quàm terris eorum cesserit. *Plura huc item facientia, hauriamus ex Oratione Scipionis, Fabianæ opposita, apud Livium lib.* XXVIII. *cap.* 43. 44.

Fortuna justitiæque suadæque est soror.) *Plutarchus libro de Fortuna Romanorum, cap.* V. *f.* οὐ μὴν ἀπάθης, οὐδὲ Πίνδαρον, οὐδὲ λίδυμον τρέφουσα τηδάλιον, ἀλλὰ μᾶλλον Εὐνομίας. καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ, καὶ Προμηθείας θυγάτηρ, ὡς γλυκαλογεῖ Αλκμάν. Non enim incerta est, qualis apud Pindarum, neque geminum versat gubernaculum: sed rectiùs dicitur Iustitiæ & Suadæ soror, ac Providentiæ (siquidem ea est Promethea) filia: quomodo genus eius Alcman describit.

Fortuna matrem agnoscit Providentiam.) *Etiam super eo consulatur modò citato loco Plutarchus.*

Fortuna ubique, at plurimum in bello valet.)

Cæsar libro VI. *Belli Gallici capite 30.* Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari Fortuna potest, &c.

Fortuna ubi iam summa est, ipsa in se ruit.) *Horatius*, Suis & ipsa Roma viribus ruit. *Seneca libro de brevitate vitæ capit. 4. f.* Potentissimis & in altum elatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis præferant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tutò liceat, descendere. nam ut nihil extra lacessat, aut quatiat; in se ipsa fortuna ruit.

Fortuna vix colit virtutem prospera.) *Verba ex lib.* IV. *auctoris ad Herennium.*

Fortuna utramque nobis paginam facit.) *Id est omnia ei accepta ferimus aut imputamus, prospera, adversa. Plinius libro II. Natur. Hist. cap. 7.* Toto mundo & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus Fortuna sola invocatur: una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conviciis colitur, volubilis, à plerisque verò & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola utramque paginam facit. Adeoque obnoxiæ sumus sortis, ut sors ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus.

Frigus, fameſque, pretia sunt ignaviæ.) *Factum è Plauti Menæchmis actus* V. *Scenæ 6. versu 9. ac 10.*

Frons atque vultus animi omninò janua est.) *Sumptum à Cicerone, ex libello ad Quintum fratrem de pe-*

de petitione Consulatus, cap. XII. *p.* Curaque ut aditus ad te diurni atque nocturni pateant, neque foribus solùm ædium tuarum, sed etiam vultu & fronte, quæ est animi janua: quæ si significant voluntatem abditam ac retrusam, parvi refert patere ostium, &c.

Frui alterius insania res optima est.] *Simile quid voluit Plinius libro* XVIII. *cap.* 5. Eodem pertinet quod agricolam vendacem oportere esse dixit Cato. Fundum in adolescentia conserendum sine cunctatione, ædificandum non sine consito agro. tunc quoque cunctanter: optimumque est, ut vulgo dixere, aliena insania frui; sed ita ut villarum tutela non sit oneri.

Frustra ligata lingua armatur dextera.) *Neque enim convitia aut tibi bono fuerint, aut malo victoribus.*

Fucis adumbrant veritatem fœminæ.) *Simocatta Epistola* III. Ὁ Φυσικός σοι κόσμος παρώχηκε, καὶ ῥυτίδων ἐγγὺς ἡ ἀπέπτα. σὺ δὲ ψεύδῃ χαράττων ἀπιχθρεῖς τ' ἀλήθειαν ἀπατᾷς κόσμῳ σοὶ ἐρασὰς ἐμφαυλίζουσα. πρόσεχε χρόνῳ χειρίδιον· ἃ γὰρ ἀπρεπεῖς οἱ λήμμασιν ἐν μετοπώρῳ τῆς ἀνθέσι. μέμνησο καὶ θανάτου. τοῦτῳ γὰρ ἐγγυτέρασας, καὶ σωφροσύνῃ ἐξαναγκῆς ἀσκεῖν ἀπαρτίδα. Naturalis decor in te præteriit, & vicina rugis est facies. tu verò fingere veritatem niteris, suppositis pigmentis amatores eludendo. Concede tempori anicula. neque enim speciosa stant floribus in senectute prata. memento & mortis cui appropinquasti, & temperantiam ex necessitate instituas excolere.

Fulget quidem aurum, sed magis multò fides.)

Dictum Divi Augustini, petitum alibi è Sermonibus.

Furantur omnes qui faciunt quod non licet.) *Salvianus libro* IV. *de Gubernatione Dei:* Furtum quoque, ut putas servile vitium [illegible] furtum dives facis, quando à Deo vetita præsumis. Omnes siquidem furta faciunt, qui illicita committunt.

Fures duos vix saltus unus nutriat.) *Aristophanes in Vespis:* Οὐ γὰρ ἂν ποτε τρέφειν δυνατ' ἂν μία λόχμη κλέπτα δύω.

Gaudet magis qui donat illo qui accipit.) *Quidni? cùm omne beneficium homini ingenuo onus sit gravissimum; ut pluribus videre est apud Senecam libro II. de Beneficiis cap. 2. 23. & 24. Ælianum libro* XI. *Variæ Histor. capite 9. f. libro* X. *capite 8. Hinc audire est à Publio Syro:* Beneficium accipere, libertatem vendere est. *Quò respexit Sallustius, ubi infit de Cornelio Sulla:* Adhoc milites benignè appellare; multis rogantibus, aliis per se ipse beneficia dare; invitus accipere; sed ea properantius quàm æs mutuum reddere: ipse à nullo repetere; magis id laborare, uti illi quàm plurimi deberent.

Gemmæ suæ sunt in cerebro piscibus.) *De quibus Plinius libro* XXXVII. *cap. 10. m. & f. Accommodari poterit hominibus; & cerebro potius ipsis depromendas gemmas, quam ex arca, aut dactyliotheca, &c.*

Gemmis suam dat caritatem opinio.) *Veritate enim nihil differunt à ceteris lapidibus; quodque pretiosi dicantur debitum stultitiæ, ut non unis rationibus ostendit schola Philosophorum. Hinc & D. Chrysostomus*

stomus Homilia x. in Epist. ad Philipp. Τίνος οὖν ἕνεκεν, φησὶν, οἱ λίθοι; εἰ τὸ δή μοι σύ. τίνος γὰρ ἕνεκεν οἱ λίθοι οὗτοι τοιοῦτοί εἰσί; καὶ ἐκεῖνοι τῇ λιπαρᾷ βαρύτιμοι, μᾶλλον δὲ οὗτοι χρησιμώτεροι; οὗτοι μὲν γὰρ καὶν σφόδρα οἰκοδομῶσι συμβάλλοντες, ἐκεῖνοι δὲ πρὸς οὐδὲν καὶ οὗτοι ἐκείνων ἰσχυρότεροι. ἀλλ' ἐκεῖνοι, φησὶ, καὶ ἐργάζονται. πῶς; ὑπολήψεως ἐστὶ τὸ ἔργον. λευκότεροι εἰσὶν, ἀλλ' οὐκ εἰσὶ μαρμάρου γε φόδρα λευκοῦ λευκότεροι, ἀλλ' οὐδὲ ἴσοι, ἀλλ' ἰσχυρότεροι; ἀλλ' οὐδὲ γε τοῦτο ἔχοιτις ἂν εἰπεῖν. ἀλλὰ χρησιμώτεροι; ἀλλὰ μείζους; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. πόθεν οὖν ἐθαυμάσθησαν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ ὑπολήψεως μόνης; εἰ γὰρ μήτε καλλίους εἰσίν. ἀρήσομεν γὰρ αὐτῶν φανερώτερους, λευκοτέρους, μήτε χρήσιμοι, μήτε ἰσχυρότεροι, πόθεν οὕτως ἐθαυμάσθησαν; οὐχὶ ἀπὸ ὑπολήψεως μόνης; τίνος οὖν ἕδωκεν; ἀλλὰ σὺ ἐνόμισας μέγα πεῖναι. At illi, inquit, pulchritudinem afferunt: quomodo? totum id opinionis est: sunt candidiores? at non certè marmore valde candido? quinetiam neque ad illius candorem accedunt: at solidiores? ne id quidem: at utiliores? at majores? neutiquam. Vnde igitur suspiciuntur? non aliunde, quàm ex sola existimatione. Nam si neque pulchriores sunt (multos enim inveniemus illis lucidiores, & candidiores) neque utiles, neque solidiores: unde, inquam, adeò suspiciuntur, an non ex sola existimatione? Quam igitur ob causam illos dedit? non ipse dedit: sed tu magnũ esse quippiam putasti.

Gens ardelionum multa agendo nil agit.) *De qua non inepte Phædrus libro 11. capite 36. qui adeatur.*

Gignentium nudum solum est, ubi deest aqua.)

Adeatur Salluſtius Iugurthinæ hiſtoriæ cap. LXXIX. *Ioſephus lib. III. Antiq. Iudaic. cap. I. p. aliiq;. Ammianus lib.* XXIII. *cap. 26. p.* Et quanquam pleraque ſunt ibi deſerta aquarum penuria &c.

Gladium ac venenum femina eſt videntibus.) *Cyprianus libro de Habitu virginum*: Cæterùm ſi tu te ſumptuoſius comes, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuventutis illicias, ſuſpiria adoleſcentum poſt te trahas, concupiſcendi libidinem nutrias, peccandi fomenta ſuccendas, ut & ipſa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium & venenum videntibus præbeas, excuſari non potes, quaſi mente caſta ſis & pudica. redarguit te cultus. improbus & impudicus ornatus, &c.

Gnatus patrem & ſi vincit, at vincit patri.) *De Turrino rhetore Seneca pater libro* X. *Controverſia* 2. Et cùm dixiſſet, ſe præmia in patrem contuliſſe; dixit: Vici te pater, ſed nempe vici tibi.

Gnavè agere oportet quod agas, non ductariè.) *Citatur à Grammaticis è Plauti Frivolaria.*

Græcanica eſt prudentia, audacia barbara eſt.) *De eo videndus Plutarchus libro de Audiendis poetis, capite 48.*

Grande æs ſit auri parva lamna penſius.) *Quemadmodùm & lapides molares à puncto adamantis longè ſuperantur. Cæterùm apparet verba deſumpta ex his Gellii libro 3. capite 3.* Nam cùm in rebus aut paribus aut non longè ſecus utilitas amici & honeſtas noſtra conſiſtit: honeſtas proculdubio præponderat. cùm verò amici utilitas nimio eſt amplior

plior, honestatis autem nostræ in re non gravi levis iactura est: tunc quod utile amico est, id primùm illo, quod honestum nobis est fit plenius. sicuti magnum pondus æris parva lamina auri fit pretiosius.

Gratis amare, vera amoris est nota.) *Hinc Plutarchus in Gryllo capite* LXXI. Τῷ δὲ δέλφινι πάντα καὶ μόνῳ τὸ ζητούμενον ὑπὸ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἐκεῖνο τὸ φιλεῖν αὐδὲ χρείας, φύσει πρὸς ἀνθρώπους ὑπάρχει. μηδενὸς γὰρ εἰς μηδὲν ἀνθρώπου δεόμενος, πᾶσιν ἀβλαβὴς ἐστι φίλος, καὶ βεβοήθηκε πολλοῖς· ὧν τὰ μὲν Ἀρίονος οὐδεὶς ἄγνοεῖ. Delphino præter omnia animalia & soli id natura dedit, quod optimi requirunt philosophi, nempe ut amet gratis. Nullam enim ad rem homine opus habens, omnibus benignus est, omnes amat, multis auxilium tulit. Atque Arionis quidem historiam omnium ore celebratam, nemo ignorat. *Porro non esse amicitiam ubi aliquid præter ipsam expetitur, docet Tullius libro III. de Finibus bon. capite 20. m. sed magis libro de amicitia capite 9. Egregieque idem eiusdem commentationis capite 27.* Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita: quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis, &c.

Gratum beneficium est cuius auctor perplacet.) *Ennodius libro II. Epistolæ primæ extremo*: Gratum nobis est beneficium cuius colimus & veneramur auctorem. *Ovidius*:

——— sic acceptissima semper
Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.

Seneca libro primo de Benefic. cap. 15. At illa beneficia quanto gratiora sunt, quantoque in partem interiorem animi nunquam exitura descendunt, cùm delectant cogitantem magis à quo, quàm quid acceperis.

Gratum & Deo donum omnium parvissimum est.] *Nazianzenus Oratione* IX. Οὐδὲν οὕτω μικρὸν τῶν εἰσφερομένων θεῶν, κἂν ἐλάχιστον ᾖ, κἂν πολὺ τῆς ἀξίας λειπόμενον, ὃ μὴ προσίεται πάντως καὶ ἀποδέχεται. Nihil eorum, quæ Deo offeruntur, tam parvum est, quamvis etiam minimi momenti sit, quamvis longè infra illius dignitatem, quod non omnino accipiat, gratumque habeat.

Graviora amici contumelia quam exteri.] Tum ob cogitationem familiaritatis, tum quod præter exspectationem id nobis accidit; *ut loquitur Simplicius in Epictetum. Addatur Plutarchus libro de Ira cohibenda capite 31. m. Symmachus libro III. Epistol. 18. m. Aristides Oratione Leuctrica 11. Curtius de vita Alexandri libro* VI. *capite 46. f. Nazarius Panegyrico dicto Constantino capite* XI. *pr. D. Chrysostomus Homilia* IV. *in Epist. ad Romanos. Item Homilia* IV. *ad Titum. Libanius apud Antoninm & maximum:* Αἱ ἐκ φίλων εἰς φίλους ὀργὰς λύπην δυσθεραπεύτοις λίαν τυγχάνουσι, καὶ μείζους τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας. Molestiæ quæ ab amicis inter se excitantur, sunt curatu difficiles omnino, graviusque quàm hostium contumeliæ offendunt.

Gravior animorum morbus est quàm corporũ.) *Divus Gregorius Oratione* XVI. Τί ταῦτα, ὦ φίλοι καὶ ἀδελφοί; τί νοσοῦμεν καὶ αὐτοὶ τὰς ψυχὰς νόσον, πολὺ δὲ τῶν σωμάτων χαλεπωτέραν; ὅσῳ τοι μὲν ἀκουσίου οἶδα,

τοὶ

τὰ τῆ ἐχομένῳ ἐπ θεωρέσεως, ἢ τὰ μὲν τῆ ζωῆ ταύτῃ συγκαταλυόμενα, τὰ δ' σὺν αποῦσαν ἡμῖν μεθισάμενα. καὶ τὰ μὲν ἑλεεμένα, τὰ δ' μισουμένα; τῖς γε νοῦν ἔχουσι. Quid hæc, ô amici & fratres? quid nos quoque animorum morbo tenemur, hoc eſt, morbo longè graviori, quàm quo corpora premuntur? Hic etenim præter voluntatem exiſtit: ille à voluntate manat. Atque hic unà cum hac vita extinguitur: ille, cùm hinc migramus, nobiſcum abſcedit. Hic denique miſerationi, ille odio eſt, apud eos quidem, qui mentis ſunt compotes.

Graviora ſunt futuris mala præſentia.) *Egregiè præ ceteris Imperator Manuel capite* LXXVIII. Ἀληθῶς τ ὄντων οὐδὲν δύσκλειτον ἀνθρώποις ἂν εἴη οἷς χῶ χρώμεθα κακοῖς, χείρω ταῦτα τ ἄλλων νομίζομεν ὅπ τὸ δεινὸν παρὸν, ἑαυτ δεινότερόν πως δοκεῖ, αὐτῷ τῷ παρεῖναι τ οὐ παρόντων πλεονεκτοῦν. καὶ ἡλλάξατ' ἄν τις πίζοντ νοῦφου ἐμβελτέτερον μέλλον. διὸ καὶ τοῖς ἀπροῦσι περιέχομεν, κἂν ὠσιμείζω τ ὄντων. εἰ δ' αὖτ τῖς ἐντυχοιμεν, ἐπαινοῦμεν αὖθις τὰ φθάσαντα. καὶ πολλάκις γε τυχὸν ἔτ δοκήσειεν ἄν τις. καὶ δηλοῦσιν οἱ φθόνοντες τ σίδηρον, ὑποβρυχίους ἑαυτοῦ τ ποιῆσιν. εἰ τὰ ναυαγίῳ χρησάμενοι, καὶ κινδυνεύοντες καταδῦναι, λιτέμου μαχαίρας δεήσοντ. καί που τὶς καπνὸν φεύγων ἀσφυκτέπως, εἰς πῦρ ἐνέπεσε· καὶ αὖ πυρὶ φλεγόμενο, ὡς ὕπι ὠδαμύτατον τὸν χρημενὸν ἑλέσθαι. Eſt omninò difficile mortalibus, de rebus iudicare. nã qui bus in malis verſamur, ea deteriora putamus aliis: quoniam malum, quod adeſt, ſeipſo quodammodo gravius eſſe videtur, ipſaque præſentia ſua deprimit abſentia mala: facilè ut aliquis leve malum, quod premit, cum futuro graviore commutaverit.

Ea propter & curſu ad illa quaſi properamus mala, quæ abſunt; tametſi præſentibus maiora ſint. Ad eadē verò delati. rurſum præterita laudamus. quod quidem uſuvenire, vel illi ſunt indicio, qui ferrum fugientes, in undas ſeſe præcipitant. deinde naufragium paſſi, & ſubmerſionis in periculo conſtituti, gladium ancipitem prehendunt. Alius inconſideratè fumum fugiens, in ignem ruit; ac viciſſim abigni dum uritur, ad præcipitem rupem, veluti ſolatium quoddam, adcurrit.

Graviora quædam ſunt remedia periculis.) *Verba ea citantur à Seneca patre libro* VI. *Controver.* VII. *videatur Tragœdiographi Medæa verſu 433. Caſſiodorus libro* VI. *Variarum 22. Attendit huic ſententiæ Marius, narrante Plutarcho in vita eius cap. 7. m.* Ἰξῶν γὰρ (ὡς ἔοικε) μεγάλων ἀνάπλεως ἀμφω τὰ σκέλη γεγονὼς, καὶ τὴν ἀμορφίαν δυσχεραίνων, ἔγνω θεραπεύειν ἑαυτὸν ἰατρῷ· καὶ παρέσχεν ἄδετο θατέρου σκέλους, οὐδὲ κινηθεὶς, οὐδὲ σεναίξας, ἀλλὰ καθεσὼς τῷ σώματι καὶ μετὰ σιωπῆς τὰς ἐρβολὰς τινας ἀλγηδόνων, τοῖς τομαῖς ἀναφέρομένας. ἐπεὶ ἰατροῦ μεθιστάντος ἐπὶ θάτερον, οὐκέτι παρέσχε, φήσας, οὗτω τὸ ἐπανόρθωμα, τῆς ἀλγηδόνος οὐκ ἄξιον. Siquidem quum haberet utrumque crus varicum plenum, & deformitate angeretur, ſtatuit ſe præbere medico, præbuitque non ligatus alterum crus, neque movit ſe vel ingemuit; ſed vultu immoto pertulit dolores inſecando intolerādos. Quum inde ad alterum crus medicus tranſiret, detrectavit illud porrigere, ac, Video (inquit) non tanti eſſe emendationem, ut eum feram dolorem.

Graviora ſunt longinqui temporis odia.) *Iulia-*

nus

nus Imp. sine Epistolæ qua Argivos liberat à vectigali Corinthiorum: Καὶ τὸ μῖσος ὃ ἰσχυρὸν τῷ χρόνῳ κραταιοῦμενον, Grave autem odium esse solet, quod temporis longinquitas confirmavit.

Habitu optimum est in rebus omnibus modus.) *Versus Plauti numero* XXX. *è Pœnuli Actu 1. Scenâ 2.*

Hæreticorum mater est superbia.) *Dictum Divi Augustini contra Manichæos cap. 6.*

Hæreticorum haud peius est concordia.) *Idem & de furibus, ac latronibus, piratisque enunciaverimus de omni denique factione ac conjuratione.*

Harpyia cuivis terra fœnus pauperi est.) *Plutarchus libro de ære alieno vitando, cap.* XIII. Οἱ μὲν ὀφείλοντες ἀπαιτούμενοι, δασμολογούμενοι, δουλεύοντες, ὑπαργυρίζοντες, ἀνέχονται, καρτεροῦσιν· ὡς ὁ Φινεὺς ἁρπυίας τινὰς ὑποπτέρους βόσκοντες· οἱ δὲ δανεισταὶ ἀεὶ φέρουσι τῶν τροφῶν καὶ διαπάρζουσιν, οὐ καθ' ὥραν ἀλλὰ πρὶν θερισθῆναι τὸν σῖτον ὠνούμενοι, καὶ πρὶν ἢ πατεῖν τὴν ἐλαίαν, ἀγοράζοντες τὸ ἔλαιον, καὶ τὸν οἶνον. At qui debent, dum exiguntur, tributum postulant, serviunt, adulterina moneta circumveniuntur, omnia ista perferunt atque tolerant: instar Phinei harpyas quasdam alatas nutrientes, diripientes suum victum alieno tempore, & frumentum ante messem vẽdentes, oleum ante quàm olivæ decutiantur, vinum ante vindemiam.

Haud aliud iter est divitum atque pauperum.) *Iulius Bassus apud Senecam libro* X. *Controv.* I. Cur, inquit, me sequeris? quasi aliud iter pauperes, aliud divites habeant, &c.

Haud certus est bello ulli sumptum modus.)

ὁ γὰρ πόλεμος οὐ πεπαγμένα σιτεῖται, καθ' τὴν Ἀρχίδαμον. ὥστ' ὁ περὶς πόλεμον πλοῦτος, ἀόριστος. Bellum enim, ut ait Archidamus, certum modum non habet pabuli. itaque opes ad bellum definiri nequeunt; *referente Plutarcho in vita Crassi, cap 3. f.*

Haud civis est cui patriæ abjecta caritas.) *Porcius Latro Declamatione in Catilinam*: Necem paucorum, aut unius hominis, calamitati publicæ majores nostri semper anteponendam esse putaverunt. Quin genus crudelitatis eximium non sunt arbitrati cives eos perimere summisq; affligere suppliciis, quorum in Rempubl. perfæpe clarissima beneficiorum genera extitissent. Quid ita? quia nullum satis digni supplicii genus in eos consumi posse opinabantur, qui patriæ suę libertatem opprimere statuissent; nec illos cives esse iudicaverunt, quos abjecisse rationem patriæ charitatis intuerentur.

Haud cogitanda mors sed immortalitas.) *Dictum quo animabantur ad supplicium fortiter ferendum, martyres. Consulatur D. Cyprianus libro* IV. *Epistola 1.*

Haud conserit Livor manum cum imbellibus.) *Ut enim venti perflant altissima, sic summa petit Livor. Inde dictum Agathonis*: οὐκ ἔστιν αὐ ἀνθρώπιον τὸν βίον φθόνος, πλὴν ἐξ ἴσου πτερόεις: Haud illa fere virorum invidia, si omnium esset æqualis. Quintilianus

Haud enim quæ licent omnibus quæ licent.) *De Ulpiano Lampridius libro* XXX. *cap.* 23. Nonnulla sic, quod sunt aliqua quæ fieri non oportet etiam licentibus.

Haud diligit se, proximum qui haud diligit.)

Divus

Divus Augustinus apud Prosperum: Charitatem habens diligit Deum & proximum sicut seipsum. Amator enim Dei, amator est sui: & non diligens Deum, non diligit proximum, quia non diligit seipsum.

Haud esse lege mitior iudex potest.) *Quia illum formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit, ut loquitur Seneca libro 111. de Beneficiis capite 7. m.*

Haud esse oportet invidum, certè haud senem.) *Non magis sanè quam ei iam invidetur à iunioribus. Videatur Plutarchus libello quo digerit Reipublicæ gerendæ præcepta, cap. 36. p.*

Haud esse simplex pariter atque asper potes.) *De patre suo Divus Nazianzenus Oratione* XIX. Αλλ' ὡ τὸ αὐτὸς ἡμερῶ μὲν, εἰ καί τις ἄλλῳ, ἐνεργὸς δὲ καὶ τὸ ἡμερον· δύο γὰρ τούτων ὡς τὰ πολλὰ μαχομένων ἀλλήλοις, καὶ ἐν πλαθισαμένων, ἁπλότητι καὶ τεχνύτητι, καὶ τῷ μὲν τὸ ἥμερον ἐκρύσης μετὰ τῆς ἀπερίκλου, τῷ δὲ τὸ περικλινὲς δίχα τῆς φιλανθρώπου, ἐκείνῳ συνῆλθε θαυμασίως ἀμφότερα. Περίπλην μὲν, ὡς αὐτηρῷ μετὰ τῆς ἡμερότητος, ὑφιέσθαι δὲ, ὡς ἀπερίκλῳ, μετὰ τῆς ἐμπειρίας, ἐν πρεπόσαις, ἐν παῤῥησίαις, ἐν ἔθει παντὶ κυβερνήσεως. Verùm idem ipse, & lenis ac placidus, ut si quis alius, erat & ad agendum peræquè aptus & appositus. Quamvis enim hæ duæ res ferè inter se pugnẽt & opponantur, simplicitas nimirum & asperitas alteraque mansuetudinem cum inertia conjunctam habeat, altera rebus quidem gerẽdis apta sit, verùm humanitate careat; at in illo tamen mirificè hæc duo in unum convenerunt, nempe ut & tanquam

asper

aſper ac vehemens reb. gerendis cum manſuetudine incumberet, & tanquam à rebus gerẽdis alienus, ſeſe cum induſtria ſubmitteret, in præſidiis ferendis, in ſermonibus ab omni metu liberis, in omni denique gubernationis genere.

Haud eſt Deorum fructu honorem vendere.) *Natum videtur ex iſtis Phædri fabula* LVI. Olim quas vellent eſſe in tutela ſua Divi legerunt arbores: quercus Iovi, Et myrtus Veneri placuit, Phœbo Laurea, Pinus Cybelæ, populus celſa Herculi. Minerva admirans, quare ſteriles ſumerent, Interrogavit: cauſam dixit Iupiter, Honorẽ fructu ne videamur vendere.

Haud eſt parum vetare fieri iniuriam.) *Ariſtides de Platone navigante ad Dionyſium*: Νυνὶ δὲ ἔργῳ μαρτυρεῖν αὐτὸν ὅτι οὐ φαύλης φύσεως ἐδὲ τῆς τυχούσης εἴη λωφάμεως, τὸ τοῖς ἀδικεῖν ἐπιχειροῦσι μὴ ἐπιτρέπειν: Nunc autem re ipſa teſtatur, non eſſe vile nec facile, ſi quis lædere volentes prohibeat.

Haud eſt ſapor rerum bonarũ in proſperis.) *Ennodius libro* VI. *Epiſtola* 20. *p.* Ignoratur bonorum ſapor in proſperis. vix dignoſcitur ſuperni qualitas beneficii dum tenetur. poſt migrationẽ cupita dulceſcunt. deſiderii pretia in manibus conſtituta neſcimus, &c.

Haud expianda mortuis ſunt mortua.) *Divus Gregorius Epiſtola* CLXXXIII. Ἐπαινοῦσι πινὲς Πυθαγόραν τὸν Σάμιον. ὅτι θύσας λεῶσαι αὐτῷ, ἐπειδή γε ἄλλως οὐκ ἐπήνει τὸ θεῖον, πηλίνῳ βοὶ τὴν θυσίαν ἀφωσιώσατο. μηδὲ γὰρ χρῆναι νεκρὸν νεκροῖς καθαίρειν, οὕτω λέγων τὰ σώματα. Samium Pythagoram nonnulli hoc nomine laudibus efferunt, quòd cùm in eam neceſſita-

neceſſitatem veniſſet, ut ipſi ſacrificandum eſſet (quandoquidem alioqui ſacrificia minimè probabat) bove ex argilla confecto ſacrificium exolvit: quod ſcilicet negaret mortua mortuis expianda: nam ita corpora appellabat.

Haud exeat ſermo ullus è triclinio.) *Uſurpatum à Romanis, cùm indicarent haud eliminandam convivantium fabularum ſimplicitatem. Et verò Lacedæmonii etiam, ubi hoſpitem aut adoleſcentem in Phiditia acciperent, commonſtratis foribus, inquiebant;* Τωύτῃ σὸκ ἐξέρχεται λόγος: Hac nullus egreditur ſermo, *ut meminit Plutarchus Sympoſiacon libri* VII. *Proœmio.*

Haud exſuli datur exſilium quod imperas.) *Dictum videtur in tyrannos, vel malevolos, qui infamia notare amabant licet inſontes. nec tamen ulterius inſtabant. Certè occurrit apud Ennodium Apologetico pro Synodo:* Adoleſcentiæ meæ nemini me legiſſe temporibus de quodam dictum: Exſuli exſiliũ imperas, nec das.

b Haud flere timidi militis mater ſolet.) *Æmilius Probus in vita Thraſybuli:* Quo magis præceptum illud, omnium in animis eſſe debet; Nihil in bello oportere contemni; nec ſine cauſa dici, matrem timidi flere non ſolere.

a Haud femina ulla eſt rapta quin voluit rapi.) *Verſus adprimè acutus, natus proculdubio de ſententia Perſarum veterum de quibus ſic ſcribit libro 1. Herodotus, cap. 4. p.* Τὸ μὲν νυῦ ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον νομίζειν εἶναι· Τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων· τὸ δὲ μηδεμίλην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. πολλὰ γὰρ δὴ ὅπι εἰ

μὴ

μὴ αὐτῇ ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. Se quidem ſentire injuriorum virorum factum eſſe rapere feminas: amentium verò, raptis ulciſcendis operam dare: prudentium autem, pro nullâ habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ, niſi voluiſſent, haud dubiè raptæ non fuiſſent.

Haud fortitudo eſt quæ rationis indiget.) *Verba ſunt Ciceronis è libro* IV. *Tuſcul. Quæſtion. capite 22. f.*

Haud iam hominem habere oportet miſericordias.) *Sunt voces impuri hominis apud Plautum, Moſtellaria ſcilicet Actu III. Scena I. ver. 115.*

Haud intrat unquam Gratiarũ hortos Hiems.) *Delicatum verè carmen, quo affirmatur, abeſſe Charitum choro friguſculum omne: ideoque hortos earũ verè vigere perpetuo. tale quid memini legere in Ariſtide: ſed enim cùm aliquot, habeat Orationes longiſſimas, neque capitibus interſtinctas, id fruſtrà aliquamdiu quæſij.*

Haud Iupiter fias accepto fulmine.) *Lepidè uſurpabimus, cùm magiſtratus aut præfectura collata eſt à Rege aliquo in hominem imperitum rerum civilium bellicarumve. neque enim unà cum poteſtate tradere potuit & artem. quod ipſum, malo ſuo & Orbis totius, expertus eſt ambitioſus ille Phaetõ, nactus patris ſui currum. de ea re non protrita exhibuimus, De Græcis Latinisque excerpta latifundiis, ad illud Livii lib.* XXII. *cap. 26. f.* haudquaquam imperii iure artem imperandi æquatam.

Haud liberis coram objurgandus eſt pater.) *Minuit enim eam quam parentibus debent reverentiam: ut non malè oſtendit Plutarchus, libello quo*

ponit

ponit discrimen adulatoris atque amici, capitis LXXI. *pr.*

Haud ludicris ignaros oblectaveris.) *Tacitus de Frisiis sedentibus in theatro Pompeii libro* XIII. *capite* 54. *m.* Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caveæ, discrimina ordinum, quis eques, ubi Senatus percontantur, &c.

Haud maior est me quis, si haud est & iustior.) *Philosophi dictum, de quo consulendus Plutarchus cap.* x. *f. de profectu virtutis.*

Haud malè hostes deleas; malè sed cives, etsi improbos.) *Ratio in promptu est. alieni sunt hostes: at quid aliud sunt cives quàm imperii tui partes, ô Princeps? prudenter valde Scipio ad milites seditiosos apud Livium, profitetur,* nequaquam eodem animo se ire ad vindicandum id scelus quo civilem errorem nuper sanaverit. Tum se haud secus quàm viscera secantem sua, cum gemitu & lacrymis triginta hominum capitibus expiasse octo millium seu imprudentiam seu noxam: nunc læto & erecto animo ad cædem Illergetum ire. non enim eos neque natos in eadem terra, neque ulla secum societate iunctos esse, &c. *refert Livius libro* XXVIII. *capite* 32. *Alludit huc, illud Tragœdiographi in Thebaïde, versu* 657. multa dominantem vetat Amor suorum: plus in iratos licet. *Nec aliter intelligendus versus* 845. *Octaviæ:* Pœnam dolor constituet in cives tuos? *tanquam nunquam adeo graviter peccare possint cives, ut etiam veniant puniendi. M. Antonius in funere Iulii Cæsare, de ipso, apud Cassium libro* XLIV. Οὔτε γὰρ ἀπέθανεν, οὔτε ἔφυγεν, ἀλλ' οὐδ' ἡμιώθη τῶν ἀ-

ἐξέπαυεν ἐξ ἐκείνων τῶν πραγμάτων οὐδείς· οὐχ ὅτι οὐ δι' ἀκαιότητα αὐ πολλοὶ ἐκολάσθησαν, ἀλλ' ὅτι σοὶ μὲν πολεμίους ἀφειδῶς ἀπολλυῶαι, σοὶ δὲ καὶ πολίτας σώζειν κἂν φαῦλοι τινὲς ὦσιν ἠγεῖτο δεῖν. Nemo horum motuum causa, aut morte, aut exilio, aut ignominia ulla affectus fuit: non quòd non optimo iure multis pœnæ luendæ fuerint, sed quòd hostes affatim delendos, cives autem, etiam si qui improbi sint, servandos Cæsar existimabat. Ita fortitudine extraneos debellavit, humanitate autem salutem civibus tumultuantibus, quamvis sæpenumero indignis ea, conservavit. *Melius adhuc Themistius Oratione ad Valentem Imp.* Οὐ γὰρ μόνον τῶν πολεμησάντων, ἀλλὰ τῶν συμπολεμησάντων κρείττων ἐφάνης, τῶν μὲν ἀνιπτάντων κρατήσας, παραύξας δὲ σοὶ εὐβελισμένους· καὶ σοὶ μὲν ἀνδρίᾳ χειρωσάμενος, τῷ δὲ θυμὸν ἡμερώσας, καὶ γνοὺς ὁπόσον πολέμου νόσημα ἐμφύλιον διενήνοχε. καὶ ὅτι βαρβάρων μὲν Ρωμαίους ἄχει παντὸς ἐπεξιέναι σφοδρῷ, Ρωμαίοις δὲ μέτριον ὄφελεῖσθαι κατὰ Ρωμαίων τὸ παίσματος ἐπανορθῶσαι. καὶ ὥσπερ σώματος ἑνὸς τὸ μέρος τὸ ἀῤῥωστῆσαν ὁ θεραπεύειν ἑνὸν φαρμάκοις ἀπονήπειν σφαιρούμενος, οὐκ ἰᾶται τὸ σύμπαν, ἀλλ' ἀσθενέστερον ποιεῖ τῷ ἐλλείποντι· οὕτω καὶ τὸ ἀρχῆς μιᾶς οὔσης τῆς ὅλης Ρωμαίων, ὥσπερ πόλεως ἀκεβῶς ἅπαν γίνεται βλαβὲς ὃ βέλτιον ἔχειν ἐξὸν ζημιούμεθα. καὶ τι χείρω, ἢ σκέλος, ἢ ἄλλο μέρος πονῆσαν, οὐ δυνατὸν ἐκ τῆς ἰατρείας ὑγιαίτερον ἢ πρίν τι παθεῖν ἀποφανῶαι· ἀνὴρ δὲ ἐμμέτρου δίκης τυχὼν χρηστὸς ἄν ποτε καὶ βελτίων πρὸς τὸν πρᾶως σφοδρὸς ἐχθρὸν ἔσται. Non solum ex hostibus, sed etiam ex iis qui tecum militarunt, optimus apparuisti superior quidem evasisti adversariis, tibi verò placatos reddidisti iniuria affectus: illos fortitudine sub-

jugans

jugans, hos commotos ſedans; non neſcius quantum à bello inteſtinæ ſeditionis morbus diſtet: & quòd Romanis in barbaros omnia hoſtiliter agere liceat; Romanis autem contra cives Rom. ad correctionem pro delicti modo, modum imponi conveniat. Nam veluti corporis partem, quam pharmacis ſanare liceret, ſi quis ferro reſecet, non ſanat totum, ſed infirmius reddit reliquum corpus: ſic etiam cùm imperium unum & continuum ſit corpus inſtar urbis, totum damno afficietur, ſi quod levi adhibito remedio melius habere poſſit, acerbè plectamus. Atqui manum aut crus aut aliam quamvis partem corporis laborantem non poſſumus, niſi prius aliquid patiatur (puta reſectionem, uſtionemque) ad ſanitatem artis medicæ beneficio reducere. Homo verò moderata adfectus pœna, melior tandem evadet, erga eum à quo clementer tractatur.

Haud minus amicos ipſe quam te diligas.) *Voces Marci Tullii ex libro 1. de Finibus bonorum & malorum, cap. xx. f.*

Haud pauper eſt rerum cui uſus ſuppetit.) *Formatum ex illo Horatii libro primo Epiſtolarum 12. verſu 4.* Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.

Haud pauperi æqua lege licet cum divite.) *Verſus Plautinus 56. ex Actu 11. Scena 1. Ciſtellaria.*

Haud piſcem olere cuncti vel florem queunt.) *Citat tanquam vetus, Divus Ambroſius libro v. Hexaem. cap. 2.*

Haud pius haud ſapientia elephas quam lapis.)

Neſcio an verſus verũ dicat. beſtia enim illa paſſim audit optimè, proximeq; accedit ad ingenium moresq; humanos. ſi formatus eſt ex Plauti milite, ubi legitur actu 11. Scena 2. ver. 80. Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo; Neque habet plus ſapientiæ quàm lapis; *habet forſan quo ſe tueatur, ſed forſan. aliud enim eſt elephas, aliud corium eius.*

Haud pluris indocti homines ſunt quàm quantum habent.) *Apuleius Apologia* 1. Tu verò, Æmiliane, & id genus hominum, uti tu es, inculti atque agreſtes, tanti revera eſtis quantum habetis: ut arbor infecunda & infelix, quæ nullum fructum ex ſe gignit, tanti eſt in pretio, quanti lignum eius in trunco.

Haud præbet anſam fraudi qui nihil timet.) *Rotundè admodum Plutarchus in Ageſilao capite* LXIX. Θαρούνοντος δὲ Νεκτανάβιδος τὸν Ἀγησίλαον, καὶ λέγοντος ὅτι πολλοὶ μὲν εἰσιν οἱ πολέμιοι, μιγάδες δὲ καὶ βάναυσοι, καὶ δι' ἀπειρίαν δεῖ καταφρονητοί, Καὶ μὲν οὐ τὸ πλῆθος αὐτῶν (ὁ Ἀγησίλαος εἶπεν) ἀλλὰ τὴν ἀπειρίαν φοβοῦμαι καὶ τὴν ἀμαθίαν, ὡς δυσεξαπάτητον· αἱ γὰρ ἀπάται τὴν τοῦ προσδόξου ἐπάγουσι τοῖς περὶ ἄμιππαν ὑπονοοῦσι καὶ προσδοκῶσι τεπομένοις· ὁ δὲ μὴ προσδοκῶν μηδὲ ὑπονοῶν μηδὲν, οὐ δίδωσι τῷ προσδιαλογιζομένῳ λαβεῖν, ὥσπερ οὐδὲ τῷ παλαίοντι κοπίδα· ὁ μὴ κινούμενος: Ageſilaus, quũ Nectanabis eum confirmaret, allegaretque numeroſos quidẽ hoſtes eſſe, ſed collectitios & opifices, atque ut tyrones ſi orcipendendos, At non horum numerum, inquit, horreo: verùm ruditatem & inſcitiam, ut quæ impoſturis non ſit opportuna. quippe doli hos, qui ſuſpicaces & prævidentes moliuntur occurrere, præter opinionem circumveniunt:

unt: nihil qui prævidet, neque ſuſpicatur, hic non dat captanti anſam: ſicut nec luctanti momentum ille qui ſtat immotus.

Haud reſpicit Deum infulas ius bellicum.) *Niſi fortè precario. Argutiſſimè Libanius*, Στέμμασι δὲ οὐ προσεῖχεν ὁ βασιλεὺς, πολέμου νόμῳ. ταῦτα γὰρ πρότερον μὲν αἰδοῦντο. νυνὶ δὲ τούτων ἀπέχονται. ἀλλ' ἅμα τε ἐμβαίνουσιν εἰς πόλεμον ἄνθρωποι, καὶ πάντα τὰ τῶν ἐναντίων δυσμενῆ κέκληται· ἡ γῆ, οἱ τάφοι, ὅλα ἱερά. εἰ δὲ τὸ σκῆπτρον αὐτὸν ἐποίησε μετριώτερον, τί ἂν ἐκώλυσε τὸν γέροντα ἐκεῖνον αὐτὰ ταῦτα προσπίπτοντα, ἀξιοῦν αὐτὸν ἀποστῆναι τῆς πόλεως; οὕτως ἰὼν μὲν σωφρόνως ὁ βασιλεὺς, ὑπερεῖδε τὴν ἱκετηρίας. Infulas quidem non reſpexit Imperator, belli iure. Hæc enim revereri ſolebant prius, nunc non magis. Simul quidem ad bellum ut proceſſum eſt, omnia quæ hoſtium ſunt, contraria iudicantur: terra, ſepulchra, tota templa. Quòd ſi moveri ſceptro hic debuit, quid vetuit quo minus præferens iſta ſenex oraret Agamemnonem, ut ab oppugnanda Troia deſiſteret? Itaq; conſideratè progreſſus rex, ſupplicationem illam deſpexit.

Haud ſæpe tentat morbus temperantiam.) *Salluſtius de Africanis Catabathmon incolentibus*: Genus hominum ſalubri corpore, velox, patiens laborum: plerosque ſenectus diſſolvit, niſi qui ferro aut beſtiis interiere. nam morbus haud ſæpe quemquam ſuperat. *Auctor Dialogi de Oratoribus cap.* XLI. Quomodo minimum uſus minimumque profectus ars medentis habet in his gentibus, quæ firmiſſima valetudine ac ſaluberrimis corporibus utuntur: ſic minor Oratorum obſcuriorque gloria eſt inter bonos mores, & in obſequium regentis paratos.

Haud ſcire cuiquam eſt, ſerus veſper quid vehat.) *De eo proverbio Gellius libro* XIII. *capite* 11. *pr.*

Haud ſentiunt vincentes laſſitudinem.) *Plutarchus in Coriolano cap.* XII. Ἰσχυρᾶς δὲ περὶ τὸν Μάρκιον μάχης γενομένης καὶ πολλῶν ἐν ὀλίγῳ νεκρῶν πεσόντων, ἐγκείμενοι καὶ καταβιαζόμενοι, τοὺς πολεμίους ἐώσαντο, καὶ προεπόμενοι πρὸς δίωξιν αὐτῶν, τὸν Μάρκιον ἠξίουν ὑπό τε καμάτου βαρὺν ὄντα καὶ τραυμάτων, ἀναχωρεῖν, ὅπη τὸ στρατόπεδον. εἰπὼν δ' ἐκεῖνος ὅτι νικώντων, οὐκ ἔστι τὸ κάμνειν, ἐφείπετο τοῖς φεύγουσιν. Hic acri circa Marcium coorta pugna, multisque brevi ſpatio cadentibus, inſtantes valida impreſſione pepulerunt hoſtes. Ad quos inſequentes converſi, laboribus & vulneribus gravem rogaverunt Marcium in caſtra ut ſe reciperet. Ille reſponſo dato, Laſſitudine confici non eſſe vincentium, hæſit in fugientium tergis.

Hoc ipſum compendio dixit Tacitus libro I. *Annal. cap.* LXIV. *m.* Germani ob proſpera indefeſſi, nec tum quidem ſumpta quiete, &c. *Expreſſius paullo idem cap.* LXVIII. *f.* Nocte demum reverſæ legiones. quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egeſtas fatigaret; vim, ſanitatem, copias, cuncta in victoria habuere. *Alia figura Salluſtius Iugurthinæ cap.* LXIX. Ira atque ſpes prædæ amplius quàm laſſitudo poſſe. *Sed nec ab hac re alienum illud Senecæ Epiſtola* XXX. Fateor me ex pluribus cauſis ad hominem frequentius veniſſe, ut ſcirem an illum toties eundem invenirẽ, nunquid cum corporis viribus minueretur animi vigor: qui ſic creſcebat illi, quomodo manifeſtior notari ſolet agitatorũ lætitia, cùm ſeptimo

ſpatio

ſpatio palmæ appropinquat. *Facit & huc verſus P. Syri*: ſine dolore eſt vulnus quod ferendum eſt cum victoria. *Sed quo vado? hæc reſervanda circo noſtro, certè non conveniunt gyro iſti.*

Haud victimæ adſit fel Iunonis pronubæ.) *Nimirum Iunoni pronubæ ſacrificantes fel eximebãt è victima immolanda, ut indicarent, coniugio nunquam debere bilem iramq; intereſſe; ut interpretatur Plutarchus libro præceptorum coniugialium, capite* XLIV. *pr.*

Haud ulla ſanis ſeditio in membris viget.) *Verſus Græcus inquit:*

οὐ χάρις, ἃ δῆρις ἐναίσιμος ἐν μελεάγρου.

de quo idem Chæronenſis, libello quo oſtendit maximè cum Principibus Philoſopho eſſe diſputandum.

Haud unquam inutilis opera civis eſt boni.) *Auditu enim, viſu, vultu, nutu, obſtinatione tacita, inceſſuq; ipſo prodeſt, ut loquitur Seneca libro de Tranquillitate animi cap. 3.*

Haud uſus eſt equis ſuus abſque moribus.) *Mores vocant bonam inſtitutionem. Bellè accommodat Libanius Vituperatione Achillis:* Ὅσπερ γὰρ ἀδενός τινος ἵππου τάχος ὠφέλιμον δι' ἀμαθίας, οὐδ' ἔστιν ἀδεὶς οὕτω κακοδαίμων, ὅς τις ἐθέλοι κεκτῆσθαι θρέμμα αὖτως ἀχρηστον, ὕτως ἀδὲ ἀνδρὸς μετὰ πολεμικῆς ἐμπειρίας, πονηρίας συζῶντος. πλέον γὰρ ἂν βλάψειεν, ἢ δοίη κερδαναι. Quẽadmodum nulli, equi velocitas, ſi imperitus ille ſit, utilis eſſe poteſt, neque quiſquam ita eſt infelix ut beſtiam tam inutilem parare velit: ita neque viri uſus eſſe poteſt improbi, quãvis bello clarus ſit. Plus enim nocuerit ille, quàm lucri conciliarit.

Heu quanta ineſt vis imprecationibus!) *Exper-*

tus id præsentaneo exitio Hippolytus, nec non Meleager, hic matris ille patris devotione confixus. Sed & quaslibet imprecationes noxias esse, illustri exemplo Oibotæ cursoris demonstrat Pausanias in Achaicis, qui legatur.

Heu quanta ubique exilii est infelicitas!) *Certè apud Phalaridem legimus Epistola* XCV. Οὐδὲν οὕτω λυπηρὸν οὕτως ἡγοῦμαι τῆς ἀρχῆς, ὡς αἰσχρὸν τὸ φεύγειν τὴν πατρίδα: Nihil tam delectabile habere censeo principatum, quàm molestum est patriam fugere. *Lucianus patriæ Encomio:* Ὥφθη δέ τις ἔτως ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει γνόμενος ἀμελεῖν, ἀλλ' οἱ τε κακοπραγοῦντες ἐν τῇς ἀποδημίαις, σωτηρίας αἰσχαλλόσιν, ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ πατρίς. οἵ τε δαιμονοῦντες, αἰ καὶ τὰ ἄλλα δι' πεπόνθασι, τοῦτο γοῦν αὐτοῖς μέγιστον ἐνδεῖν νομίζουσι, τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ ξενιτεύειν· ὄνειδος γὰρ τὸ τῆς ξενιτείας. καὶ σοὶ χρή τὸ τῆς ἀποδημίας χρόνον λαμπρούς γνωμένους, ἢ διὰ χρημάτων κτῆσιν, ἢ διὰ τιμῆς δόξαν, ἢ διὰ παιδείας μαρτυρίαν, ἢ δι' ἀνδρίας ἔπαινον, ἔστιν ἰδεῖν εἰς τὴν πατρίδα πάντας ἐπιγενομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις βελτίοσιν ὀπτιδειξομένους τὰ αὐτῶν καλά. καὶ τοσάτω γε μᾶλλον ἔχας σπουδὴν σοὶ πατρίδος, ὅσῳ περ αἰ φαίνηται μειζόνων παρ' ἄλλοις ἀξιώμενος. Cæterùm usque adeò patriæ negligens & immemor conspectus est nemo, ut in alia Republica ętatem degens, omnem curam colendæ patriæ deposuisset. At etiam qui peregrè multis jactati difficultatibus calamitosè agunt, crebrò testantur rerum optimarum omnium præstantissimã esse patriam: tum etiam egregiè felices, quanquam in cæteris omnibus per omnia bene & beatè vitam exigant, tamen in hoc egentissimos se esse opinantur,

tur, quòd patriæ fines non incolant, ſed extorres & peregrè agunt. quippe peregrinationis probrum non mediocriter eos diſcruciat. Videmus quoque eos qui per tempus, quòd peregrè agẽdo inſumpſerunt, nõnihil ſplendoris & gloriæ ſibi adjunxerũt, aut paratis divitiarum poſſeſſionibus aut dignitate & honoribus aut celebri diſciplinarum atque ingenii teſtimonio, aut laude virtutis, omnes certatim ad patriam terram properare, quaſi nequaquam apud alios meliores ſua ipſorum bona eſſent cum aliqua laude oſtenſuri. Ac tanto quiſque maiore ſtudio patriam comprehendere approperat, quantò rebus maioribus dignus apud exteros habitus eſt.

Heu ſordibus quibus emitur potentia!) *Divus Cyprianus lib.* 11. *Epiſtola* 2. *ad Donatum*: Quos honores putas eſſe? quos faſces? quam affluentiam in divitiis? quam potentiam in caſtris? in magiſtratu purpuræ ſpeciem? in principatu licentiæ poteſtatẽ? Malorum blandientium virus occultum eſt, & arridentis nequitiæ facies quidem læta, ſed calamitatis abſtruſæ illecebroſa fallacia, inſtar cuiuſdam veneni, ubi in letales ſuccos dulcedine aſperſa calliditate fallendi, ſapore medicato poculum videtur eſſe quod ſumitur: ubi epota res eſt, pernicies hauſta graſſatur. Quippe illum vides, qui amictu clariore conſpicuus fulgere ſibi videtur in purpura. Quibus hoc ſordib. emit, ut fulgeat? quos arrogãtium faſtus prius pertulit? quas ſuperbas fores matutinas ſalutator obſedit? quot tumentium cõtumelioſa veſtigia ſtipatus clientium cuneis ante præceſſit, ut ipſum etiam ſalutantum comes poſtmodum pompa præcederet, obnoxia non homini ſed poteſtati? Neque enim me-

ribus coli meruit ille, ſed faſcib. Horum deniq; videas exitus turpes: cùm anceps temporum palpator abſceſſerit, cùm privati latus nudũ deſertor affecla fœdaverit, tunc laceratæ domus plagæ cõſcientiam feriunt, tunc rei familiaris exhauſta damna cognoſcuntur, quib. redemptus favor vulgi, & caducis atque inanibus votis popularis aura quæſita eſt. Stulta prorſus & vana iactura fruſtrãtis ſpectaculi voluptatem, id parare voluiſſe, quod nec populus acciperet, & perderet magiſtratus.

Hiems ſatis Aquilonia utiliſſima.) *Verba Plinii è lib.* XVI. *Natural. Hiſtor. cap. 2. p.*

Hippolytus obiit quia novercæ creditũ eſt.) *Verſus Phædri è fabula* XLIX. *p.*

Hoc ore ſimus omnes quod & pectore.) *Nolo multum pugnare pro bonitate verſuũ huius farragims, quemadmodũ nec pro præcedentium: ſcio enim frequenter abire à lege proſodiæ ſuæ. Sed quid? vel tanti videntur uti producantur in publicum ob rotunditatem ſententiarum. Interim verba huius carminis ſumpta videntur ab Ennodio, cuius Epiſt. 1. lib.* VIII. *legimus.* Ergo nos hoc ſumus ore quod pectore. nõ amara præcordiorum delenificis poſſumus mutare ſermonib. pudens laudator eſt, cui in concinnatione blandimenti dicendi mens ſuggerit.

Hoc pravus eſt miſerior quo felicior.) *Egregie iſtud demonſtrat præter alios & Divus Gregorius Oratione* XXI. *qui legatur.*

Hoc ſuſpicax quiſque es minus quo integrior.) *D. Nazianzenus Oratione* VIII. Τὸ μὲν δὴ τὸ σῆς εἴτε ἀπλότητος, εἴτε φιλοτεχνίας ὑφ' ἧς ὅτε πῦ τῶν πονηρῶν, ὅτε αὐτὸς προσδέχη, ὅτε πρὸ τῶν ἀλλων ῥᾳδίως ὑπολαμβάνεις·

Βοηθὸν

βεβαὶ γὰρ εἰς ὑπόνοιαν κακοῦ τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον.
Ac de tua quidē sive animi simplicitate, sive paterna dilectione, qua fit, ut nec ipse quicquā turpe admittas, nec de aliis temerè suspiceris (nec enim is facilè de alio malum suspicatur, qui nō facilè ad malū impellitur) hæc mihi dicta sufficiant.

Hoc turpius luxuriosus, quo diutius.] *Fuscus Arellius apud Senecam lib. 11. Controv. 2.* Putavi initio & ego consilium esse non morbum: desinet luxuriari, desinet, inquam, si propter me cœpit. permanet in juvenilib. vitiis; hoc turpius luxuriosus, quo diutius, &c.

Homicidam habe qui hominem absque lege interficit.] *Et hinc profecto factum, ut ii qui sacramento militari non tenebantur, etiamsi alias in castris atq; exercitu versarentur, non haberent ius interficiendi aut vulnerandi hostis: de quo consulendus Plutarchus in Quæstionibus Romanis.*

Homo otiosus res novas requiritat.] *Est Plauti ver.* XI. *è Mostellaria Actu* IV, *Scena 3.*

Hominis nequam, parvi pendenda gratia.) *Et istud e Plautinis, Bacchidum nempe ver.* XX. *Actu 3. Scena 5.*

Homini pecunia nil est nisi viaticum.) *Certe nihil aliud esse debebat. Videatur D. Ambrosius libro* III. *Epistola 19.*

Hominem artuatim interficit qui fœnerat.) *Satis significanter. rem nihilominus ita sese habere, adhuc significantius prodit Div. Ambrosius in Tobia capite 14.*

Hominem qui servus est superbum esse haud decet.) *Factum e verbis Plauti Asinariæ Act. 11. Scen. 4. ver. 64.*

Ho-

Hominem merum furiat minus quàm musica.) *Id exemplis rationibusq; belle firmemus si huius foret instituti. interim sententiæ huius sciamus adstipulatorem esse* Plutarchum *libro* VII. *Symposiacon quæstione 5.*

Hominem supinum ne quidem mordẽt canes.) *Egregia sententia, qua victores traducamus ad benignitatem ac clementiam. de canibus istis sic loquitur Dio. Chrysostomus Homilia* XVI. *in Epist. ad Ephesios:* Ἂν ὑλακήσωσι καὶ ἐπέλθωσιν, ὁ δὲ ὕπτιον ῥίψας ἑαυτὸν μηδὲν ἐργάσηται, τὸν θυμὸν ἅπαντα ἔσβεσεν. εἰ τοίνυν ἐκεῖνος τὸν παθεῖν παρ' αὐτοῖς ἕτοιμον ἀνυσωποιῶτο, πολλῷ μᾶλλον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λογικώτερον. Si latrent & invadant, is autem cui allatrant, se supinum abjecerit & nihil fecerit, totam iram extinguit. Si ergo illi eum, qui ab ipsis paratus est pati, reverentur, multò magis genus humanum, quod est magis particeps rationis.

Hominum interitu, sententiæ haud quoque occidunt.) *Ciceronis est, inueniundum lib. 1. de Natura Deorum cap. 5. f.*

Homines frugi utique rectè faciunt omnia.) *Citat pro veteri prouerbio Tullius lib.* IV. *Tusc. quæstio. explicat uerò pulcrè Erasmus Chiliade* II. *Centur. 2. Adagio 62.*

Honesta non occulta quærantur bonis.) *Et hoc quoque Ciceronis est, e libro III. Officiorum capite 9. m.*

Hortator Veneris liber est & armiger.) *Apuleius libro 11. Metamorph.* Tunc ego vocata Photide, ecce, inquam, Veneris hortator & armiger liber advenit ultrò.

Hospitium adverso pauci præstant tempore.) *Factum ex Phædri Fabu.* XXXIX. *m.*

Hostem

Hoſtem veneno quiſquis vincit, vincitur.) *Vt ſunt ſua iura paci, ſic etiam ſunt bello; quo ipſo, infame graſſari veneno, ſive eo quod miſcetur epulis, ſive quod inficit fontes. De primo, Seneca pater lib.* v. *Controv.* 7. Nolo tyrannicida imitetur, antequam occidat, tyrannum. Populus Romanus veneno vinci hoſtem noluit, proditione noluit. *Reſpicit nimirum ad Fabricium à quo monitus Pyrrhus ut caueret ſibi à medici ſui veneno. Sed & ſimile quod iterum accidiſſe Romæ Tiberii imperio, monuit Tacitus lib.* 11. *Annalium capite poſtremo. De ſecundo, videre licet Senecam libro* 11. *de Ira cap.* 8. *f. Plinium lib.* XVIII. *Natur. Hiſtor. cap.* 1. *qui id diſertè carpunt: ſed magis tamen Florum lib.* 11. *capite ultimo; ubi eſt;* Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit, mixtis (nefas) fontib. ad deditionem quarundam urbium. quæ res, ut maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe cùm contra fas Deum moreſque maiorum, medicaminibus impuris, in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet.

Hoſti eſſe amicus quam diu in vita eſt nequis.) *At morte, inimicitia omnis exſtinguitur: neq; enim iam hoſtis eſſe poteſt, qui ne quidem amplius eſt. adeatur Plutarchi Cimon, cap.* XXXVII. *initio.*

Humana aguntur, Deo, Fortuna, Tempore.) *Effatum eſt Ariſtidis rhetoris inveniundum in prolixis illis Orationibus, quos piget evolvere.*

Hydropicorum plena in aulis omnia.) *Id eſt tumidorum arrogantiumq;. Divus Chryſoſtomus Homilia* XXI. *in Epiſtolam Paullinam ad Epheſios:* Λ᾽ν πε χῶ ἐν βασιλείοις τρέφηται, πολλοὶ καὶ ἕλκωες ἐκεῖ καὶ φιλόσοφοι, καὶ οἱ πεφυσημένοι ὑπὶ τῇ παρούσῃ δόξῃ, καθάπερ

περ

περ τ' π@ τις ὑδερικῶν ἐμπεπλησμέν@. τοιοῦτόν τί ἐστι καὶ βασίλεια. πάντες εἰσὶ περφυσημένοι, καὶ φλεγμαίνοντες: οἱ δὲ οὐκ ὄντες, σπουδάζουσι διὰ τὸ γενέσθαι. Nam & si alatur in aula regia, multi sunt illic & Græci & philosophi, & ob præsentem gloriam tumidi, tanquam locus quidam repletus hydropicis. Tale quid est aula regia. omnes sunt inflati & tumidi. Qui autem non sunt studium ponunt ut fiant.

Iterum Homilia VII. *in Epistola ad Philippenses:* Επὶ τ σωμάτων, εἰπέ μοι, ποῖα φαμὲν ὑγιαίνειν; τὰ ὀγκον ἔχοντα πολλὼ, καὶ πολλ πνεύματ@ ἔνδοθεν γέμοντα, καὶ ὕδατ@, ἢ τὰ κατεσκαλμένα, καὶ τεταπεινωμένην ἔχοντα τὴν ἐπιφάνειαν; δῆλον ὅτι ταῦτα. οὕτω καὶ ἐπὶ ψυχῆς: ἡ μὲν φλεγμαίνουσα, ὑδέρου χεῖρον ἔχει νόσημα: ἡ δὲ κατεσκαλμένη, παντὸς ἀπήλλακται πάθους. In corporibus, dic mihi, quænam valere dicimus? utrum valde tumida, ac multo intus referta, flatu, & aqua? an depressa, & contractam habentia superficiem? sine dubio hæc. Ergo & in anima idem evenit: quæ tumet, graviorem hydrope morbum habet: quæ verò depressa est, omni caret perturbatione.

Iaculis ubi est opus nil verba conferunt.) *Ennodiana sunt ex libro* II. *Epist.* 19.

Iam contribulis redditus, serva ordinem.) *Formatum è Græco illo* Γεννητὸς γεγονὼς τήρει τὴν τάξιν.

Iam nulla fit nisi ob arbitros largitio.) *Volunt enim omnes videri; neque tam dant homini, quam ambitioni. D. Gregorius Oratione* XIX. Τοῦ μὲν δαπανᾶν, καὶ ἡ φιλοδοξία τοῖς πολλοῖς παρέχει τὸ πρόθυμον, οὐδὲ ἀφανὴς ἡ ἔκδοσις, ἐκεῖ καὶ τὸ παρέχειν ἀμβλύτερον. Per multi siquidem ad sumptus prompto animo faciendos sola honoris cupiditate ducuntur. Vbi autem largitio

largitio arbitris caret, illic quoque largitio languescit, & obtunditur.

Ignorat alta qui non doctus infima est.) *Poteram istud confirmare auctoritate alterius cuiusque scriptoris; sed libet modo adducere verba Philonis Iudæi, quod auctor ille parum tritus iuventuti nobiliori. is ergo libro de vita Mosis ita loquitur:* Ποιμενικὴ γὰρ, μελέτη καὶ προγύμνασμα βασιλείας τῷ μέλλοντι τῶν ἡμερωτάτων ἀνθρώπων ἐπισκοπεῖν ἀγέλης, καθάπερ καὶ τοῖς πολεμικοῖς τὰς φύσεις, τὰ κυνηγέσια. θήρεσι γὰρ ἐμπροθυμελεῖσιν οἱ πρὸς τὰς στρατηγίας ἀλειφόμενοι, τῶν ἀλόγων οἷά τινα ὕλης ἐπιβεβλημένων πρὸς ἄσκησιν τῶν καθ' ἑκάτερον καιρῶν ἀρχῆς, τόν τε πολέμου καὶ εἰρήνης. ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀγελαίων θήρα στρατηγικὴν κατ' ἐχθρῶν ἐστὶ γύμνασμα· ἡ δὲ τῶν ἡμέρων ἐπιμέλεια καὶ πρόνοια, βασιλικὴν πρὸς ὑπηκόους ἀγώνισμα· διὸ καὶ ποιμένες λαῶν οἱ βασιλεῖς. οὐχ ὡς ὄνειδος, ἀλλ' ὡς ὑπερβάλλουσα τιμὴ προσαγορεύοντες· καὶ μοι δοκεῖ, μὴ πρὸς δόξας τῶν πολλῶν, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν ἐρευνωμένῳ τὸ πρᾶγμα· γελάτω δ' ὁ βουλόμενος· μόνος αὖ ψεύδηται βασιλεὺς τέλειος, ὁ τὴν ποιμενικὴν ἐπιστήμην ἀγαθὸς, ἐν ἐλάττοσι ζώοις παιδευθεὶς τὰ τῶν κρειττόνων· ἀμήχανον γὰρ τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν τελεσθῆναι. Pastoralis ars ad regnum est præludium, hoc est ad regimen hominum gregis mansuetissimi: quemadmodum bellicosa ingenia præexercent se in venationibus. in feris enim experiuntur futuri præfecti militiæ, brutis præbentibus materiam exercitii tam belli quàm pacis tempore. nam præfectura mansueti pecoris habet quiddam simile cũ regno in subditos. ideo reges cognominãtur pastores populorũ, nõ cõtumeliæ sed honoris gratia. Imò quantũ ego intelligo, non iuxta vulgarẽ opinionẽ, sed

fed rei veritatem veſtigãs, rideat qui volet, ſolus poteſt eſſe rex undequaque perfectus, qui belle callet artem paſtoriciam, & curando minora animalia didicit, quomodo debeat præeſſe præſtantioribus. impoſſibile eſt enim ut magna prius quàm parva perficiantur.

Ille optimus ferè eſt, qui idem eſt & celſiori.) *Opinione quidem vulgi, qui tantum adſectantur divites ac potentia præditos.* *Ennodius lib.* IX. *Epiſt.* 13. Quis uno tempore & morbos ferat, & perfidos? Scias nulla cautione, nulla innocentia in civitate noſtra, quæ Deo medio promiſſa ſunt, cuſtodiri. totum felicitati tribuitur, nil amori. circa humiles rara dignatio; optimus ille qui celſior. Nec optimus modò ſed ſapientiſſimus, ſed doctiſſimus. *Certe ſapientes tantum fuiſſe numero quinque*; Χίλωνα καὶ Θαλῆν καὶ Σόλωνα καὶ Βίαντα καὶ Πιτθακόν· ἐπεὶ δὲ Κλεόβουλος ὁ Λινδίων τύραννος, εἶτα Περίανδρος ὁ Κορίνθιος, οὐδὲν αὐτοῖς ἀρετῆ μετὸν οὐδὲ σοφίᾳ, ἀλλὰ δυνάμει καὶ φίλοις καὶ χάρισι καταβιαζόμενοι τὴν δόξαν, ἐνέβαλον εἰς τοιοῦτόν τι τῶν σοφῶν, καὶ τινας γνώμας καὶ λόγους ἐξέπεμπον, καὶ διέσπειρεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τοῖς ὑπ' ἐκείνων λεγομένοις ὁμοίως. Chilonem, Thaletem, Solonem, Biantem, Pittacum. Poſtquam verò Cleobulus Lindiorum tyrannus, & Periander Corinthius, quanquam virtutis eſſent ſapientiæq; expertes, potentia, amicis, officiisque vim famæ fecerunt, & ſe in nomen ſapientum ingeſſerunt, itidemque ut quinque illi ſententias quaſdam & dicta emiſerunt ac per Græciam ſparſerunt. *auctor eſt Plutarchus Commentario de Ei, templi Delphici foribus inſcripto, cap.* IV. *Unde non ſine cauſa pater quidam moriens ita admonet*

admonet filium apud Libanium Declamatione x. Ω παῖ, μέχρις ἂν πορεῖς, ἀνὴρ τε εἶναι τοῖς σαυτοῦ πολίταις δόξῃς καὶ γιγνώσκειν ἃ πρὴ καὶ τὸ λεόντα λέγειν, ἰῶικα ἄν τινι φαίνῃς· ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃς ἡ πενία σου βλάψει τὴν φρόνησιν· καὶ οὐδὲ τὰ ἄριστα λέγων ἕξεις ποτὲ τὸν πάθημον· κοινὸν γάρ ἐστ' ἀνθρώπων, τοῖς μὲν πορεύσι σφῆλ-ἔχειν· τῷ γὰρ ἀβέλοντα λιμᾶσθαι, καὶ τὸ βέλτιστον ὁρᾶν δοκοῦσι τοῖς ἄλλοις διώσασθαι: O fili, dum dives eris & vir esse civibus tuis visus fueris & congnoscere quæ facto opus fuerit, & quæ par est dicere, quando cui quid suaseris: sin autem te impensas facere non advertens, penuria tuam prudentiam lædet, & ne optima quidem enuncians, ullum unquam morem gerentem habebis. est enim hoc hominibus commune, ut locupletibus animum attendant: nam eo quæ possunt quæ volunt, & quod præstantissimum est videre aliis posse videntur. *Verè igitur Horatius lib. 1. Epist. 6. ver. 31.* Scilicet uxorem cum dote, fidemque & amicos, & genus, & formam regina pecunia donat: Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.

Illicita poscit, licita ubi accepit caro.) *D. Prosper lib. 11. De vita contemplativa cap. 22.* Vino uti & usui habere oleum, nullus dixerit esse peccatũ. Sed hæc ideo non debemus carni desideranti præstare, ne cum illi licita concedere cœperimus, poscat illicita; & sibi obsequentes in minimis, in flagitia punienda compellat, &c.

Immixtus error rebus est hominum omnium.) *Lucianus in libro de non credendo calumniæ*: Καὶ ὅλως, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραττομένων οὐδὲν παραλείπομεν τὰ πολλὰ ὀλισθάνοντες: Denique in reb. humanis nihil tam fau-

ſtè feliciterque agitur, quod non error aliquis interpolet.

Impoſſibile nihil eſt, niſi quod non vult, Deo.) *Uſurpatum tale quid Tertulliano.*

In acumine linguæ amicitia adulantium eſt.) *Neque enim naſcitur ex intimis præcordiis.*

In animo amici amicus vivit mortuus.) *De Steſichoro Phalaris Epiſt.* XXXI. Καὶ γὰρ εἰ τεθνάναι δοκεῖ πισιν, ὅπερ οὐδεὶς ἂν Ἀφρονῶν εἴποι, ἐμοὶ γοῦν ὁ τοιοῦτος οὐ πέθνηκε: Nam tametſi quibuſdam mortuus eſſe videtur (quod nemo prudens dixerit) mihi tamen ejuſmodi vir non eſt mortuus.

In craſtinum res differantur ſeriæ.) *Vox uſitata eis quorum animus iam eſt circa voluptates: quam vocem ſanguine ſuo obſignavit Archias; quemadmodum pluribus videre eſt in Plutarchi Pelopida cap. 18.*

In corporis ſtatu habitus mentis cernitur.) *Verba Divi Ambroſii lib. 1. de Officiis cap. 18.*

In egeno egena, in divite ditia omnia.) *Alluſum forſan ad Theocriti illud*

——— ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.

In expeditis mora periculum trahit.) *Ioannes Saresberienſis Epiſt.* LXIX. Si verò periculum immineret, rem interim differri commodiſſimum eſt. In rebus arduis periculoſa eſt præcipitatio, moraque quæ in rebus expeditis periculum trahit, frequenter parit opportunitatem gerendorum.

In fragili corpore omnis odioſa offenſio eſt.) *Voces Ciceronis, ex cap.* XVIII. *m. de Senectute.*

In hoſte ſæpe formidatur vaſtitas.) *Claudius Quadrigarius de Gallo illo, à Torquato deinde occiſo:* Is maximè prælio commoto atque utriſque ſummo ſtudio

dio pugnantibus, manu significare cœpit, utrinque quiescerent pugnæ. facta pausa est. extemplo silentio facto cum voce maxima conclamat, si qui secum depugnare vellet, uti prodiret. nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem faciei.

In literis speculum exstat conscientiæ.) *Ennodius libro III. Epistola 31.* Quamvis epistolarum qualitas pro ingeniis componatur, & sæpe solemnitati militet, nonnunquam affectionis testetur indicia: quas aliquando dictat sinceritas: plerumque fuci similis concinnatio; quæ candorem imaginata diligentiæ, urbanitate qua tegitur innotescit, dum fabricatis nudata tegminibus intra velamen aperitur: ego tamen in paginis speculum puto esse conscientiæ, per quas amicitiam discernere absentia vix præsumit.

In more egregia regio insunt omnia.) *Plutarchus de Poro rege, lib. 1. de fortuna Alexandri capite 17.* Ἐκεῖνος ὡς ἦχθη πρὸς Ἀλέξανδρον αἰχμάλωτος. πυθομένου πῶς αὐτῷ χρήσεται, Βασιλικῶς (εἶπεν) ὦ Ἀλέξανδρε. πάλιν δ' ἐπερομένου μή τι ἄλλο, Οὐδὲν (εἶπε) πάντα γάρ ἐστιν ἐν τῷ Βασιλικῶς. Is ut captivus est ad Alexandrum perductus, interrogatusq; ab eo quomodo se tractari vellet, Regio more, ô Alexander, respondit. rursumque interrogatus an aliquid præterea aliud vellet, respondit, Nihil: nam in regio more insunt omnia.

In omnibus Deus Deis est Iupiter.) *Aristides sine Hymni in Iovem:* Ζεύς πάντων πατὴρ καὶ πομπός, καὶ οὐρανός, καὶ γῆ, καὶ θεῶν, καὶ ἀνθρώπων, καὶ φυτῶν, καὶ ζώων ὅσων ὁρῶμεν, καὶ ἴσμεν ὅσα ἴσμεν. οὗτος αἴτιος πάντων ἐργέτης, καὶ ἔφορος καὶ ἐπιστάτης, οὗτος πεύ-

τονυς καὶ ἡμερῶν καὶ ταμίας ὄντων καὶ γιγνομένων ἁπάντων. ΔΙΤΩ δοτῆρ ἁπάντων. ΔΙΤΩ ποιητὴς, ΔΙΤΩ ἐν μὲν ἐκκλησίαις καὶ δίκαις νίκιος δικὴς, ἀγοραῖος κέκληται. ἐν ᾗ μάχαις, τροπαῖΩ. ἐν ᾗ νόσοις καὶ πᾶσι καιροῖς βοηθῶν, σωτήρ. ΔΙΤΩ ἐλευθέριΩ; ΔΙΤΟς μειλίχιος. εἰνόστος, ἄστε καὶ πατήρ. ΔΙΤΟς βασιλεὺς, πολιτεὺς καταιβάτης ὑέλιος, οὐρανίος, κορυφαῖος; πάνθ' ὅσα αὐτὸς δῖρε μεγάλα ἢ ἑαυτῷ πρέποντα ὀνόματα. Iupiter omnium rerum pater eſt, fluviorum, cœli, terræ, deorum, hominũ, & ſtirpium per hunc videmus & habemus omnia: hic eſt omnium patronus, obſervator, & præſes: hic gubernator eſt, dux & diſpenſator omnium quæcunque ſunt aut fiunt: hic omnia dat & facit: hic in concionibus & iudiciis cùm victoriam tribuit, Forenſis vocatur, in prœliis Trophæus, in morbis aut ubicunque opem fert, Servator. Hic eſt Liberator, hic manſuetus: quippe pater hic Rex, Vrbitenens, Elicius, Pluvius, Cœleſtis, Coryphæus, & quæcunque præclara ipſe ſibi & decora tribuit nomina. *Non abſimilia his legimus apud Senecam libro* IV. *de Beneficiis cap.* 7. Quid aliud eſt natura, quam Deus, & divina ratio toti mundo & partib. eius inſerta? Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorẽ rerum noſtrarum compellare. & Iovem illum optimum ac maximum rite dices, & Tonantem & Statorem: qui non (ut hiſtorici tradiderunt) ex eo quod poſt votum ſuſceptum, acies Romanorum fugientium ſtetit, ſed quod ſtãt beneficio eius omnia, Statius ſtetit, ſed quod ſtãt beneficio eius omnia, Statior, ſtatilioq; eſt; hunc eundemque & fatũ ſi dixeris, non mentieris. Nam cùm fatum nihil aliud ſit, quam ſeries implexa cauſarum, ille eſt prima omnium cauſa, ex qua ceteræ pendent. Quæcumq; voles illi

illi nomina propriè aptabis, vim aliquam effectumque cœlestem continentia. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera. Hunc & Liberum patrẽ, & Herculem, ac Mercuriũ nostri putant. Liberum patrem: quia omniũ parens sit, quod ab eo primum inventa seminum vis est, cõsultura per voluptatem. Herculem: quia vis eius invicta sit, quumq; lassata fuerit operibus editis, in ignem recessura. Mercurium: quia ratio penes illum est, numerusque & ordo & scientia. Quocumque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi, nihil ab illo vacat.

Huc adsinia multa haurire est ex Maximi Tyrii Dialexi XXXVIII. *ex Apulei Metamorphoseon libro postremo.*

In rebus humanis summum innocentia est.) *Plinius præfatione Historiæ Naturalis*: Cum apud Catonem flagrantib. comitiis pecunias deponerent candidati, hoc se facere pro innocentia (quod in rebus humanis summum esset) fatebantur, &c.

In urbe maior quàm castris licentia.) *Ratio in promptu est: cùm enim constet exercitus ex varia hominum multitudine, arctius habeatur necesse est, aut eos perdet à quibus stat. Sed nec vicinus hostis languidum aliquid permittit. Plutarchus in Lucullo cap.* XLIII. *p.* Ἡ δὲ παιδεία μέχρι τῶν ἐφήβων διέτεινεν· οὐδεὶς γὰρ ἐξῆν ἑαυτῷ ἀφεμένῳ ὡς ἐβούλετο ζῆν, ἀλλ' οἷον ἐν στρατοπέδῳ τῇ πόλει καὶ διαιταν ἔχοντες ὡρισμένην, καὶ διατρίβειν περὶ τὰ γυμνάσια, καὶ ὅλως νομίζοντες ἄλλο τι πατρίδος εἶναι, διέπλεκον. Disciplina eo usque pertinebat, dum adulti essent. Nemini enim licebat pro arbitrio suo vivere, sed in urbe sicut castris stata erat vitæ lex, & in republ. occupatio: prorsusque in animum induxerant patriæ

se non sibi ipsos esse natos.

Incendia summa initiis levibus excites.] *Senecæ maior lib.* v. *Controv.* v. Nesciebas quanta sit potentia ignium, quàm irrevocabilis; quemadmodũ totas absumat urbes, quàm levibus initiis orianturincendia.

Incontinentes sunt manus viantium.) *Simocatta Epist.* LXXXIII. Ὁ πυγμὴ ἤδη σεσηκέναι φησὶ καὶ ὁ βότρυς γλυκάζεσθαι πεπλήρωται. σκέψαι γοῦν τὴν λεωφόρον καλλίσταν· ἔνθα κρῆσαν κιρνάναι σωφέστατον πέλοιτο. ὁδίτας γὰρ χεῖρες ἀγέλαστοι, καὶ γεωργικὰς ἱδρῶτας ἀδικεῖν ἑτοιμότατοι. Appropinquat iam vindemia, & musto ebriosa sunt acina. circumspicias igitur qua potes optimè in via publica, & Cretensem tibi canem adhibeas comitẽ. viatorum namque manus continentes non sunt, sed ad rusticis sudoribus iniuriam inferendam paratissimæ.

Industrio summa est viro superbia.) *Dio Chrysostomus Orat.* LII. Ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀλύπως καὶ ἀπραγμόνως ζῆν; ὁ δὲ, ἑκὼν ἀεὶ ἐν πραγμασι καὶ κινδυνοις ἦν. τοῦτο δέ φασιν αἴτιον εἶναι, τὴν τῶν ἀφυῶν καὶ γναισίων ἀνδρῶν φιλοτιμίαν, δόξης γὰρ ἀγαθῆς ἐφιέμενοι, καὶ ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις εἶναι, μεγίστους καὶ χαλεπωτάτους ἑκόντες πόνους ὑφίστανται. κἀδὲν γὰρ οὕτω χαῦρον, ὡς ἀνὴρ ἀφυής. Quum liceat sibi absque molestia atque cura degere, ipse se sponte semper periculis atq; negociis involvet. Huius autem causam esse ait, nobilium & generosorum virorum ambitionem. Quum enim bonã gloriam concupiscant, & ut apud omnes homines celebrentur, maximos difficilimosque sponte suscipiunt labores. Nihil igitur ita arrogans, ut homo bonæ indolis.

Inædia

Inædia hominem demum die aufert ſeptimo.) *Conſulatur Gellius lib. III. Noct. Att. cap. 10 f. Interim, vlterius etiam protrahere vitam, diſcamus ex Plinio lib.* XI. *cap. 54. unde etiam intelligimus iſtud Senecæ de Cremutio Cordo conſolatione ad Marciam cap.* XXII. Vſus itaque balneo, & quo plus imponeret, in cubiculum ſe quaſi guſtaturus contulit: & dimiſſis pueris, quædam per feneſtram, ut videretur ediſſe proiecit. à cœna deinde quaſi iam ſatis in cubiculo ediſſet, abſtinuit: alteroque die & tertio idem fecit. quarto ipſa infirmitate corporis faciebat indicium. Cõplexus itaque te; cariſſima, inquit, filia, & hoc unum tota celata vita, iter mortis ingreſſus ſum, & iam medium ferè teneo. revocare me nec debes, nec potes.

Inerudita ferre Amorem mens nequit.) *Pluribus id oſtendit Plutarchus in Amatorio, cap.* XXVIII.

Infortunii arra certa, quæſtus eſt malus.) *D. Nazianzenus Iambico* XVIII. *de Virtute*: Ὅτ' ἐκ πονηρῶ πράγματος κέρδος λάβῃς, τὸ δύσχειν νόμιζε ἀρραβῶν ἔχειν: Ex non honeſta cùm capis re commodũ; calamitatis (hoc ſcias) arram tenes.

Ingenia mala erroribus nunquam vacant.] *Verba Gellii ex lib.* VI. *Noct. Att. cap. 2 m.*

Ingenia non Doctrina fingit ſed polit.] *Valerius Max. lib.* V. *cap. 4. fine exempli, de Scythis*: Prima igitur & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra, quæ nullo vocis miniſterio, nullo uſu literarum indigens; propriis ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit? ut politiora ſcilicet, non ut meliora fiant ingenia: quoniam quidem ſolida virtus naſcitur magis, quàm fingitur.

Injuriarum oblivio mutua optima est.) *Tale quid invenias etiã in Orat. quam Tullio tribuit Dio Cassius lib.* XLIV. *qua legatur: est enim & hoc & illo dignissima.*

Inimicitiæ principium maledicentia est.) *Basilius Imp. cap.* XXVI. Ῥᾴδιως κλῆσαι φίλον. ὃν αὖ βουληθῇς εἰ ἐπαθαί τινα λέγειν περὶ αὐτοῦ ὄντος ὅτι τῶν ἀπαγγελόντων αὐτῷ, ἀρχὴ γὰρ ὡς ἔοικε, φιλίας μὲν ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος ἐστίν. ἀλλὰ καὶ ὃς ἤδη κέκλησαι φίλος, εἰ βούλει πλέον ὠφέλεσθαι, ἔπαινε ἀπόντας ὅτι τῶν παρόντων· καὶ οὕτω δόξεις αὖ ἐπαινεῖν καὶ σοὶ παρόντι ὅτι τῶν ἀπόντων. Vbi voles facilè quemlibet amicũ tibi comparabis, si de eo absente bona quædã dixeris coram aliis, quos ei renunciaturos esse non dubitabis. initium enim amicitiæ ferè laudatio est, inimicitiæ verò vituperatio. Et quos iam habes amicos, eos si magis devincire tibi voles, lauda absentes corã aliis eorum amicis: nam ita videberis præsentes etiam laudare in absentibus.

Innata semper magnis gloriatio est.) *Aristides Oratione de Paraphthegmate:* Οὕτω δὴ σοι διὰ πάντων ἐπιδέδεικται καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων καὶ στρατηγῶν καὶ ὧν τι ὄφελος ἐν Ἕλλησιν ἀναγκαῖον τὶ κτῆμα ὥσπερ ἔμφυτον ἡ μεγαλοφροσύνη τοῖς κρείττοσι. καὶ ὁ δὲ Δημοσθένης λόγῳ δὲ ἔχων ὁποῖ' ἄττα χρὴ αὐτὰ τὰ ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων ἢ τοιοῦτον αὐ ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. Atque ita per omnes & poetas, & oratores, & imperatores, & quicumque alicuius in Græcia precii fuerunt, ostendimus gloriationem necessariam re, & præstantioribus quasi natura insita esse: ac recte à Demosthene dictũ esse, pro studio suo quemque necessario de se sentire.

Innoxius Leo omnis est, ubi est satur.) *Id adfir-*

mat

mat Plinius lib. VIII. *Nat. Hist. cap 16. Poterit autem detorqueri in reges tyrannosq́, qui ne belluas quidem imitentur, sed inter epulas voluptatesq́ suas crudelitate sæviunt, quorum exemplа plurima produxi ad Taciti lib.* XV. *Annalium cap. 25. pr.*

Inspicere fas tua est; aliena sed nefas.) *Gyges ad Candaulem apud Herodotum lib. 1. cap. 8. f.* Παλαὶ δὲ τοὶ καλαὶ ἀνθρώποισιν ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ, ἐν τοῖσιν ἓν τόδε ἔστὶ, τινὰ σκοπέειν τὰ ἑωυτῷ. Iam olim hominib. sunt honesta excogitata, unde discere debemus: ex quibus hoc unum est, Quæ sua sunt quemque inspicere debere.

Instar scopuli verbum fugiatur insolens.) *Gellio productum tanquam Iulii Cæsaris effatum, qui adeatur lib. 1. Noct. Att. cap. 10. f.*

Integra opus virtuti ætate bellicæ.) *Bellum, inquit requirit ætate florẽtes: hinc etiam passim apud auctores, ubi mentio fit militum, occurrit ferè nomen* iuventutis, *Ovidius*: Turpe senex miles; turpe senilis amor.

Integra vita haud divitat sed pauperat.) *Ita omnino. Inde proverbium de divite,* Aut iniquum esse, aut hæredem iniqui. *Seneca lib. 11. de Ira cap. 7.* Quoties processerit domo, per sceleratos illi avaroſq; & prodigos, & impudentes, & ob ista felices, incedendum erit. *Nimirum vita integer, est velut inter lupos, cuivis malo præda. verè enim P. Syrus,* Impunè in eũ pecces qui peccat, rarior: *iterumq́,* Viri boni est nescire facere iniuriam. *ergo si cũ eo manus conserit pravitas, statim succumbit, quam ingenio arte atq́ exercitatione longè inferior. Cur autem paupertas magis sit apud probos, quàm improbos, non uno modò lepide solvitur in Problematis Arist. sect.* XXIX. *quæst. 4. quæ videãtur.*

Intemperantem longa quemvis pax facit.) *Salvianus lib.* VI. *de Gubern. Dei*: Sed videlicet qui corrumpimur rebus prosperis, corrigimur adversis, & quos intemperantes pax longa fecit, turbatio facit esse moderatos.

Inter dissimiles esse amicũ quid queat?) *Velleius Paterc. lib. II. cap. 45.* Cum Publius Clodius graves amicitias cũ M. Cicerone exerceret (quid enim inter tam dissimiles amicum esse poterat?) & à patribus, &c.

Inter duos machæra fortioris est.) *Seneca pater lib. 5. Controv. 7.* Si tyrannum invenero obviũ, quælibet res telum erit. certè semper solet secũ tyrannus habere ferrum. gladius inter duos fortioris est.

Intercapedo amicitiam quamvis levat.) *Laudatur à Grammaticis pro Turpiliano.*

Intincta mente verba semper proferas.) *Zenonis dictũ est,* ὅπ δεῖ τ̃ φιλόσοφον εἰς νῦν ἀποβάπτοντα σφοφέρεσθαι τὴν λέξιν: *mente tinctum proferre philosophum sermonem debere. refertur Plutarc. ca.* VII. *Phocionis.*

Intolerabilior cruditas quavis fame est.) *D. Chrysostomus Hom. 1. in Epist. ad Coloss.* Οὐ γὰρ ἧττον λιμὸς τὰ σώματα ἡμῶν ἡ πλησμονὴ διαφθείρει, καὶ ὀδυνᾷ, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χαλεπώτερον: καὶ ὃν ἂν θέλῃς μοι δοῦναι, λιμῶδη μᾶλλον αὐτὸν διαῤῥήγνυμι τῇ πλησμονῇ, καὶ λιμός. ὄντως γὰρ καὶ τὸ ἐκείνης φορητότερον: ὅτι λιμὸν μὲν ἄν τις καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἐνέγκοι, πλησμονὴν δὲ δύο μόνας. καὶ τούτῳ μὲν σφοδρὰ λαίοντες διαφερόντως οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς, ἐν ὑγείᾳ εἰσὶ, καὶ δέονται ἰατρῶν: τούτῳ δὲ, τ̃ πλησμονὴν λέγω, οὐκ ἂν ἐνέγκοιεν μὴ σφόδρα χαλοῦντες ἰατροί: μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἐκείνων βοήθειαν ἤλεγξε πολλάκις ἡ τούτης τυραννίς. Nõ minus quàm fames, corrumpit nobis & dolore afficit corpora

pora repletio & ſaturitas: imò verò gravius. & quécumque mihi dare volueris, eum facilius diſrumpo repletione quàm fame. revera enim illa hæc eſt tolerabilior, quoniam famem quidem vel viginti dies quiſpiam tulerit: repletionem autem ne duos quidem. Et cum fame quidem aſſiduè luctãtes qui ruri degunt, ſani ſunt, nec egent medicis. Hanc autem repletionem, inquam, nõ tulerint niſi perpetuò accerſant medicos: imò verò illorum quoq; auxilium ſæpe arguit huius tyrannis.

Intra ſuam fortunã qui manet ſapit.) *Formatum ex vocibus Ovidianis.*

Iuventa ſenilis mortis inſtantis nota eſt.) *Plinius lib.* VII. *cap. 51. m.* Et cum innumerabilia ſint ſigna mortis, ſalutis ſecuritatiſque nulla ſunt. Quippe cũ Cenſorinus Cato ad filium de validis quoq; obſervationem, ut ex oraculo aliquo, prodiderit, ſenilem juventam præmaturæ mortis eſſe ſignum.

Iræ parentum, celeres ſunto non graves.) *Præceptum iſtud, excutit etiam Plutarchus lib. de Educatione liberorum cap.* XLII.

Iram Domini quoque bruta animalia ſentiunt.) *Uſurpantur iſthæc à D. Hieronymo in Sophoniã comm.*

Is ſanus eſt qui ſcit quid ſit inſania.) *Apuleius Apologia 1.* Porrò ſanus eſt qui ſcit quid ſit inſania. quippe inſania ſcire ſe non poteſt, non magis quàm cæcitas ſe videre.

Iudex parũ fidelis eſt affectio.) *Tale quid, præter alios, pronunciavit etiam Max. Tyrius Diſſert.* XXIV.

Ius atque fas legum omniũ eſt Saturnius.) *Plutarchus libello ad Principẽ indoctum cap. 5.* Ἀναξαίρχος μὲν οὖν ἐπὶ τῷ Κλείτου φόνῳ ἀθυμοῦντα καὶ δεδακρυμένον Ἀλέξαν-

Ἀλέξανδρον, ἔφη Κλείτῳ δὴ τὴ δίκλιν εἶναι, καὶ τὴ τῶν θεῶν πάρεδρον, ἵνα πᾶν πραττόμενον ὑπὸ βασιλέως, θεμιτὸν δοκῇ καὶ δίκαιον· οὐκ ὀρθῶς ἄρ' ὠφελίμως τὴ ἐφ' οἷς ἥμαρτε μετάνοιαν αὐτοῦ ἔτι πρὸς τὰ ὅμοια θαρρύνων ἰώμενος. εἰ γὰρ δεῖ ταῦτα εἰκάζειν, ὁ μὲν Ζεὺς οὐκ ἔχει τὴ δίκλιν πάρεδρον, αὐτὸς δίκη καὶ θέμις ἐστι, καὶ νόμων ὁ πρεσβύτατος καὶ τελεώτατος οἱ παλαιοὶ οὕτω λέγουσι καὶ γράφουσι καὶ διδάσκουσιν, ὡς αὐτὸ δίκης ἄρχειν μηδὲ τὸ Διὸς καλῶς διωκημένου. Sanè Anaxarchus Alexandrum consolans ob Cliti cædem animi se angentem, An ignoras, aiebat, Ius & Fas Iovi assidere, ut quidquid rex agat, id fas iustumq; putetur? non rectè ille pœnitentiam delicti animo ad alia audendum similia exhortando eius amoliens. Quòd si conjecturis hæc sunt examinãda, non profectò Iovi Iustitia adsidet, sed ipse ius & fas est ac omniũ legum antiquissima & perfectissima. atq; propterea veteres isthæc finxerunt docueruntq;, ut ostenderent sine iustitia ne Iovem quidem rectè potuisse imperare.

Ius est idem Sanatibus quod Fortibus.) *Lex* XII. *tabularum, de qua videndus Festus.*

Ius esto idem Titio fuit q̃ Accio.) *Citatur à Gellio, tanquã Varronis: patetq; Iurisconsultorum esse dictũ, quorum sententias plures admiscuissem huic Farragini, nisi dicam ipsorũ veritus fuissem, qui ægrè ferre possent me etiam manus meas extendere ad alienã messem. Alioquin, in promptu habeo mille amplius gnomas, quæ Iuris genuinam resipiunt prudentiam, ac proculdubio petitæ sunt è Legum Consultorum libris. Et quidem specimen earum fidei meæ causa subiicere non gravabor.*

Actionem denegare est eius qui potest dare.

A prætorio præfectis nulla est appellatio.

Creditor furti tenetur pignore ipse qui utitur.

Conju-

Conjugem qui habet prægnantẽ, haud abſq; liberis
Defẽſor propriæ ſalutis peccare in nullo põt. (obit.
Deſidia alterius dolusve nocere haud debet alteri.
Eſto ad liberandũ q̃ obligandũ homines propẽſior.
Ex cujuſque affectione & facti interpretatio eſt.
Filium parens inauditum interimere non poteſt.
Feminas habere dotes ſalvas publicè intereſt.
Geſſit is, qui modicum per ſe vel per aliũ quẽ attigit.
Gẽma incluſa auro excludatur: vindicari nõ poteſt.
In provincia deliquit uxor? præſes plectitor.
Infirmanda exceptione nulla iure ipſo actio eſt.
Lex deceptis opitulatur, at non decipientibus.
Legis obtinet vim, iudicatæ auctoritas rei.
Non utendo iter ſepulcri debitum haud amittitur.
Nõ delinqt qui nõ prohibet, cũ prohibere nõ põt.
Omnes q̃ tangit, debet quoq; approbari ab omnib.
Ordine indignus majore eſt, è minore qui excidit.
Publicus uſus eſt riparum, ſicut eſt & fluminum.
Poſſidet bona fide per iudicem qui poſſidet.
Qui petit quod redditurus eſt, dolo malo facit.
Quæſtio fatua eſt rationem quæ dubitãdi nõ habet.
Rumor falſus innocenti obeſſe non ſolet reo.
Ruſticus ignorare impunè ius poteſt & femina.
Servitutum ea eſt natura, poſſideri non queunt.
Suppliciũ nullum meretur qui legitimè quid facit.
Tarditas æquè punitur atque feſtinatio.
Tutor ex ſua tutela lucrum facere non poteſt.
Veritas multum, ſed plus habet quandoque opinio.
Vitæ ſocietas, quodammodo uxorem dominã facit.
Actore non probante abſolvitur reus.
Aliis nocere alienus haud debet dolus.
Benigniora in dubiis ſemper præferas.

Capi-

Capitalis omnis ducem in contumacia.
Committit hercle falsum verum qui tacet.
Damno coerce litis contumaciam.
Decreti habet vim Principis concessio.
Et diruta æde permanet sacer locus.
Et lata culpa comparabilis dolo est.
Fato imputes non noxæ, quæ casu accidunt.
Fructus rei est, vel dare licere pignori.
Generale dictum intelligas generaliter.
Gregem putarunt esse quidam oves decem.
Haud computandi casus adventitii.
Haud facere vim videtur iure qui utitur.
Ibi esse pœna debet, ubi ipsa noxia est.
In ius vocatur de domo nullus sua.
Litem facit meliorem contestatio.
Legis voluntas vim rationis obtinet.
Mitissimè punitur imprudentia.
Mortalitati servitutem compares.
Non confitetur cui sua est exceptio.
Nil impedit aquam è flumine ducere publico.
Opus novum minime facit, qui refficit.
Operi tuo nomen quoque inscribas tuum.
Probationes ne sumantur de domo.
Possessio adquiri animo nudo non potest.
Quod occupatum est à mari fit publicum.
Qui deiici mandavit, idem & deiicit.
Ratihabitio quis non mandato comparet?
Renunciare quisque iure quit suo.
Sententia inter hos lata illis non nocet.
Summa est ratio pro religione quod facit.
Transferre ad alium nemo ius gladii potest.
Transactionis iuramentum implet vices.

Vbi-

Vbique cedit principali acceſſio.
Vani timoris nulla eſt æſtimatio.

Ius eſt id, utile ei quod eſt qui plus poteſt.] *Definitio hæc proficiſcitur non à Themide, ſed ab Impotentia. Meminit autem & horum verborum Tullius citante Divo Auguſtino libro* XXII. *cap. 21. de Civitate Dei, ubi eſt*: Vbi verò iuſtitia non eſt, nec ius poteſt eſſe. quod enim iure fit, profectò iuſtè fit: quod autem fit iniuſtè, nec iure fieri poteſt. non enim iura dicenda ſunt, vel putanda, iniqua hominum conſtituta, cùm illud etiam ipſi ius eſſe dicant, quod de iuſtitiæ fonte manaverit: falſumque ſit, quod à quibuſdam non rectè ſentientibus dici ſolet, id ius eſſe, quod ei, qui plus poteſt, utile eſt.

Iuſſa facere, ſervitutis eſt confeſſio.) *Verba ſunt Arellii Fuſci, ſeruata nobis à Seneca patre in Suaſoria* V.

Iuſti pares Diis per forum omne obambulant.) *Libanius Encomio Iuſtitiæ*: Καὶ ὅπερ ὁ μὴρ ἔφησε περὶ τῶν δεινῶν ἐκεῖνον, ὅτι θεοῖς ὁμοῖοι δι' ἀγορᾶς ἔρχονται, ἐγὼ ἄν τις δικαιότερον εἴποι περὶ τῶν δικαίων εἶπεν· τούτους γὰρ ὡς ἀληθῶς ἅπαντες αἰδοῦνται καθάπερ δαίμονας. Et quod Homerus de dicendi peritis ait,

Illos Diis pares incedere per forum:
Hoc iure optimo quis de iuſtis dixerit.
Hos ſiquidem omnes revera reverentur quaſi numina.

Iuſtitia nihil eſt quam Dei potentia.) *Senſus eſt Ioſephi, de quo videndus eſt lib.* IV. *Antiq. Iudaicarum cap. 8. ubi inquit*: Οὔτε γὰρ κέρδει χαιζομένους ἔτ' ἀξιώμαλι πεθοῆκε φανερὰς ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἔπάνω πάντων τιθεμένους. ὁ γὰρ θεὸς ἂν ἔτως δόξειε καλῶς φρονεῖσθαι,

νεῖθαι, καὶ ἀθενέστερον ἐκείνων οἷς ἄν τις ἐκ φόβου ἰσχύος φθονεῖται τοῦ ψήφου κερδαίνειν. δεῖ γὰρ θεὸν ἰσχύς ἐστι τὸ δίκαιον. Oportet ſine lucri & dignitatis reſpectu iudicare, & iuſtitiam omnibus aliis rebus anteponere. Hæc enim iniuria in Dei cõtumeliam recidit, quaſi verò is infirmior ſit habendus, quam illi quorũ potentiæ metu præter ius fertur calculus. nam Dei potentia eſt iuſtitia.

Iuſtum virum dies deprendit longior.) *Sumptum è Græco, cuius meminit & Iulianus Imper. in Epiſtolis: alluſitq; Seneca Oedipo, ver. 685: CR.* Parúmne me tam longa defendit dies? OED. Aditum nocendi perfido præſtat dies.

Iuſtus dolor plus percutit quàm brachia.) *Apologetici initio prò Synodo Ennodius*: Invidet ſibi ipſi victoriam, qui cõſcientia vulneratum aggredi ceſſat inimicum. Ad lucrum hoſtis ſui procedit qui in conflictibus non prius cauſas, quàm aliud expendit. Dat vires iaculis innocentia, & mucronem acuunt ex æquo venientia vota bellandi. percutiendi impetum plus iuſtum dolorem ſcimus dediſſe quàm brachia. Inde paucorum telis multitudo non ſubſtitit, &c. Labore multo gaudium multum pares.) *Invenire eſt tale quid inter Pindarica.*

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius.) *Videatur de eo Tullius ſecundo de Oratore.*

Lædi melior vir à peiore non poteſt.) *Plato in Apol. Socratis:* Ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψει οὔτε Μέλιτος, οὔτε Ἄνυτος· οὐδὲ γὰρ ἂν δυνήσαιτο· οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. ἀποκτείνειε μέν τ' ἂν ἴσως ἢ ἐξελάσειεν, ἢ ἀτιμάσειεν· ἀλλὰ ταῦτα οὗτος ἴσως οἴεται καὶ ἄλλος τις καὶ μεγάλα κακά· ἐγὼ δ' οὐκ οἶμαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ποιεῖν ἃ οὗτος νῦν ποιεῖ, ἄνδρα ἀδίκως ἐπιχειρεῖν ἀποκτιννύναι.

Scitote si me occideritis talem, qualem vobis modò dicebam, non me læsuros esse vos magis quàm vos ipsos. Me quidem neque Melitus, neque Anytus unquam lædet. Neque enim posset. Siquidem nefas est, ut arbitror, meliorem virum à deteriore lædi. interficere tamen potest vel pellere, vel contumeliâ quadam afficere. atque hæc iste quidem & alius aliquis ingentia putet esse mala: ego verò non puto. sed multo peius esse illa facere quæ nunc iste facit, aggrediens injustè virum occidere.

Lætatur anima intrinsecus laudem ad suam.) *Verba Divi Hieronymi libro de Virginitate.*

Lappa est egestas; excuti se non sinit.) *Acutissimum carmen. Simile prorsus eruas ex Epistola Simocattæ* XXIX. Πεπαύμεθα πενίᾳ μαχόμενοι δυσνιθετήτῳ θηρίῳ καὶ δυσκόλῳ δίκην ἕλκους τοῖς κεκτημένοις συμπολέκεται. Desivimus cum paupertate certare, malevola bestia & morosa. Lappæ in morem possidentibus adhæret.

Laudare seipsum, pretium conscientiæ est.] *Tacitus initio vitæ Agricolæ:* Sed apud priores, ut agere memoratu digna pronum, magisq; in aperto erat: ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur. *Acutè nimis Aristides Oratione* περὶ τοῦ παραφθέγματος: Οὕτω πάνυ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι θεοφιλεῖς καὶ τῶν ὁμοφύλων προέχουσιν, οὐκ αἰσχυνόμενοι ταῦληθῆ λέγοντες. ἀλλ' ἡγούμενοι τοὺς ἀλήτας ὑπὸ ἀπορίας πολλὰ ψευδομένους, καὶ κατὰ τὴν τῆς χρείας αἰτίαν, ποιῆσαι

τοῦνομα ἔστι ὃ οὐ φιλῶ; τὸν ἀλαζόνα, ᾧ πᾶσιν τὴν ἐναντίαν ἔρχεσθαι δήπουθεν ὁ τἀληθῆ λέγων. ἔστι δὲ καὶ τοῖς νόμοις μὴ λέγειν κακῶς, ἀλλ' ἀπλῶς, ἀλλὰ τὰ ψευδῆ. ὥσπερ τοίνυν ἐν τοῖς εἰς ἕτερον λόγοις οὐ τὸ κακῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ τὰ ψευδῆ δίκην ἔχει, οὕτως οὐδ' αὖ περὶ ἑαυτοῦ τὶς εὐφημῇ, δικαίως αὖ ἔχει μέμψιν, ἐὰν ἅπερ τὰ ψευδῆ λέγῃ. ὃς ὅτε ἀψευδὴς, οὔθ' ἕτερον κακῶς ἐρεῖ, οὔθ' αὐτὸν ἐπαινέσαι δεῆσαν φείσεται. Sic igitur homines quoque, quicunque Diis chari sunt, & cæteris præstant, non tam erubescunt veritatem profiteri, quàm errones putant, qui per inopiam multa mentiuntur, hoc arrogantis nomen, quod invisum tibi est, per necessitatem reperisse, à quo certè longissimè distat is, qui verum dicit. Quid quod leges etiam prohibent maledicere, non tamen prorsus, verùm falsò. Quare sicut de altero malè loqui vitiosum non est, nisi falsò fiat: ita si quis de se benè, modò verè, nunquam jure reprehendatur. si quidem qui verax est, is nec alteri injustè maledicet, nec seipsum, cùm opus erit, laudare verebitur.

Laudatio vel stricta dignis sufficit.) *Ennodius isthæc usurpat lib.* VIII. *Epistola* XXXVIII. *f.*

Laudato rura ingentia; exiguum cole.) *Imitatio Virgiliana*: Laudato ingentia rura; exiguum colito.

Laudant parentes filii illaudabiles.) *Hujus & sequentis versiculi explicationem petere debemus ab Arato Plutarchi sub initium.*

Laus aulica, odiosissima fugillatio est.) *Itáne verò? ita certè, si fides modò habenda ei qui expertus fuit, Iuliano inquam Imperatori, cujus hæc sunt verba Epi-*

pistolâ

stolâ ad Basilium : Σωσεσμεν γὰρ ἀλλήλοις οὐ μετὰ τ αὐλικῆς ὑποκρίσεως μόνης· ἧς, οἶμαι, σε μέχρι νῦν πεπειρᾶσθαι, καθ' ἣν ἐπαινοῦντες, μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος, ἡλίκον ἁδὲ τοὺς πολεμιωτάτους· ἀλλὰ μετὰ τῆς παρρησιάσου ἀλλήλοις ἐλευθερίας ἐξελέγχοντές τε ὅταν δέῃ καὶ ἐπιλιμαίνοντες, οὐκ ἔλαττον φιλοῦμεν ἀλλήλους τῶν σφόδρα ἑταίρων. Et enim adhuc ita vivimus, ut aulicæ simulationis nihil ferè retineamus (quam quidem tu fortasse adhuc expertus fuisti; quâ qui laudant, majore odio prosequuntur, quàm inimicissimos) sed honestâ moderatâque libertate, cùm opus est, nos mutuò accusamus & reprehendimus, neque tamen propterea minus inter nos amamus, quàm qui maximè amici sunt.

Laus exterorum verior quàm civium.] *Verba Cassiodori libro* x. *variarum ca*. IX. *in.*

Laus falsa, non est laus, imago exprobratio est.) *Dio Chrysostomus Oratione* II: Δεῖ δὲ τῶν ποιητῶν, τὰ μὲν ὡς συμβουλεύοντος καὶ νουθετοῦντος ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ ὡς ἐξηγουμένου μόνον, πολλὰ δὲ ὡς ὀνειδίζοντας καὶ καταγελῶντος. Quædam autem poetæ dicta suscipienda sunt ut consulentis & admonentis; quædam autem ut duntaxat recitantis; multa quoque ut exprobrantis & deridentis.

Laudem hoc meretur quod Natura dat bonum.) *D. Gregorius Oratione* XXXI: μὴ μέγα φρονεῖτε οἷς ἐκ φύσεως ἐνοδχοι. τὸ γὰρ τῆς σωφροσύνης, ἴσως ἀκούσιον. οὐ γὰρ ἦλθεν εἰς ἔπαινον, ἁδὲ τὸ σωφρονεῖν ἐδοκιμάσθη διὰ τῆς πείρας. τὸ μὲν γὰρ ἐκ φύσεως

ἀγαθὸν, ἀδόκιμον· τὸ δ' ἐκ προαιρέσεως, ἐπαινετόν. τίς πυρὶ χάρις τοῦ καίειν; τὸ γὰρ καίειν ἐκ φύσεως ἔχει. τίς ὕδατι τοῦ κάτω φέρεσθαι; τοῦτο γὰρ ἔχει παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος. τίς χιόνι τῆς ψυχρότητος χάρις, ἢ τῷ ἡλίῳ τοῦ φαίνειν; φαίνει γὰρ κἂν μὴ βούληται. χαρίζου μοι τὸ βούλεσθαι τὰ βέλτιστα. Ne admodum magnificè de vobis sentiatis, quia naturâ eunuchi estis. Fortasse enim pudicitia hæc minimè voluntaria est. Non enim explorata est, nec castimonia periculo facto comprobata. Bonum enim, quòd à naturâ proficiscitur, laudem non meretur: quod autem à liberâ voluntate animique instituto fluit, id demum laude dignum existimandum est. Quæ igni gratia est, quòd urit? urere enim à naturâ habet. Quæ aquæ, quòd deorsum fertur? hoc enim à summo rerum omnium opifice habet. Quæ nivi gratia habenda est, quòd frigida sit? aut Soli, quòd luceat? lucebit enim etiam invitus.

Laudes amici, duxeris laudes tuas.) *D. Cyprianus libro* I. *Epistolâ principe:* Confessionis vestræ honorem sic exsultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus vestris nos quoque participes ac socios computemus. nam cùm nobis & ecclesia una sit, & mens juncta, & individua concordia; quis non sacerdotis sui laudibus, tanquam in suis propriis gratuletur? aut quæ fraternitas in fratrum gaudio non ubique lætetur?

Lex desideriis scripta nulla creditur.) *Voces sunt Ennodii libro* VII. *Epistola* XXV. *p.*

Lex omnis absque auctoritate mortua est.) *Invenias apud D. Ambrosium comment. ad Romanos.*

Lex

Lex viva, non ſcripta, eſt ſuis Princeps bonus.) *Videatur Imperator Baſilius capite* XXXII. *Exhortationum ad filium.*

Legem ac tribunal quisque habet domo in ſuâ.) *Bellè diducitur D. Chryſoſtomo Homiliâ* IV. *Epiſt.* II. *ad Timotheum*: Καὶ γὰρ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ παντα χῦ δικαστήρια ἐστιν ἰδεῖν. ἐν οἰκίᾳ μὲν γὰρ ὁ δεσπότης δούλοις δικάζει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοὺς ἀπαιτεῖ δίκας, καὶ τὰ μὲν κολάζει, τὰ δὲ ἀφίησιν. ἐν ἀγρῷ πάλιν ὁ γεωργὸς καὶ ἡ γυνὴ δικάζετον καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ἐν πλοίοις ὁ κυβερνήτης δικάζει: ἐν στρατοπέδοις ὁ στρατηγὸς τοὺς στρατιώτας: καὶ πολλὰ ἄν τις εὕροι δικαστήρια ἐν τέχναις: ὁ διδάσκαλος τῷ μαθητῇ: καὶ ἰδίᾳ τοίνυν καὶ κοινῇ πάντες ἀλλήλοις δικάζουσι, καὶ οὐδαμοῦ τὸν λόγον ἀνεξεταζόμενον ἴδοι τις ἄν, ἀλλὰ πάντας δίκας δικάζοντας πανταχοῦ. Nempe enim & in privata domo, & in foro & omnibus omninò in locis leges ac judicia videas. In domo paterfamiliâs ſervos quotidiè judicat, pœnasque peccantibus infert, peccataque partim punit, partim remittit. In villâ rurſus villicus & uxor diebus ſingulis judicia exercent. In navi gubernator de vectoribus judicat, in caſtris dux milites diſcutit, plurimaque in hunc modum judicia invenies. In artibus magiſter jura diſcipulis dictat. Omnes denique & ſeorſum & communiter ſe invicem judicant. Nuſquam videas juris rationem non haberi, ſed omnes ubique pœnas ſcelerum dare.

Leges jubent erui, non abſcondi malos.] *Pe-*

ritum è Tertulliani Apologetico cap. II. *m.*

Leges legantur sæpè, sæpè fœdera.) *Monitus videlicet Platonis, cæterorumq; Legislatorum. De Onesimo, inquit Livius libro* XLIV. *cap.* XVI. *m:* Is pacis auctor semper regi fuerat monueratque, sicut pater ejus Philippus institutum usque in ultimum vitæ diem servabat, quotidiè bis in die fœderis icti cum Romanis perlegendi, ut eum morem si non semper, crebrò tamen usurparet.

Leges quidem timemus, sed Reges magis.) *Inde acutè Iulianus Imp.* Μισοπογ: Καὶ γὰ οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας· ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὕβρισεν, οὗτος ἐκ τοσούτου τοὺς νόμους κατεπάτησεν. Leges Principum caussa timentur. Quare qui Principem violare ausus est, is multò etiam magis leges violarit.

Libens juvat miseros malo antè exercitus.) *Virgiliana Dido:* Non ignara mali miseris succurrere disco.

Linguæ auriumque maxima est cognatio.) *Lucianus libello de Hercule Gallico:* Ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους τοῖς τῆ γλώττῃ ὁ γέρων οὗτος Ηρακλῆς, ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὴν τῶν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν. Proinde quòd ab auribus vinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud quàm ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem.

Loci auxilio persæpe vincit paucitas.) *Pertinet ad militaria. plurimum enim momenti in loco pugnæ, adeò quidem ut diserte affirmet Vegetius lib.* III. *de re militari*

militari cap. XXVI: Amplius prodest locus sæpe quàm virtus. *Livius libro* II. *cap.* L. *f:* Vincebatque auxilio loci paucitas, nisi jugo &c.

Longè fugit profectò qui fugit suos.) *Tale lemma fiat uni ex libris Varronianis, frequenter laudato à Grammaticis.*

Loquacitati adest & curiositas.] *Plutarchus libro de Garrulitate cap.* XVIII. *p:* Τῇ δὲ ἀδολεσχίᾳ καὶ ἡ περιεργία κακὸν οὐκ ἔλαττον παρέσται. πολλὰ γὰρ ἀκοῦσαι θέλουσιν, ἵνα πολλὰ λέγειν ἔχωσι. καὶ μάλιστα τοὺς ἀπορρήτους καὶ κεκρυμμένους τῶν λόγων περιιόντες ἐξιχνεύουσι καὶ ἀνερευνῶσιν, ὥσπερ ὕλην παλαιὰν ἵνα φορτίων τῇ φλυαρίᾳ ἐμβαπτόμενοι. Præterea garrulitati malum hoc ipso non minus malo adest curiositas. Multa enim audire volunt garruli, ut multa habeant quæ dicant. ac maximè arcana & abscondita scrutantur atque investigant, futilitati tanquam materiem quandam obsoletam sarcinarum apponentes.

Lucrosa quævis mortis est dilatio.) *Nescimus enim quid serus vesper ferat. Echedemus Ætolis apud Livium libro* XXXVII. *cap.* VII: Dilationem nihil ad præsentia mala, quæ ultima essent, adjecturam: levari per multos casus tempore interposito præsentes clades posse. *Addatur & Euripidis Hercule furente, versu* XCIII. *Terentii Andria, actus* II. *sc.* I. *vers.* XV. *Heliodorus lib.* IX. *Æthiopicæ Historiæ:* Οὕτως ἄρα ἡ ἀπειρηκότις ἑαυτῶν ἄνθρωποι, τὸν ἀεὶ παρόντων ὥραν, κέρδος εἰς ὑπέρθεσιν θανάτου νομίζουσιν.

Sic omninò homines etiam qui de ſuis rationibus deſperarunt, ſemper quod ſupereſt temporis ad dilationem mortis, in lucro ponunt.

Lugubre nullum funus quàm domeſticum.) *Vix enim aliorum mortes veris plorantur lacrimis; aut ſi veris, intra unum alterumq; diem areſcunt. Inde liquet de vi verborum Suetonii in vitâ Titi cap.* XI: Quod ut palam factum eſt, non ſecus atque in domeſtico luctu mœrentibus publicè cunctis &c. *Idq; etiam ſenſit Cicero lib. de Amicitiâ cap.* IV. *de Scipione Africano:* Quam autem civitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum fuit. *Adeatur Plutarchus in vitâ Numæ ac Publicolæ.*

Lumen fugito quod ſævo ex igne naſcitur.) *D. Nazianzenus Orat.* XL: Εὖ μόνον φῶς φεύγωμεν τὸ ἔξ πικρᾶ πυρὸς ἔκγονον.

Lumen lucernæ Solis luce offunditur.) *Eſt à Cicerone qui videatur libro* III. *de Finibus bon. cap.* XIII. *p.*

Luſus poetæ, fæti ſunt ſapientiâ.) *Simocattæ Epiſtolâ* LXXXII. Καὶ τὰ τῆς ποιήσεως παίγνια, πόσης σύμπαλεα σοφίας καθέψηκε.

M.

MAge cogitanda eſt veritas quàm offenſio.] *In admonendo ſcilicet, vel populo publicè, vel privatim amico. Verba ſunt Salviani è libro* VII. *de gubernatione Dei,*

Mage eſt ditare quàm ditari Regium.) *Plutarchus in Apophthegm. Regum; capite* XLIII: Πτολε-

Πτολεμαῖος ὁ Λάγυ ταπολλὰ παρὰ τοῖς φίλοις ἐδείπνει καὶ ἐκάθευδεν· εἰ δέ ποτε δεῖπνίζοι, τοῖς ἐκείνων ἐχρῆτο, μεταπεμπόμενος ἐκπώματα καὶ στρώματα καὶ τραπέζας αὐτὸς δὲ οὐκ ἐκέκτητο πλείω τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ βασιλικώτερον ἔλεγε τὸ πλουτεῖν εἶναι τοῦ πλουτίζειν βασιλικώτερον. Ptolemæus Lagi F. crebrò apud amicos cœnabat & dormiebat. quòd ſi quando convivium præberet, eorum pocula, veſtes, ſtragulas, & menſas uſurpabat, ipſe plura neceſſariis non poſſidebat. dicens: Magis regium eſſe ditare quàm divitias poſſidere.

Mage eſt voluptas quàm labor, quid diſcere.) *Voces Ciceronis è libro* III. *de Officiis cap.* II. *m.*

Mage quæritur clientium res quàm fides.] *Verſus ſumptus è Plauti Menæchmis actu* IV. *ſc.* II. *numero* VII.

Magis arduum eſt præſtare alios, quàm ſe bonum.) *Tacitus libro de vitâ Agricolæ cap.* XIX: Simulque doctus per aliena experimenta, parum profici armis ſi injuriæ ſequerentur cauſſas bellorum ſtatuit exſcindere; à ſe ſuisque orſus, primam domum ſuam coercuit; quod pleriſque haud minus arduum eſt, quàm provinciam regere: *adjiciatur Plinius Panegyrici ad Trajanum cap.* LXXXIII.

Magis ſibi quàm ſuis bonus Dux imperat.) *Plutarchus de Ageſilao in Apophthegmatis Laconicis cap.* X: Ὁπότε δὲ βάλοιτο ἔργον τι ταχέως ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν γενέσθαι, αὐτὸς πρῶτος ἐφήπτετο ἐν ὄψει ἁπάντων. ἐμεγαλαύνετο δὲ ἐπὶ τῷ μηδενὸς ἧττον πονεῖν, καὶ ἐπὶ τῷ ἄρχειν ἑαυτοῦ, μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῷ βασιλεύειν.

Sic omninò homines etiam qui de ſuis rationibus deſperarunt, ſemper quod ſupereſt temporis ad dilationem mortis, in lucro ponunt.

Lugubre nullum funus quàm domeſticum.) *Vix enim aliorum mortes veris plorantur lacrimis; aut ſi veris, intra unum alterumq; diem areſcunt. Inde liquet de vi verborum Suetonii in vitâ Titi cap.* XI: Quod ut palam factum eſt, non ſecus atque in domeſtico luctu mœrentibus publicè cunctis &c. *Idq; etiam ſenſit Cicero lib. de Amicitiâ cap.* IV. *de Scipione Africano:* Quam autem civitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum fuit. *Adeatur Plutarchus in vitâ Numæ ac Publicolæ.*

Lumen fugito quod ſævo ex igne naſcitur.) *D. Nazianzenus Orat.* XL: Εὖ μόνον φῶς φεύγωμεν τὸ ἐκ πικρᾶς πυρὸς ἔκγονον.

Lumen lucernæ Solis luce offunditur.) *Eſt à Cicerone qui videatur libro* III. *de Finibus bon. cap.* XIII. *p.*

Luſus poetæ, fæti ſunt ſapientiâ.) *Simocatta Epiſtolâ* LXXXII. Καὶ τὰ τῆς ποιήσεως παίγνια, πόσης σύμπαλεσε σοφίας καθέσηκε.

M.

MAge cogitanda eſt veritas quàm offenſio.] *In admonendo ſcilicet, vel populo publicè, vel privatim amico. Verba ſunt Salviani è libro* VII. *de gubernatione Dei,*

Mage eſt ditare quàm ditari Regium.) *Plutarchus in Apophthegm. Regum; capite* XLIII: Πολε-

Πτολεμαῖος ὁ Λάγυ πολλὰ παρὰ τοῖς φίλοις ἐδείπνει καὶ ἐκάθευδεν· εἰ δέ ποτε δεῖπνίζοι, τοῖς ἐκείνων ἐχρῆτο, μεταπεμπόμενος ἐκπώματα καὶ στρώματα καὶ τραπέζας αὐτὸς δὲ οὐκ ἐκέκτητο πλείω τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ βασιλικώτερον ἔλεγε τὸ πλουτεῖν ἔναι βασιλικώτερον. Ptolemæus Lagi F. crebrò apud amicos cœnabat & dormiebat. quòd si quando convivium præberet, eorum pocula, vestes, stragulas, & mensas usurpabat, ipse plura necessariis non possidebat. dicens: Magis regium esse ditare quàm divitias possidere.

Mage est voluptas quàm labor, quid discere.) *Voces Ciceronis è libro* III. *de Officiis cap.* II. *m.*

Mage quæritur clientium res quàm fides.] *Versus sumptus è Plauti Menæchmis actu* IV. *sc.* II. *numero* VII.

Magis arduum est præstare alios, quàm se bonum.) *Tacitus libro de vitâ Agricolæ cap.* XIX: Simulque doctus per aliena experimenta, parum profici armis si injuriæ sequerentur causas bellorum statuit exscindere; à se suisque orsus, primam domum suam coercuit; quod plerisque haud minus arduum est, quàm provinciam regere: *adjicitur Plinius Panegyrici ad Trajanum cap.* LXXXIII.

Magis sibi quàm suis bonus Dux imperat.) *Plutarchus de Agesilao in Apophthegmatis Laconicis cap.* X: Ὁπότε δὲ βάλοιτο ἔργον τι τειχέως ὑπὸ τ τραπιωτῶν χωρέιν, αὐτὸς πρῶτος ἐφήπτετο ἐν ὄψει ἁπάντων. ἐμεχαλωύετο δὲ ὅτι τῷ μηδενὸς ἧττον πονεῖν, καὶ ὅτι τῷ ἄρχειν ἑαυτ, μᾶλλον ἢ ὅτι τῷ βασιλεύειν.

Si quando aliquid vellet celeriter à militibus peragi, id primus ipſe in conſpectu omnium aggreſſus eſt. Hoc gloriabatur, quòd à nemine ſuperáretur laborando, & ſibi ipſi magis quàm ſubditis imperaret.

Magiſter eſt juramentum fallaciæ.) *Præcipuè amatorum*, *Simocatta Epiſtola* XXXIII. Ἀπιστία πίστεως ἔοικεν ἀσφαλέστερον. καὶ πρὸς ἀπάτην ὅρκος σοφιστής ἐστιν ἀξιόχρεως. Perfidia fide videtur firmior & ſtabilior, & ad fallendum, Iuramentum magiſter eſt idoneus.

Magnis animi evertuntur calamitatibus.) *De Albutio Seneca pater libro* I. *controverſia* VII: Heic Philoſophicum locum introduxit, quomodo magnis calamitatibus animi everterentur.

Magnum eſſe quid refert, prodes ſi nemini?) *D. Chryſoſtomus Homilia* XXVII. *ad* II. *Corinth:* Τί γὰρ ὄφελος μέγα εἶναι, καὶ μηδένα ὠφελεῖν; ὥσπερ οὖν ἰατρὸς κέρδος ἐμπείρως, μηδένα τῶν καμνόντων ἰωμένης. Quid tefert magnum eſſe, ſi nemini proſis: quemadmodum videlicet nil prodeſt medicum artis ſuæ peritum eſſe, ſi nulli ægrotantium medeatur.

Magum facilius quis infamet quàm probet.] *Verba ferè ſunt Apulei, ex Apologiâ prima; ſed verſum ſanè non implent. potius fuiſſet:* Infamaveris magum facilius quàm probaveris, *carmine trochaico.*

Magnum in periclis præſidium innocentia eſt.) *Ceſtius Pius apud Senecam lib.* VII. *Controverſiâ* I. Ecce navem divinitas armat, ſubitò viſa ſunt vela, ſubitò

subitò navis cæpit & regere se & attollere. Magnum est præsidium in periculis innocentia. Sævum mare involvitur, procellæ spumante impetu latera navigii urgent: pulsatur undique navis periculis: innocentia tamen tuta est.

Majora sunt multò opera animi quàm corporis.) *Sunt Tulliana è libro* II. *de Officiis cap.* XIII. *m.*

Malè educatus rarò transit ad bonum.) *Libanius Vituperio Æschini:* Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ γεγονὼς ἐκ δούλου πατρὸς, καὶ τούτου πονηροῦ, καὶ πόρνης μητρὸς, καὶ τραφεὶς ὡς εἰκὸς τὸν ἐκ παιδὸς φαύλου μηδὲν ὑγιαῖον, μηδὲ καλὸν μήτε ἐπιτήδευσε, μήτε εἶπε, μήτ' ἔπραξεν. Ac nihil mirum est si patre servo natus, eoque improbo & meretrice matre, atque ita educatus, ut par est ortum ex talibus, generosi nihil & præclari, neque suscepit, neque dixit, neque fecit.

Malè illicò audibis, si malèdixis mihi.) *Versus Cæcily apud Gellium libro* VII. *cap.* XVII. *f.*

Maligna insontes deprimit suspicio.) *Sumptum è Phædri Fabulâ Æsopicâ* XLIX. *m.*

Malignitatem nulla flectit lenitas.) *D. Gregorius Nazianzenus Epistolâ* LXXVII: Οὐ γὰρ ἀνέχεται τοὺς πονηροὺς ἐπιείκεια.

Malim mori meos quàm mendicarier.) *Citatur à Grammaticis è Plauti Vidulariâ.*

Malit carere gloriâ auctus gloriâ.) *Quippe homini cuivis, juxta Ausonium*; Esse in honore placet, mox displicet. *Rationes pulcrè examinat Seneca Epistolâ* XCIV. *f. & cap.* IV. *de Brevitate vitæ,*

vitæ, item Arrianus in Epictetum Dissertationum libro III. *cap.* XXII. *quibus addatur licet Phalaridis Epistola* XXXVIII. *item Imperatoris Manuelis Monitorum caput* LXVII. *m.*

Mederi potis oratio iracundiæ.) *Producitur versus hic à Cicerone, libro* III. *Tusculan. Quæst. cap.* XXXI. *f.*

Medicinam animæ justitiam esse quis neget?) *Plutarchus libello de his qui serò à Numine puniuntur cap.* VI. *p:* Ὅτι γὰρ ἡ περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρεία, δίκη δὲ καὶ δικαιοσύνη προσαγορευομένη, πασῶν ἐστι τεχνῶν μεγίστη, πρὸς μυρίοις ἑτέροις καὶ Πίνδαρος ἐμαρτύρησεν. Medicinam animæ, quæ justitia cognominatur, omnium esse artium maximam, præter sexcentos alios etiam Pindarus testatur.

Mediocritas in rebus optima omnibus.] *Verba sunt Tulliana è libro* IV: *Tusculan. Quæst. cap.* XX. *f.*

Melius beneficio quàm metu homines obliges.) *Livius libro* XLVI. *cap.* XLIX. *m:* Scipio vocatis obsidibus, primùm universos bonum animum habere jussit: venisse eos in populi Romani potestatem, qui beneficio quàm metu obligare homines malit; exterasque gentes fide ac societate junctas habere quàm tristi subjectas servitio. *Sulla ad Borchum:* Ad hoc populo Romano jam à principio inopi, melius visum est amicos quàm servos quærere; tutiusque rati volentibus quàm coactis imperitare. *Sallustius in Iugurth.*

Melius sibi credit quisque de re maximâ.) *Apud Senecam Patrem libro* VI. *contr.* I: Meæ partis heres ero tuæ custos. Et quia de re maximâ melius sibi quis-

quisque credit, do chirographum &c.

Membris cinædi queis ſitis nil intereſt.) *Fuiſſe id dictum Archeſilai Philoſophi in delicatos divites, meminit Gellius libro* III. *Noct. Attic. cap.* V.

Mendacium nil differt à perjurio.) *Tale quid legiſſe videor in Ciceronis Rabiriana.*

Mendax ubi verum dicit amittit fidem.) *Depromptum è Phædri fabella.* X. *p.*

Mens tanta ineſt Centauris quanta feminis.) *Hoc eſt nulla. Diogenianum circumfertur:* Νοῦς οὐκ ἔνι Κενταύροισιν.

Merces fideli tuta eſt & ſilentio.] *Factum ex alio verſu Horatii lib.* III. *Oda* II.

Merces laboris ipſe eſt ingenuis amor.) *D. Nazianzenus Oratione* XL: Ἵνα μὴ λέγω ὅπι καὶ αὐτὸ τὸ καμεῖν πλέον, πλείων μισθὸς τῷ μὴ παντὶ καπηλικῷ τὴν διάνοιαν. Vt illud non dicam, hoc ipſum amplius laborare, amplioris mercedis loco habendum eſſe, his quidem certè, qui animo ſunt non omnino illiberali & ſordido.

Merces malo fraudum tandem à Superis datum.] *Formatum è Phædri fabula Æſopica numero* XVII. *f.*

Meretrix amantem nullum habet quàm transfugam.) *Videtur idem velle quod D. Chryſoſtomus Homilia* XXXVII. *in Epiſtolam* II. *ad Corinthios:* Τίνος γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἐραθείη γυναικὸς, τῆς ὑπὲρ τὸν ἕωσφορον καταλινομένης αὐτῷ, καὶ ἐκδιδομένης, ἢ τὸν ἀρνουμένης, καὶ πράγματα αὐτῷ παρεχούσης; ἔνδηλον, ὅτι ταύτης. καὶ γὰρ μειζόνως ἐντεῦθεν ὁ πόθος

ὁ πόθος ἀνάπτεται. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο ἔσται. καὶ τὸν ἡμῶσιν καὶ θαυμάσονται μᾶλλον τὸν ὑπερορῶντα αὐτῶν. εἰ δὴ τοῦτο ἀληθὲς, κἀκεῖνο ὁμοίως, τὸ ἐν μείζονι εἶναι ἡδονῇ τὸν μᾶλλον τιμώμενον καὶ ἀγαπώμενον. ἐπεὶ καὶ στρατηγὸς πόλιν μὲν καθάπαξ ἁλοῦσαν, ἀφίησι: τῇ δὲ ἐμμανεῖ καὶ φιλονεικούσῃ μετὰ σπουδῆς ἅπασης. καὶ θηρευτὴς τὸ μὴ θηρευθὲν ζῶον ἐν σκότῳ κατακλείσας ἔχει, καθάπερ ἡ πόρνη τὸν ἐραστήν. τὸ δὲ φεῦγον διώκει. Quàmnam mulierem magis amarit quispiam, eamne quæ facilè succumbit & ei se dedit, an eam quæ negat & ei negotium exhibet? Est perspicuum quod hanc. Hinc enim accenditur maius desiderium. Ergo idem quoque erit in muliere, & eum magis honorabant & admirabuntur qui eas despicit. Si est autem hoc verùm. illud quoque similiter in majori esse voluptate eum qui magis honoratur & diligitur. Nam & dux exercitus urbem quidem semel captam dimittit: ei autem qui resistit & contendit omni studio assidet. Venator quoque feram venando captam habet in tenebris inclusam, quomodo meretrix amatorem: eam autem quæ fugit persequitur.

Metus futuri pignus est metus prior.) *Arellius Fuscus Suasoria* v: At nescio quomodo languet circa memoriam jacturæ animus, & disturbata arma non repetit: prior enim metus, futuri pignus est: amissa, ne audeat, amissurum monent.

Migrante his omnis migrat pecuniâ.) *Plutarchus*

tarchus in Lycurgo de statu Reipublicæ ipsius cap. XLIV: Δίκαν δε, ὡς εἰκὸς, ἐξέλιπον ἅμα τῷ νομίσματι &c.

Minerva semper proxima adsidet Iovi.) *Plutarchus Symposiacon libro* I. *Quæstione* II. §. IV. Ἡ δὲ Ἀθηνᾶ φαίνεται τὸν πλησίον ἀεὶ τοῦ Διὸς τόπον ἐξαίρετον ἔχουσα. καὶ τοῦτο παρεμφαίνει μὲν ὁ ποιητὴς ἐν ὧν περὶ τῆς Θέτιδός φησιν, Ἡ δ' ἄρα πὰρ Διὶ πατρὶ καθέζετο, εἶξε δ' Ἀθήνη. Διαῤῥήδην δὲ ὁ Πίνδαρος λέγει, Πῦρ πνέοντος ἅ τε κέραυνος ἄγχιστα ἡμένη. καί τοι φησὶ Τίμαιος οὐ δεῖν ἀφαιρεῖσθαι τῶν ἄλλων ἐνὶ ποιεῖν μᾶλλον. Minerva videtur eximium hunc locum habuisse, ut semper Iovi proximè adsideret. idque poeta innuit, de Thetide dicens:

Assedit patrique, locum cedente Minervâ.

& Pindarus disertè dixit:

Spiranti flammas quæ propè fulmini assidet.

Minimè beant mortalem opes; usus beat.) *Plenius istud tractatur ad Platonem in Euthydemo, qui legatur.*

Minimè docilis vidua est ad illa quæ velis.) *Apuleius Apologia* II: Vidua autem qualis nuptiis venit, talis divortio digreditur: nihil affert irreposcibile. sed venit jam ab alio præflorata: certè tibi, ad quæ velis minimè docilis &c.

Minimè malo fit, quod fit exemplo tuo.] *Seneca lib.* X. *controversiarum præfatione:* Ejus qui in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viventis adhuc scripta combusta sunt; jam non malo exemplo, quia suo, &c.

Minimè

Minimè ſuis parcent, qui non parcunt ſibi.]

Voces D. Bernardi Sermone LXXVII. *in Cantic.*

Minus Deo æquus eſt homo, homini quàm canis.) *D. Chryſoſtomus Homilia* II. *in Epiſtolam ad Coloſſenſes:* Μᾶλλον δὲ οἱ μὲν κυνες λάβοντες, καὶ μὴ λάβοντες, σαίνουσι τοὺς οἰκείους: οὐ δὲ ὁ τοῦτο ὁ κύων καὶ μὴ λαμβάνων, σαίνει τὸν δεσπότην: οὐ δὲ, καὶ λαβὼν, ὑλακτεῖς κατ' αὐτοῦ. πάλιν ὁ κύων καὶ διεργετούμενος οὐδὲ τοῦτο ἀλλοτρίως, οὐδὲ ὅπως καταλύει τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ ὅπως σπᾶται πρὸς φιλίαν: οὐ δὲ καὶ μυρία πάσχων παρὰ τῶν δαιμόνων, ἐπ' ἄκρον αὐτοὺς εὐσεβεῖς ὥστε διαλῆ καὶ κυνὸς εἶ χείρων. καλῶς ἂν ἀνεμνήσθην νῦν τῶν κυνῶν πρὸς τοὺς τότε μόνον εὐχαριστοῦντας ὅταν εὖ πάσχωσιν. αἰδέσθητε, παρακαλῶ, τοὺς κύνας, οἱ καὶ λιμώττοντες σαίνουσι τοὺς δεσπότας. Imò verò etiam canes, tam qui acceperunt, quàm qui non acceperunt, blandiuntur domeſticis. Tu autem non hoc facis. Canis etiam non accipiens blanditur domino. Tu autem etiam quum acceperis, adverſus eum latras. Rurſus canis, etiam ſi alienus ei benefaciat, ne ſic quidem deſinit ei eſſe inimicus, neque allicitur ad amicitiam. Tu etiam mala innumerabilia patiens à dæmonibus, etiam ad prandia eos introducis. Quamobrem es duplo cane deterior. Rectè autem in memoriam revocavi canes apud eos qui tunc ſolùm agunt gratias, quum affecti fuerint beneficio. Revereamini rogo canes, qui etiam fame laborantes adulantur dominis.

Minus valet potentia beneficentiâ.] *Vel ea tantum de causâ, quod* ἰσχὺν μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἣν τινὰ οὐκ ἀναιρεῖ χρόνος, *Εὐεργεσίαν δὲ ἀθλεμίαν*: nulla est potentia quam non abrogat tempus, nullam autem beneficentiam; *ut loquitur Dio Chrysostomus Oratione* XXXI.

Miramur abstrusa, haud miramur obvia.] *Maximus Tyrius Dissertatione* XXIX: Θερσεῖα γὰρ ἔοικε ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ, τὰ μὲν ἐν ποσὶν, ἧσσον τιμᾷ, τὰ δὲ ἀπόντα θαυμασικῶς ἔχει. Ea humanæ mentis impudentia est, ut quæ exposita sunt, minoris faciat, quæ abstrusa; vehementer admiretur.

Miramur omnes nostra, aliena temnimus.) *Contrarium huic Publii illud:* Aliena nobis, nostra plus aliis placent. *sed utrung; tamen verum. miramur aliena cùm litamus Philargyria; nostra cùm Philautia. Iulianus Apostata in Antiochensi suo:* Ποτερα μὲν οὖν ἐστι κρείττονα, θεοῖς ἴσως δῆλον, ἐπείπερ ἀνθρώπων ἀθλεῖς ὅτου τι ἡμῖν ὑπὲρ τῶν διαφορῶν βραβεῦσαι· πειρώμεθα γὰρ ἀθλαμῶς αὐτῷ διὰ φιλαυτίαν· θαυμάζειν γὰρ εἰκὸς τὰ ἑαυτῶν ἕκαστον, ἀτιμάζειν δὲ τὰ τῶν ἄλλων τοῖς ἄλλοις. Vtra autem leviora sint, Dii fortasse norunt, homo quidem certè nullus potest dijudicare, cùm præsertim ingenitus cuique sui amor non sinat alteri fidem adhibere: quòd ea sit ferè hominum natura, ut omnes sua mirentur, aliena despiciant.

Mirè viros honestat matrimonium.) *Libanius Progymnasmate de conjugio:* Ἅμα δὲ τῷ γάμῳ, καὶ

δόξα βελτίων συνεισέρχεται. ὅτι γὰρ πρότερον ἐπαινούμενος, θαυμασιώτερος γίνεται, καὶ μᾶλλον δοκεῖ σωφρονεῖν. οἷς τε τινες ἦσαν πρὸ τῶν γάμων αἰτίαι, λέλυνται. καὶ ὅλως ἑλκύθερον σχῆμα τοῦ αἰτιωμένου πρέπον, ὃ δὲ μὲν γυναικὸς δεῖται τὰ κοινὰ πρᾶξαι, ὃ δὲ γυναῖκα πάλιν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἀναστρέφειν. οὕτω καὶ συμβουλίοις προσέχουσι, καὶ πρεσβείαν ἐγχειρίζουσι, καὶ ἀρχὰς διατιθέασι. δοκεῖ γὰρ ὁ παῖδας τρέφων, καὶ θεοὺς φοβεῖσθαι, καὶ ἀνθρώπους αἰσχύνεσθαι, καὶ δόξης ἐπιθυμεῖν, καὶ δικαίου ἐραστὴς εἶναι. Iam cum ipsis nuptiis & melior existimatio accedit. nam & is qui antè laudatus fuit, fit deinde admirabilior, habeturque pro modestiore. quique ante conjugium in criminibus fuêre, illis postea liberantur. Omnino decorum hoc expetenti speciẽ liberalem, ab uxore ad Rempublicam procedere, & ab hac ad illam reverti. Tali in consiliis adhibent animos, Legationes decernunt, omnem administrationem committunt. Videtur enim liberûm educator, & Deos metuere, & homines vereri, & laudis esse cupidus, & justitiæ cultor.

Mirum in modum laus dum vitatur quæritur.) *Sunt verba D: Hieronymi libello de virginitate servanda, ad Eustochium:* Nec satis religiosa velis videri, nec plus humilis quàm necesse est, ne gloriam fugiendo quæras. Plures enim paupertatis, misericordiæ, atque jejunii arbitros declinantes, hoc ipso cupiunt placere quod placere contemnunt; & mirum in modum laus dum vitatur appetitur.

Miserior est cui moritur uxor cælibe.) *Plutarchus*

Que-

Quæstionum Romanarum L: Ὁ μὲν γὰρ γεγαμηκὼς οἶκος, πόλις· ὁ δὲ τὴν γήμασαν, εἴτε ἀποβαλόντος, οὐκ ἀτελὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ πεπηρωμένη. Qui uxorem duxit, ejus domus perfecta est. qui ductam amisit, ejus non imperfecta modò, sed & mutilata est familia.

Molestiæ expers Principum molestia.) *Cicero lib.* III. *Tusculan. quæst. cap.* XXVI: Semper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat: cujus in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æquè graves Imperatori & militi; quod ipse honos laborem leviorem faceret Imperatorum.

Mordere non modò est canum, etiam amantium est.] *De eo plura Lucretius, sed & D. Chrysostomus Homilia* XXIV. *in Epistolam* I. *ad Corinthios:* Τοῦτο τὸ σῶμα ἔδοκεν ἡμῖν καὶ κατέχειν καὶ ἐσθίειν, ὅπερ ἀγάπης ἐπιτεταμένης ἦν. οὓς γὰρ ἂν φιλῶμεν, καὶ δάκνομεν πολλάκις διὸ καὶ ὁ Ἰὼβ τὸν ἔρωτα τῶν οἰκετῶν τὸν πρὸς αὐτὸν ἐνδεικνύμενος, ἔλεγεν, ὅτι πολλάκις ἐκεῖνοι σφόδρα αὐτὸν φιλοῦντες ἔλεγον, τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ πλησθῆναι; Hoc corpus nobis dedit & tenendum, & comedendum, quod fuit intensæ dilectionis. Nam quos amamus, etiam mordemus sæpius. Quamobrem Iob quoque servorum suorum amorem in ipsum indicans, dicebat, quòd sæpè illi ipsum valde amantes, dicebant: Quis dederit nobis impleri ejus carnibus.

Morientibus gratissima res est commori.) *Vibius Gallus lib.* IX. *controversiâ* 6: Concitatissima in morte

rabies est: desperatione ultima in furorem animus impellitur. Quædam fere tela omnia commordent, & ad mortis auctorē per vulnera sua ruunt. Absciſsâ missione gladiator, quem armatus fugerat, nudus insequitur. Præcipitati non quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit; & naturali quodam deploratæ mentis affectu, morientibus gratissimum est commori.

Morientium suprema vox nunquam excidit,] *Inde Tacitus in vitâ Agricolæ cap.* XLV: Sed mihi filiæque tuæ præter acerbitatem parentis ereptiaugebit mœstitiam, quod assidere valetudini, fovere deficientem, satiari vultu complexu non contigit. excepissem certè mandata vocesque quas penitus animo figeremus &c.

Mors esse longa non potest quærentibus.) *Gyton apud Petronium:* Ego si te non invenissem, perituarus per præcipitia fui: & ut scias non longè esse quærentibus mortem, spectа invicem quod me spectare voluisti.

Mortis comes teterrima omnium fames.) *Sunt verba ferè Columellæ, quas & explicat ipse libro* II. *de Re rusticâ cap.* II.

Mortem reus anteit ad mortem qui ducitur.] *Sic de Lyca Seneca in Hercule OEtæo vers.* 810: Complexus aras ille tremebundâ manu, Mortem metu consumpsit, & parum sui Pœnæ reliquit: dumq; tremebundum manu tenuit cadaver &c. *D. Chrysostomus Homil.* VIII. *ad Thessalonic.* Εἴδετε ποτὲ τὸν ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θάνατον; ποίαν νομίζετε αὐτοῖς εἶναι τὴν ψυχὴν, τὴν μέχρι τῆς πύλης ὁδὸν

Badi-

βαδίζουσι; πόσων θανάτων ὑ χείρονα; τί οὖν ἂν ἔλοιντο καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν ὥστε ἀπαλλαγῆναι τ ἀχλύος ἐκείνης καὶ τ νέφους; ἐγὼ πολλῶν ἤκουσα λεγόντων τῶν φιλανθρωπίᾳ βασιλικῇ μετὰ τὴν ἀπαγωγὴν εἰς τὸπίσω κληθέντων, ὅτι μόλις ἀνθρώπους ἑώρων τοὺς ἀνθρώπους, πεθορυβημένης τ ψυχῆς, καὶ ἐκπεπληγμένης, καὶ ἐξεστώσης. Vidistis aliquando eos qui abducuntur ad mortem. Quo animo eos esse putatis ingredientes viam usque ad portam, quot moribus non pejorem? Quid non eligant & agere & pati ut ab illâ liberentur caligine & nube? Ego multos audivi qui Imperatoris clementiâ postquam abducti fuerant erant revocati, quòd nec homines viderint tanquam homines, adeò erat turbatus & stupefactus & emotus animus.

Morem prout conducat rectè accommodes.] *Aut Vitellius apud Tacitum libro* XII. *Annal. cap.* VI. *f.* Et sobrinarum conjugia diu ignorata, tempore addito percrebuisse. morem accommodari prout conducat; & fore hoc quoque in his quæ mox usurpentur.

Mores honesta verbis, verba moribus.) *Imperator Basilius cap.* XVI. *pr:* Τρόπου ἔσω σοι τ λόγου πιστότερον, ἵνα μὴ μόνον λέγων, ἀλλὰ καὶ σιωπῶν, τὸ αἰδέσιμον ἔχῃς. ἀλλὰ μὴ δὲ τοὺς λόγῳ μὲν πιθανὸς, ἔργῳ δὲ τοὺς λόγους μὴ βεβαιοῦντας ἀποδέχου. Εἰσὶ γὰρ οἱ λέγειν μὲν ἀγαθοὶ, ἔργῳ δὲ καὶ λίαν αἰσχροί. μήτε οὖν αὐτὸς εἶναι τοιοῦτος θέλε, μήτε μὴν ἑτέρους ὅτι σὲ τοιούτους εἶναι καταδέχου. ἀλλ' ἐκείνους στέργε καὶ οἰκείου, οἵ τινες ὑ κοσμοῦσι

τοὺς τρόπους λόγῳ, ἀλλὰ τοὺς λόγους τρόπῳ· καὶ ἃ πάλιν πράττειν αἰσχύνῃ, ταῦτα λέγειν μὴ ἀναισχύντει· μηδὲ ἃ λέγειν αἰσχύνῃ, ταῦτα πράττειν ἀναίδευτος. Tui mores ejusmodi sint, ut fide digniores habeantur, quàm sermones, quò te non solùm loquentem, sed tacentem etiam revereantur homines: neque eos tibi assume qui verbis probi, factis ea non confirmant. sunt enim nonnulli, qui cùm honestissimè loquantur, turpissimè vivunt. Cave ergo ne aut tu similis eorum sis, aut eis similes tibi adjungas: sed eos elige, & tibi in contubernium adhibe, qui suos mores non honestant verbis, sed verba potius condecorant moribus. Et quæ te facere pudet, ea dicere te quoque pudeat: & quæ dicere pudor vetat, ne cogitare quidem lubeat.

Morum suorum odi remissos judices.] *Sunt verba Ennodii Dictione* XX:

Mortalis nemo est, quem non attingat morbus ac dolor.] *Effatum Tullii libro* III. *Tuscul. quæst. cap.* XXV. *p: cæterum versus longior est quàm ut hoc subsistat. ablegandus ad Trochaicos; ut & alii plures.*

Mulctato simili jure qui te læserit.) *Fictum ex lemmate Phædri, Fabulâ* XXVI: Nulli nocendum: si quis verò læserit, mulctandum simili jure, fabella admonet.

Multi graves extrà, intus sunt levissimi.) *Intelligit puto, eos qui frontis supercilio quidvis videntur; cùm animis interim ipsorũ, nihil sit levius, nihil vilius.*

Multi metu non fœnerant dispendii.] *Ita planè asserit D. Ambrosius ad cap.* III. *Tobiæ p. qui legatur.*

Multi malum quærunt, bonis præsentibus.)

Qualis

Qualis ille Chius, qui optimo vino aliis divendito acidum sibi ad cœnam gustando exquirebat. de quo videatur Plutarchus libro de Tranquillitate animi cap. XIV.

Multi domos, paucissimi animos excolunt.) *Præposterè: carpitq; tales Sallustius Orat.* I. *de Republ. ordinanda:* Nam domum aut villam exstruere, eamque signis, aulæis, aliisque operibus exornare, & omnia potius quàm semet visendum efficere; id est, non divitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. *Piissimè D. Cyprianus libro* II. *Epistola* II. *ad Donatum:* Iam tibi auro distincta laquearia, & pretiosi marmoris crustis vestita domicilia sordebunt. cùm scieris te esse excolendum magis, te potius ornandum, domum tibi hanc esse potiorem, quàm Dominus insedit templi vice, in quâ spiritus sanctus cœpit habitare. Pingamus hanc domum, pingamus innocentiâ, luminemus luce justitiæ. Non hæc unquam procumbet in lapsum senio vetustatis, nec pigmento parietis aut auro exolescente fœdabitur. Caduca sunt, quæcunq; fucata sunt, nec fiduciam præbent possidentibus stabilem, quæ possessionis non habent veritatem. Hoc manet cultu jugiter vivido, honore integro splendore diuturno, aboleri non potest nec extingui, potest tantum in melius corpore redeunte formari.

Multis celeritas sensum moriendi abstulit.] *Verba Ciceronis libro* III. *de Amicitiâ cap.* III. *f.*

Multos armat sacramentum, paucos splendor gloriæ.] *Versus iterum amandandus ad Trochaicos. Sententiâ exponit Libanius laudatione Achillis:* Ὁ πᾶσι μὲν

ἄλλοις οὐδὲ βλαμένοις ἐνὲξ μὴ στρατεύειν. ἐνεβίβαζον γὰρ αὐτοὺς εἰς τὰς ναῦς, ὅρκοι καὶ σπονδαί. Ἀχιλλέα δὲ ὅρκος μὲν οὐδεὶς, ὁ δὲ τῆς δόξης ἔρως ὥπλιζε. Cùm igitur aliis, quamvis nollent, ad bellum tamen proficiscendum esset, quò in naves cogerentur à jurejurando & fœdere; Achillem armavit nullum quidem jusjurandum, sed gloriæ cupiditas.

Multos habet dominos, alumnus gloriæ.] *Omnium enim servus est.* Lepidè D. Chrysostomus *Homilia* XXIV. *in Epist.* II. *ad Corinthios*: Etiamsi orationem habens, hominum laude celebretur, major tamen in eo metus est, quàm laus ac prædicatio. Atque adeò hanc brevem habet illum perpetuum. At apud Principes in gloriâ & splendore versatur? Verùm illic rursus livor, & periculum. Ut enim tu erga illos affectus es: ita etiam alii complures. At perpetuò laudatur? Hoc verò acerbam servitutem efficit. Neque enim liberè quicquam ex animi sententiâ facere audebit: ne in eorum, à quibus celebratur, offensionem incurrat. Grave enim ipsi vinculum est nominis claritas. Quocirca quo pluribus notus ac familiaris est, eo etiam plures dominos habet, eiusque servitus crescit: ut qui dominos suos, quoquo se vertat, inspectet. Ac servus quidem, quum ab heri sui vultu remotus est, respirat, ac summâ libertate fruitur: hic autem ubique dominos obvios habet. Omnium enim, quos in foro videt, est servus. Quod si necessitas aliqua urgeat, forum ingredi non audet, nisi famuli quoque assectentur, atque equus & omnis alia pompa parata & ador-

adornata sit, ne alioqui à dominis improbetur. Quòd si sincerum aliquem amicum videat, familiares cum eo, tanquam æquali, sermones habere non audent. Dominus enim metuit, ne ab ipsis de gloriæ suæ gradu dejiciatur. Ex quo efficitur, ut quo clarior est, eo graviore servitute opprimatur. Quòd si quid molesti patiatur, eo acerbior est hæc contumelia, quo plures illius testes habet, ac præter dignitatem res ea esse videtur. Nec contumelia duntaxat istud est, sed etiam calamitas. Nam permultos habet, qui adversis ipsius rebus lætentur: quemadmodum contrà, quum bono aliquo fruitur, complures qui ipsi invideant, ac livore efficiantur, eumque dejicere studeant. Hocne igitur, dic, quæso bonum est? hoc ne gloria? Minimè verò: sed ignominia & servitus, & vincula, & quidquid grave à quoquam dici possit.

Multum homo bilinguis sæpe concinnat mali.) *Formatum è Phædri Fabulâ* xxxv. *fi.*

Multum quibus est ingenii, cordis est nihil.) *Plerisq; profectò: adeo* Natura nulli omnia concessit. *Seneca pater Præfatione in librum* x. *Controversiarum:* Musa rhetor, quem interdum soletis audire, licet Mala meus contrahat frontem, multum habuit ingenii, nihil cordis &c.

Mundi instar est humani fabrica corporis.) *Videatur prolixius de eo D. Ambrosius libro* vi. *Hexaemer. cap.* ix. *pr. item D. Basilius, aliique plures.*

N.

NAtura abusu incontinenti inflectitur.] *Pro-*

bat & id præter alios multos, D. Ambrosius libro I. *de Officiis cap.* XX. *p.*

Natura fratres nulla fecit impares.] *Et istud quoque est ab eodem Antistite Mediolanensi, qui consulatur libro* V. *Hexaem. cap.* XVIII.

Natura nullam fecit ulli patriam.) *Aristo alibi apud Plutarchum:* Φύσει γὰρ οὐκ ἔστι πάτρις, ὥσπερ οὐδὲ οἶκος, οὐδὲ ἄγρὸς, οὐδὲ χαλκεῖον, οὐδὲ ἰατρεῖον: Naturâ nulli patria est, non magis quàm domus, quàm ager, quàm æraria, quàm medicina.

Natura nullum docuit esus carnium.] *Egregiè id ipsum probat Porphyrius libris eius tituli, ut etiam Plutarchus Oratione* I. περὶ σαρκοφαγίας, qui legendi.

Natura nulli non rei dedit parem.) *Id est adversarium. Plinius lib.* VIII. *cap.* XXI. *f. de Basilisco:* Atque huic tali monstro, mustelarum virus exitio est: adeò naturæ nihil placuit esse sine pari.

Naturæ ubique victrix est simulatio.) *Vnde & Quintus Cicero ad Fratrem Marcum Tullium, cap.* I: Quanquam igitur plurimum natura valet, tamen videtur in paucorum mensium negotio posse simulatio naturam vincere.

Navigia jactu exonerat, heu, necessitas.) *Apud Senecam patrem lib.* IV. *controv.* IV: Necessitas est, quæ navigia jactu exonerat, necessitas est quæ ruinis incendia opprimit: necessitas est lex temporis.

Ne cogitet Princeps nisi immortalia.) *Vtique si*

velit

velit de se semper loqui honorificè: eam certè fuisse sententiam Chilonis refert Plutarchus in convivio VII. *Sapientum, qui videatur capite* XVI.

Ne fas quidem est fratri nocere noxio.) *Videatur inter alios & Iosephus libro* II. *Antiquit. Iudaic. cap.* III. *f.*

Ne generi tribuas, sed virtuti gloriam.] *Factũ abstractum pro concreto Phædri, fine libri* II. *fabularum Æsopicarum, ubi ait:* Æsopo ingentem statuam posuere Attici, Servulumque collocarunt æternâ in basi; Patere honoris scirent ut cuncti viam. Nec generi tribui, sed virtuti gloriam.

Ne gloriari libeat alienis bonis.) *Et istud quoq; à Phædro est videatur modo fabulæ* III. *initium.*

Ne prima vincat, sed melior sententia.) *Versus scribi dignus eis in locis ubi consulitur publico. ferè enim semper contrarium obtinet; utrq; ubi Princeps imperat, aut ubi potentior aliquis cæteros Senatores obnoxios habet metu vel favore. Inde est quod legimus apud Tacitum libro* III. *Annalium cap.* XXII. *f:* Exemit etiam Tiberius Drusum Consulem designatum dicendæ primo loco sententiæ: quod alii civile rebantur, nec cæteris ADSENTIENDI NECESSITAS fieret, &c. *Neque alio spectant illa Senecæ de Augusto:* Audita caussâ, excussisque omnibus, & his quæ adolescens pro se dixerat, & his quibus arguebatur, petit ut sententiam suam quisque scriberet, ne EA OMNIUM FIERET QUÆ CÆSARIS FUISSET &c. *libro* I. *de Clementiâ capite* XI. *Eodem tendunt hæc ejusdem Augustini: Sententias de*

majore

majore negotio, non more, neque ordine, sed prout libuisset, perrogabat; ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis quàm ADSENTIENDUM esset refert. *Suetonius in vitâ ejus cap.* XXXV. *f. Hinc miraculi loco habet Plinius Panegyrico cap.* LXXVI: Consulti omnes atque dinumerati sumus, vicitque sententia non prima, sed melior. At quis antea loqui, quis hiscere audebat præter miseros illos qui primi interrogabantur? ceteri quidem defixi & attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam adsentiendi necessitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore. perpetiebantur? Vnus solusque censebat quod sequerentur omnes, & omnes improbarent, in primis ipse qui censuerat. Adeò nulla magis omnibus displicent quàm quæ sit fiunt tanquam omnibus placeant.

Ne reficito putrem domum, sed tollito.) *Nullum enim alioquin accipies operæpretium. D. Chrysostomus Homiliâ* V. *in Epistolam ad Titum:* Καθάπερ γὰρ ἐπὶ οἰκίας σαθρῶς διακειμένης οὐκ ἐθέλεις ἐπιθήγματα τίθησιν, οὐδὲ συρράπτει τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομαῖς, ἀλλὰ μέχρι τῶν θεμελίων αὐτὴν καταλύσας ἔτωθεν ἀνίστησι καὶ ἀναζωπυρίζει, οὕτως καὶ αὐτὸς ἐποίησεν. Quemadmodum in domo vetere putredine carieque consumpta, nemo fulcra supponit, neque antiquis structuris connectit: verùm à fundamentis eversam, demum illam de novo erigere, atque renovare contendit: ita & ipse fecit in nobis, &c.

Nec accipe omnia, nec passim, nec ab omnibus.]

Con-

Consentiens illo Græco: Οὔτε πάντα οὔτε πάντη, ἀλλὰ τῶν πάντων. *cujus meminit Vlpianus in Pandectis; indicatq; accipiendum de Xeniis.*

Nec avidus est, nec delicioſus abſtinens.) *Deſumptum ex Proſperi libro* II. *de vita contemplativa cap.* XXII.

Nec deſerendus eſt amicus mortuus.] *De Agathocle qui Diniam ultro ſecutus fuerat in exilio, eumq; dum vixerat aluerat labore manuum, Lucianus in Toxari:* Καὶ νοσήσαντι δὲ ὅτι μήκιστον ἐθεράπευσε. καὶ ἀποθανόντος, οὐκέτι ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ νήσῳ ἔμεινεν, αἰσχυνόμενος καὶ πένητα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. Quin & ægrotanti diutiſſimè inſervivit: & ubi vitâ defunctus eſt, noluit unquam in patriam reverti, verùm inibi perſeveravit in inſulâ, pudori ſibi fore ratus, ſi vel mortuum amicum deſeruiſſet.

Nec imperiti Deus officium reſpuit.) *Ennodius libro* VII. *Epiſtola* XXIX. *m:* Nam nec Deus officium reſpuit imperiti, & contentus ipſe quod tribuit, à ruſticantibus verborum diademata non requirit.

Nec laus hominem mutat, nec maledicentia.) *D. Nazianzenus Oratione* XIV. Ἐμέ τε δὴ ἀμείψουσιν οἱ φημοκῶπες, ἢ δυσφημοκῶπες, ὥσπερ οἱ βορβόρῳ μῦρον ἀναμιγνύντες, ἢ μύρῳ βόρβορον, καὶ τὰς ποιότητας τῇ ἀναμίξει συγχέοντες, ἵνα δυσχερέστερον τὴν βλασφημίας ὡς μεθιζάνει, ἢ πολλὰ ἂν καλὰ ῥήματα τοῖς ἐπαίνοις, εἰ μὴ βελτίῳ τοῖς ἐπαίνοις εἰρχάζοντο. νυνὶ δὲ οὐχ οὕτω καὶ τὸ ἔχει,

πόθεν,

πόθεν ἀλλ' ὅπερ ἐμὲ ψέγοντα καὶ λυσφημοῦντα καὶ θαυμάζομεν. Nec item me vel laudatores, vel vituperatores immutabunt (quemadmodum qui cœno unguentum, aut unguento cœnum admiscent, ac per mixtionem qualitates confundunt) ut maledicos sermones, tanquam à me ipso mutatus, graviter & iniquo animo feram. Nam alioqui multas pecunias laudatoribus numerarem, si me laudando meliorem efficerent. Verùm aliter se res habet. quod enim sum, hoc maneo, sive maledictis afficiar, sive laudibus in cœlum ferar.

Nec fama temerè nascitur, nec occidet.) *Porcius Latro in Catilinam:* Verùm is rumor sparsus est de moribus Catilinæ, eaque gentium opinio pervagata, quatenus existimem voces ipsas publicas non hominum esse, sed oraculi potius nuncupandas. Famam verò popularem à majoribus nostris sæpenumerò accepimus, neque temerè unquam nascituram esse, neque temerè occasuram.

Nec obsequendum est omnibus jussis patris.) *De officio erga parentes liberorum abundè Gellius, libro* II. *Noctium Atticarum cap.* VII.

Nec primus ad cœnam veni, nec ultimus.) *Plutarchus libro* VIII. *Symposiac. quæstione* VI: Ἐγὼ δέ εἰπὼν ὅτι καὶ Πολύχαρμος ἐν Ἀθήναις δημαγωγῶν, καὶ ὃς εἶχε δόξης ἀπολογισμὸν ἐν ἐκκλησίᾳ, ταῦτα εἶπεν, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάλαι καὶ πρὸς τούτοις, ὅθ' ἑστιᾶτε, κληθεὶς ὑπὸ δεῖπνον, ὕστατος ἀφικόμην. δημοτικὸν γὰρ οὐ μάλα δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, καὶ τοὐναντίον εἴ τις ἄνθρωπος ὀψὲ θορυβούμενος

ἀναγ-

ἀναγκαζόμενοι παρεμένειν, ὡς ἀηδῶς καὶ ὀλιγαρχικῶς βαρυνόντων. Ego autem dixi, Polycharmum Athenis in rep. verſantem oratorem, cum vitæ ſuæ rationem redderet in concione ſic dixiſſe: Præter alia, viri Athenienſes, nunquam vocatus ad cœnam ultimus veni. hoc enim videtur admodum populare: ſicut contrà quos tardè venientes præſtolari coguntur, inſuaves & imperioſos judicant, moleſteque ferunt.

Nemo alterum plus ipſe, quàm ſe diligit. *Cicero libro* III. *Tuſculan. quaſt. cap.* XXIX. *f.* Laudant eos, qui æquo animo moriantur: qui alterius mortem æquo animo ferant, eos putant vituperandos. quaſi fieri ullo modo poſſit, quod in amatorio ſermone dici ſolet, ut quiſquam plus alterum diligat quàm ſe. Præclarum illud &, ſi quæris, rectum quoque & verum, ut eos qui nobis cariſſimi eſſe debeant, æquè ac noſmetipſos amemus: ut verò plus, fieri nullo pacto poteſt. neo optandum quidem eſt in amacitiâ ut me plus ille quàm ſe amet; ego illum plus quàm me. perturbatio vitæ, ſi ita ſit, atque officiorum omnium conſequatur. *Addatur & Oratio* II. *Platonica Ariſtidis pro Quatuor viris.*

Nemo attigit fines adhuc ſcientiæ.] *Philo Iudæus libro de ſomniis:* Πλείω γὰ δεῖ τῶν εἰς μάθησιν ἡκόντων τὰ ἀπολειπόμενα ἐκδέχεσθαι καὶ ἐφεδρεύειν, ὡς καὶ τὸν ἄπλετον περάτων ἅπτεσθαι μὴ λαμβάνοντα. ἡμιτελῆ παρ' ἑτέρῳ κειτὴ λαμβάνεσθαι· ὧδε γὰ ἀληθείᾳ διαζώσῃ, καὶ ἄρτι ἄρχεσθαι δοκεῖν. βεβαχὺς μὲν γὰ ὁ βίος, ὡς ἔφη τις, ἡ δὲ τέχνη μακρά· ἧς ἄρα καὶ καλα-

λαμ-

λαμβάνῃ τὸ μέγεθος, ἀψευδῶς ἐμβαθύνων αὐτῇ. καὶ ὥσπερ φρέαρ ὀρυττῶν αὐτῷ, ὃν κὴ πελυτῶντα πολιὸν ἤδη καὶ ὑπέργηρων λόγος ἔχει δακρύειν, οὐ δι' ἀνανδρίαν φόβῳ θανάτου, ἀλλὰ διὰ παιδείας ἵμερον, ὡς νεῶν πρῶτον ἐπ' αὐτῇ ἐρεῖν ἰόντα, ὅτι παύσασθαι ἔξεστιν. αὐξεῖ γὰρ ἡ ψυχὴ πρὸς ἐπιστήμην, ὁπόταν αἱ τοῦ σώματος ἀκμαὶ χρόνῳ μήκιστα μένουσαι.

Semper plura quàm diſcuntur ſuperſunt, ut etiam is qui ſe putat attigiſſe finem ſcientiæ, ſemiperfectus habeatur ſub alio judice. quod ſi ſubeundum ſit ipſius veritatis judicium, adhuc circa principia hærere videbitur. Brevis enim vita, ut quidam inquit, ars longa: cujus amplitudinem is optimè cognoſcit, qui in eam deſcendit profundius tanquam puteum fodiens: qualis quidam jam canus, decrepitus, capularis ſenex illacrymaſſe fertur, non ob ignaviam metumve mortis, ſed ſcientiæ deſiderio, quaſi tum primùm eam adiret, quando relinquenda erat. Viget enim ſemper ad ſcientias anima, cùm vires corporis longa ætate marceſcant & langueant. *Vix teneo me, imò ne teneo quidem, quin his ſubnectam Senecæ querelam ex libro ac capite ultimo Naturalium quæſtionum:* Miraris, ſi nondum ſapientia omne opus ſuum implevit? Nondum tota ſe nequitia protulit. Adhuc naſcitur, & huic omnes operam damus: huic oculi noſtri, huic manus ſerviunt. Ad ſapientiam quis accedit? Quis dignam judicat, niſi quam in tranſitu noverit? Quis Philoſophiam, aut ullum liberale reſpicit ſtudium, niſi cùm ludi intercalantur, cùm aliquis pluvius intervenit dies, quem perdere licet? Itaque tot familiæ Philoſophorum

sophorum sine successore deficiunt. Academici & veteres & minores nullum antistitem reliquerunt. Quis est qui tradat præcepta Pyrrhonis? Pythagorica illa invidiosæ turbæ schola præceptorem non invenit. Sextiorum nova & Romani roboris secta, inter initia sua, cùm magno impetu cæpisset, extincta est. At quanta cura laboratur, ne cujus Pantomimi nomen intercidat? Stat per successores Pyladis & Batilli domus: harum artium multi discipuli sunt, multique doctores. Privatim urbe tota sonat pulpitum. In hoc viri, in hoc fœminæ tripudiant. Mares inter se uxoresque contendunt, uter det latus illis. Deinde sub persona, cùm diu trita frons est, transitur ad ganeam: Philosophiæ nulla cura est. Itaque adeo nihil invenitur ex his quæ parum investigata antiqui reliquerunt, ut multa quæ inventa erant, oblitterentur. At mehercules si hoc toris membris premeremus, si in hoc juventus sobria incumberet, hoc majores docent, hoc minores addiscerent, vix ad fundum veniretur; in quo veritas posita est, quam nunc in summâ terra & levi manu quærimus.

Nemo est diu tutus periculo proximus.) *Cyprianus libro* I. *Epistola* XI: Liberanda est vigilanter de periculosis locis navis, ne inter scopulos & saxa frangatur: exuenda est velociter de incendio sarcina, priusquàm flammis supervenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus.

Nemo invidere cuipiam justè potest.] Οὐδεὶς γὰρ δικαίως τῷ ἀτυχεῖν, ἐπὶ τούτῳ δὲ φθονεῖται: Nemo enim eo injustè agit, quod faustis utitur suc-

cessibus; propter quos tamen ei invidetur. *Plutarchus libro de Invidiâ & Odio cap.* III.

Nemo lítat mœrori spectans Pythia.) *Voluptatis potius totus est. apparet translatum è Græco.*

Nemo loquatur absenti aut surdo malè.) *Unum est è præceptis quæ Moses Dei jussu præscripsit Judæis, cujus & sic quoque meminit libro* IV. *Antiquit. Judaicarum cap. ultimo Josephus:* Μηδὲ βλασφημεῖτω τις τὸν θεὸν τὸν ἀπόντα ἢ τὸν θεόν.

Nemo omnium malus suâ absque noxiâ est.] *Evelatè id ipsum probat hisce Arrianus lib.* II. *in Epictetum cap.* X: Εἰ γραμματικὴν μὲν ἢ ἀπέβαλον, ἢ μουσικὴν, ζημίαν ἡγοῦ τὴν ἀπώλειαν αὐτῆς. εἰ δ' αἰδῶ καὶ κατασολὴν καὶ ἡμερότητα ἀπέβαλες, ὅτι δὲν ἡγῇ. τὸ πρᾶγμα. καὶ τοι ἐκεῖνα μὲν παρ' ἔξωθέν τινα καὶ ἀπροαίρετον αἰτίαν ἀπόλλυται, ταῦτα δὲ παρ' ἡμᾶς· καὶ ἐκεῖνα μὲν οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀπολλύειν αἰσχρόν ἐστι, ταῦτα δ' καὶ μὴ ἔχειν καὶ ἀπολλύειν, καὶ ἐπονείδιστον καὶ ἀτύχημα. τί ἀπολλύει ὁ τὴν γναθὸν κυνάδου πάσχων; τὸν ἄνδρα. ὁ δὲ διατίθεις; πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, καὶ αὐτό; εἰ οὐδὲν ἧττον ἄνδρα. τί ἀπολλύει ὁ μοιχεύων; τὸν αἰδήμονα, τὸν ἐγκρατῆ, τὸν κόσμιον, τὸν πολίτην, τὸν γείτονα. τί ἀπολλύει ὁ ὀργιζόμενος; ἄλλο τι. ὁ φοβούμενος, ἄλλο τι. οὐδεὶς δίκαια ἀπωλείας καὶ ζημίας κακός ἐστι. Quod si Grammaticam amiseris, aut Musicam, in damno eam jacturam deputas. At si verecundiam, si modestiam, si mansuetudinem amiseris, eamne rem nihil esse putas? Verùm illa quidem externa quapiam de causâ, & non voluntariâ pereunt: hæc autem, nostrâ culpâ.

Illa

illa nec habere nec amittere turpe est: hæc & non habere & perdere, tum probrosum est, tum calamitosum. Quid amittit is, qui cinædi flagitia patitur? Virum. Qui autem illa agit, cùm alia tam multa, tum nihilominus & ipse virum. Quid perdit adulter? Verecundum, continentem, modestum, civem, vicinum. Quid perdit iratus? Aliquid aliud. Quid is qui timet? Aliquid aliud. Nemo sine jactura & damno malus est.

Nemo petiit veniam, ante victus quàm fuit.] *In bello scilicet. Hinc Cato ad eos qui instabat ut Cæsari supplex fieret, inquit,* Καλεσαιτημένων εἶναι δεῆσιν, ϗ ἀδικουμένων συγγνώμην. αὐτὸς δὲ ϗ μόνον ἀηττητος γεγονέναι σὺν τῷ σώματι τὸν βίον, ἀλλὰ ϗ νικᾶν ἐφ' ὅσον ἐβούλετο ϗ κρατεῖν Καίσαρος τοῖς καλοῖς ϗ δικαίοις. σπεῦδον δὲ εἶναι τὸν ἐαλωκότα ϗ νενικημένον. ἃ γὰρ ἤρνεῖτο πρᾶττων κατὰ τῆς πατρίδος πάλαι, νῦν ἐξηλέγχθαι ϗ πεφωρᾶσθαι. Victos in. supplices esse, atque eos qui deliquerunt veniam debere petere: se verò pertoiam vitam non invictum modò permansisse à Cæsare, verùm etiam esse, quatenus vellet, victorem; Cæsarem que virtute superare & justitiâ; illum victum esse & captum. quæ enim moliri jamdudum inficiatus esse in patriam, nunc convictum de his atque deprehensum. *refert Plutarchus in vita ejus capite* xc iii i. *f.*

Nemo repente factus est turpissimus.) *Per gradus enim à nobis abit innocentia, inquit ille. verba ista hæc apparet sumpta è Iuvenalis Satyrâ* xi. *versu* Lxxxiv.

Nemo repente fuit turpissimus.

Nemo retinuit unquam fatum aut impulit.]

Apuleius Apologiâ II: Quæ relinquitur vis cantaminibus & veneficiis, si fatum rei cujusque veluti violentissimus torrens neque retineri potest, neq; impelli.

Nemo reus fit, quàm diu cum potentiâ est.) *Duplicem admittit intellectum; neminem ferè accusari qui cum imperio est; quod quisq; nimirum demereri talem sibi malit quàm alienare: sive adeò, per leges non rapi in jus aliquem constitutum in magistratu. Utrumque verum est. & prius quidem, mille exemplis muniam, si opus foret. de altero, satis constat vel ex Ulpiani libro* V. *ad Edictum, citata lege* I. ϖ *De in jus vocando; firmatque Livius libro* IV. *cap.* XLIV. *m. Suetonius Iulii cap.* XVIII. *p. Tacitus libro* XIII. *Annal. cap.* XLIV. *f. Cassius libro* LX. *anno* V. C. DCCXCVIII. *p. aliiq;.*

Nemo reus peccata fateri vult sua.] *Libanius Oratione Menelai adversus Paridem:* Οὐδεὶς γὰρ πώποτε τῶν ἠδικηκότων ὡμολόγησεν ἃ πετόλμηκεν· ἀλλὰ ϖάντα τρόπον διαστρέφουσι τ' ἀληθὲς, ὡς μὲν τῶν ἀδικημάτων ϖλέον ἔχῃ, ὡς δὲ τῆς ἀρνήσεως χρησοὶ δοκεῖν εἶναι βέλομενοι. Nemo eorum qui peccarunt culpam agnoscit. Quin potius modis omnibus verum pervertunt, pariter agentes, ut tum ex scelere plus commodi ferant: tum ex inficiatione probi, frugique habeantur.

Nemo sapiens verè est, nisi & verè bonus.) *Salvianus libro* VI. *de Gubernatione Dei:* Cumque Apostolus clamet: Si quis videtur sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens: hoc est dicere, Si quis vult esse sapiens, sit bonus: quia nemo verè sapiens est, nisi verè bonus:

nus: Nos è diverſo malarum mentium vitio, &, ut divinitas ait reprobo ſenſu, bonitatem pro ſtultitiâ repudiantes, & nequitiam pro ſapientiâ diligentes, tantò quotidie prudentiores eſſe nos credimus, quantò pejores ſumus.

Nemo ſibi vult ſolvi, quæ non commodat.] *Dicit, ut puto, neminem ab aliquo repetere quod ei non commodavit.*

Nemo ſuæ moratur filiæ nuptias.) *Apud Senecam patrem lib.* III. *Controverſiâ* V. Stulte, quemquam morari putas nuptias filiæ ſuæ?

Nemo unde laborat ipſe abſolvit alterum.) *Ennodius libro* IX. *Epiſtolâ* XXVII: Sana pectora iter curationis inveniunt: nemo alterum unde ipſe laborat abſolvit.

Neptune, nunquam hanc navem niſi rectam hauſeris.) *Producitur ferè à Græcis, ſed & uſurpatum partim Senecæ Epiſtolâ* XII.

Nequaquam rectè faciet, qui credit citò.] *Petitum eſt è ſententiis Petronianis.*

Nemo ut loquatur quod nolit cogi poteſt.) *De Phocione refert Plutarchus in vitâ ejus cap.* XIII. *p:* Λέγοντα δ' αὐτὸν ἐνίοτε μὲν ἀρεσκόμενοι οὐδὲ ἀκούειν ἠνείχοντο, Ἐμὲ (εἶπεν) ὑμεῖς ἃ μὴ βούλομαι ποιεῖν, βιάσασθαι δυνάσθε, λέγειν δ' ἃ μὴ δεῖ παρὰ γνώμην οὐκ ἀναγκάσετε. Quum aliquando ſententiam ejus non probarent, neque eum ſuſtinerent audire, Me vos, inquit, quæ non probo, cogere ut faciam valetis: dicere quæ non probo præter ſententiam, non cogetis.

Nihil amat natura ſolitarium.) *Verba Ciceronis libro de Amicitiâ cap.* XXIII. *f.*

Nihil juvat miſeriæ alienæ acceſſio.) *Dictum Divi Ambroſii ad caput Tobiæ* VII.

Nihil parant, amittere quod timent Scythæ.) *De eisdem Juſtinus libro* II. *cap.* IV: Gens laboribus & bellis aſpera: vires corporum immenſæ: nihil parare quod amittere timeant; nihil victores præter gloriam concupiſcunt.

Nihil moleſtum homini eſt quod baud deſiderat) *Voces iterũ Ciceronis ex libello de Senectute cap.* XIV. *m.*

Nihil timendum dimicanti pro Deo.) *D. Nazianzenus Orâtione* XLII: Παντως ὀλιγον ἀλεισομεν, ὑπερ της τελαδος μετα της τελαδος ἀγωνιζομενοι.

Nil æſtimandum leve Deus quo læditur.) *Vitiur totidem vocib. Salvianus lib.* VI. *de Providentiâ divinâ.*

Nil caritate honeſtius, nil fortius.) *Stephanus Tornacenſis Epiſcopus Epiſtolâ* XXXII: Nihil honeſtius caritate, quæ & incognitos ligat & conciliat ſeparatos. Hæc Septentrionem Orienti, Gades Oceano, Latinis barbaros ſalutis commercio fœderavit. *Idem Epiſtolâ* LXIV: Intercedere pro amicis & Neceſſitas urget; & caritas perſuadet. ipſam autem caritatem dixerim Neceſſitatem, quæ quamvis ſit patiens & benigna, fortis tamen ut mors, quæque difficilia ad facilitatem reducere conſuevit.

Nil cogites quod eloqui non audeas.] *Apologia* I. *Apuleius*: Nihil unquam cogitavi quod eloqui non auderem.

Nil eſt puero quinquenni teſte certius.) *Seneca lib.* VII. *Controverſia* V: Seniamus dixerat: Nil puero

eſt

est teste certius, utique quinquenni. nam & ad eos pervenit annos, ut intelligat; & nondum ad eos quibus fingat.

Nil in bonis præter virtutem ducito.) *Sumptum è Tullii libro* II. *de finibus cap.* III. *p.*

Nil lata lex prodest, nisi usurpaveris.] *Demosthenes Adversus Midiam:* Χρὴ δὲ ὅταν μὲν πυθῆσθε τὺς νόμυς, ὁποῖοί τινές εἰσι σκοπεῖν· ἐπειδὰν δὲ δῆθε, φυλάττειν καὶ χρῆσθαι. Sunt autem leges, quando feruntur, considerandæ, quæ nam & cujusmodi sint: quum verò receptæ fuerint, custodiendæ & usurpandæ.

Nil prodest mage ægris quàm curari ab illo quo volunt.) *Apud Senecam libro* IV. *controv.* V: *tale quid planè legere est: sed vers. longior Troch. inserendus erat.*

Nil non natura humana patiendo ferat.) *Verba Ciceronis libro* IV. *Tusculan. Quæst. cap.* XXIX. *f.*

Nil occupati hominis minus est quàm vivere.) *Seneca libro de Brevitate vitæ, cap.* VI. *f:* Inter omnes convenit, nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato; non eloquentiam, non liberales disciplinas: quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia velut inculcata respuit. Nihil minus est hominis occupati quàm vivere; nullius rei difficilior est scientia.

Nil tam minutum est, quod juvare non queat.) *Vt ostendit mus Æsopicus leonem vinculis exsolvens.*

Nil tam malum, in quo non sit quippiam boni.) *Marcus Varro Lege Mœniâ:* Neque in bonâ segete nullum est spicum nequam, neque in malâ non aliquid bonum.

Nimio fit ipso injustus qui est justus nimis.) *Prosper ex D. Augustino*: Divinitùs dictum est: Noli esse justus multum, quoniam non est justitia sapientis, sed superbia præsumentis. Quis est autem qui se facit justum, nisi qui dicit se non habere peccatum.

Nimium bonos quamvis invitos vindices.) *Cestius Pius libro* IX. *controversiâ* IV: Ego, inquit, cæsus sum, pœnam remitto. Mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset, qui mori vellet. Dignus est quem invitum vindicetis.

Nimium interest benefactum in quo ponas loco.) *Vnum enim miris modis vivat ore famæ, cùm de altero nemo loquatur; ut exemplis duobus patefacit Gellius lib.* III. *Noctium Atticarum cap.* VII. *Addatur & Sallustius Catilinæ cap.* VIII. *Plinius lib.* VIII. *Epistolâ* XX. *Æmilius Probus initio Eumenis.*

Nisi desuper pluat, Græcus malè esurit.) *Dictum est Ægyptiorum nil pluvio Iovi supplicantium, cujus sic meminit Herodotus lib.* II. *cap.* XIII: Πυνθανόμενοι δὲ ὡς ὑέτου πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' ἐ ποταμοῖσι ἄρδεται, καπέρ ἡ σφετέρη, ἔφασαν Ἕλληνας ψευδέντας κοτὲ ἐλπίδ@ μεγάλης, κακῶς πεινήσειν. τὸ δὲ ἔπ@ τοῦτο ἐθέλει λέγειν, ὡς εἰ μὴ ἐθελήσει σφίσι ὕειν ὁ Ζεὺς ἀλλ' αὐχμῷ ἀμαχεῖσθαι, λιμῷ οἱ Ἕλληνες αἱρεθήσονται. οὐ γὰρ δή σφι ἔστι ὕδατ@ οὐδεμίη ἄλλη ἀποστροφὴ ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μούνου. Nam quum audirent omnem Græcorum terram pluviâ perfundi, non fluminibus, ut suam; dicebant fore ut decepti aliquando magna

magnâ ſpe, malè eſurirent. Qui ſermo hoc dicere vult, Græcos, ſi nolit eis Deus pluere, ſed ſiccitatem immittat, fame extinctum iri, utpote quibus nihil aquæ, niſi tantum à Iove, ſuppetat.

Nolentium exſtant tanquam pignora lacrimæ.) *Apud Senecam lib.* IX. *controv.* VI: Lacrima eſt indicium inopinatæ rei. Lacrimæ pignora ſunt nolentium; & repugnantis animi vultus index. Nemo unquam quod cupit, deflet. lacrimæ coacti doloris intra præcordia & intolerabilis ſilentii eruptio.

Noli leoni vellere barbam mortuo.] *Factum eſt ex illis Martialis;*

---noli Barbam vellere mortuo Leoni.

Noluiſſe viſus interim eſt qui diſtulit.) *Johannes Sarisberienſis libro* III. *Policratici cap.* II: Quod ſi ex intervallo promiſſi fidem impleverit, libertatis decor, & beneficii ſpecies ipſa fuſcatur; eo quod qui diſtulit, interim viſus eſt noluiſſe. Vnde verſificatur egregius: Demigrat meritum dantis mora: nam data raptim Munera, plus laudis plusque favoris habent.

Non additum eſt tempus? præſens intelligas.) *E Senecæ eſt Controverſiis, nempe libri* III. *quintâ; ubi neſcio quis:* In lege inquit non eſt ſcriptum quando. Imò ſtatim: quoties enim tempus non adjicitur, præſens intelligitur.

Non accipit ſacra Hercules timentium.) *Eſt è Græco. videatur modo Plutarchus in vitâ P. Æmilii cap.* XXXII.

Non atterit bonos, probat tentatio.) *Proſper libro* I. *de vitâ contemplativâ cap.* XII: Deo ſuo de

votâ mente ſubjectus, non atteritur diverſis tentationibus, ſed probatur.

Non arrogatur aliquis niſi jam veſticeps.) *Rationes haurire eſt vel ex Gellii libro* v. *Noct. Attic. cap.* XIX.

Non dicere audet omne quod vult ſervitus.) *Verſus concinnatus ex ſententiâ Phœdri, quæ extat proœmio libri tertii.*

Non eſſe ſanum, ſanitatis eſt genus.] *Salvianus Epiſtolâ* v: Imbecillitas etiam carnis mentis vigorem exacuit, & affectis artubus vires corporum in virtutes transferuntur animorum: ut mihi genus quoddam ſanitatis eſſe videatur, hominem interdum non eſſe ſanum.

Non eſt amicus cujus dubitas de fide.) *Scytharum legati apud Curtium libro* VII. *cap.* L: Qui non reverentur homines, fallunt Deos. nec tibi amico opus eſt, de cujus benevolentiâ dubites.

Non eſt beatus cui quis terror imminet.) *Excutit iſtud dogma Tullius libro* v. *Tuſculan. quæſtion. cap.* XXI.

Non eſt bonitas meliorem eſſe ipſis peſſimis.) *Deſumptum ex Seneca Epiſtolâ antiquâ.*

Non eſt, fuitve, eritve gratus omnibus.) *Petitum è Theognidis verſu numero* DCCXCVII.

Non experitur quidnam poſſit caritas.) *Ennodius libro* I. *Epiſtolâ* VIII: Gravat conſcientiam perfectorum amor indocti. ſed vis caritatis internæ neceſſitudinis vinculis adjuta non fertur. neſcit experiri quid poſſit, quem caritas ſtimulis ſuis exagitat.

Non facilè condemnatur improbo probus.] *Vel reſcribendum eſt*, improbus probo; *ut idem ſit cum eo*

quod

quod paullò post sequitur, Non facilè vir condemnat improbum probus; *vel latet alia quæ subtilior & Philosophica magis interpretatio. Sed verosimilius est errasse manum scribæ.* D. Nazianzenus Oratione XXI: Καὶ γὰρ οὕτως ἔχω ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις, νέμειν χρεὼν μᾶλλον τὸ φιλάνθρωπον, καὶ ἀπαγινώσκειν μᾶλλον, ἢ καταγινώσκειν τῶν πταισάντων. ὁ μὲν γὰρ κακὸς τάχιστα ἂν καταγνοίη καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ὁ ἀγαθὸς δὲ οὐδὲ τοῦ κακοῦ ῥᾳδίως, τὸ γὰρ εἰς κακίαν ἄκλινές ἐστιν, οὐδὲ εἰς πονηρίαν ἄχερές. Sic enim existimo, in dubiis & incertis rebus faciendum nobis esse, ut ad benignitatem & humanitatem propensiores simus, eosque qui in culpâ sunt, absolvamus potius, quàm condemnemus. Malus enim celerrimè adducitur, ut bonum etiam virum condemnet: contrà vir probus ne malum quidem facilè condemnaverit. Qui enim ad vitium minimè proclivis est, is nec facilè ad malè de alio suspicandum movetur.

Non fert senex carpi se ab adolescentulo.] *D. Chrysostomus Homiliâ* XIII. *in Epistolam ad Timoth.* Αὐτὴ δ' ἡ πράγματος ἡ φύσις, φορτικόν τι τὸ ἐλέγχεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν καὶ εἰς γέροντα γίνηται, καὶ παρὰ νέου: Ea rei natura est: grave quiddam ac molestum argui; idque tunc maximè cùm senex arguitur, & quidem ab adolescentulo.

Non illicitum est, in quo haud timemus conscios] *Apuleius Apologiâ* I: Sciunt ergo aliquid quindecim servi, & occultum est? an occultum non est, & Magicum est? Alterum horum fatearis necesse est; aut illicitum non fuisse, in quo tot conscios nō timuerim; aut si illicitum fuit, scire tot conscios non debuisse.

Non

Non mole ſed virtute magnus eſt Deus.) *Legitur alibi inter Epiſtolas D. Auguſtini.*

Non morbus eſt, morbi ſed adpendix, febris.) *Plutarchus:* Ερασίστρατος ὁρίζεται τὸν Πυρετὸν ὧδε, πυρετὸς, ἐστὶ κίνημα αἵματος παρεμπεπτωκὸς εἰς τὸ τοῦ πνεύματος ἀγγεῖα ἀποσαιρέτως γινόμενον. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θαλάττης, ὅταν μηδὲν αὐτὴν κινῇ, ἠρεμεῖ, ἀνέμου δ' ἐμπνέοντος βιαίου παρὰ φύσιν, τότε ἐξ ὅλης κυκλεῖται, οὕτω καὶ ἐν τῷ σώματι, ὅταν κινηθῇ τὸ αἷμα, τότε ἐμπίπτει μὲν εἰς τὰ τοῦ πνεύματος ἀγγεῖα τῶν πνευμάτων, πυρούμενον δὲ θερμαίνει τὸ ὅλον σῶμα. δοκεῖ δὲ αὐτῷ καὶ ἐπίνοσημα εἶναι ὁ πυρετός. Eraſiſtratus febrim ſic definit: Febris motio eſt ſanguinis illapſi in pulmonis vaſa, non proficiſcens à noſtrâ voluntate. ſicut enim mare nemine commovente quieſcit, vento autem contra naturam incidente violento totum exagitatur, inque circulos torquetur: ſic & in corpore ubi commotus fuerit ſanguis, incidit in vaſa ſpiritui deſtinata ibique excandeſcens calorem toti corpori adfert. placet autem ei febrim morbi eſſe appendicem.

Non omnibus Salaminia triremis patet.] *De Pericle idem Charonenſis Philoſophus in vitâ ipſius cap.* XIII. *p.* Ὁ δὲ, καὶ τὸ δήμου τὸ συνεχὲς φεύγων καὶ τὸν κῆρον, οἷον ἐκ βαλαυμάτων ἐπολιτίζεν, οὐκ ἐπὶ παντὶ πράγματι λέγων, οὐδ' ἀεὶ παριὼν εἰς τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἑαυτὸν [ὥσπερ τὴν Σαλαμινίαν τριήρη φησὶ Κρατίνος] τοῖς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδι-

ἁπλῶς, τἄλλα δὲ, φίλους καὶ ῥήτορας ἑταίρους καθιεὶς, ἔπραττεν. Hic verò etiam assiduitatem refugiens & fastidium populi', quasi ex intervallis progrediebatur, neque omni de re dicebat, neque semper prodibat in concionem: verùm sicut Salaminiam triremem dicit Critolaus, ad negotia se reservabat graviora: cætera per amicos transigebat & oratores familiares suos.

Non omnium est, litare posse Gratiis.) *Vnde legimus apud Plutarchum in vitâ Marii cap.* 11: Ὥσπερ οὖν Ξενοκράτει τῷ φιλοσόφῳ, σκυθρωπότερῳ δοκοῦντι τὸ ἦθος εἶναι, πολλάκις εἰώθασι λέγειν ὁ Πλάτων, Ὦ μακάριε Ξενόκρατες, θῦε τοῖς χάρισιν. οὕτως εἴτις ἔπεισε Μάριον θῦσαι Ἕλλησι μούσαις καὶ χάρισιν, οὐκ ἂν ὑπερεπεστάταις στρατηγίαις καὶ πολιτείαις ἀμορφοτάτῳ ἐπέθηκεν στεφανίδα, τὸν θυμὸν καὶ φιλαρχίας ἀώρου, καὶ πλεονεξιῶν ἀπαραμυθήτων, εἰς ὠμότατον καὶ ἀγελαώτατον γήρως ἐξοκείλας. Vt igitur ad Xenocratem philosophum, quem esse apparebat ingenio horridiore, crebrò dicere Plato solebat, Age Xenocrates, Gratiis sacrifica: ita si Marium quis induxisset ut Musis & Gratiis Græcis sacra faceret, non rebus clarissimis domi militiæque gestis fœdissimum imposuisset fastigium: qui ex iracundiâ atque intempestivâ ambitione avaritiaque inexplebili in funestissimam & efferatissimam senectutem impegit.

Non pendet à Deo ultima beatitas.) *Id affirmat Cicero libro* III. *de Finibus bonor. cap.* XXI. *sub finem, qui consulatur.*

Non

Non pœna quem facit ſed cauſſa Martyrem.) *Verba Divi Auguſtini ex Epiſtola* LXI.

Non pœna ſed naturæ finis eſt mori.) *Ceſtius Pius Suaſoria* VII: Vbi eſt ſacra illa vox tua; mori enim naturæ finis eſt, non pœna? hoc tibi non liquet? &c.

Non poſſe flere cauſſa flendi maxima eſt.) *Libro* IV. *controvcrſia* I: Nunquam lacrimæ opprimuntur imperio, ſed etiam irritantur. Nulla flendi major eſt cauſſa, quàm flere non poſſe &c.

Non quod operi eſt adverſum, adverſum & fructui.) *Plinius libro* XVII. *Natural. Hiſtoriæ cap.* V: Terram amaram ſive macram ſi quis probare velit, demonſtrant eam atræ degeneresq; herbæ: frigidam autem retorridè nata. Item uliginoſam, triſtia: rubricam oculi argillamque, operi difficillimas, quæq; raſtros ac vomeres ingentibus glebis onerent: quanquam non quod operi, hoc & fructui ſit adverſum. Item è contrario cineraceam, & ſabulũ album. Nam ſterilis denſa callo facilè deprehenditur vel uno ictu cuſpidis.

Non ſemper ad ægros admittuntur proximi.] *Senecapater lib.* IX. *controverſia* V: Silonis Pompeii color fuit, ut Latroni videbatur, qui controverſiæ repugnaret. Dixit enim veniſſe avum ad imbecillum puerum: ad ægros non ſemper proximos admitti; utique ad eos qui graviter ægrotant.

Non ſemper in ſuadendo rectis eſt locus.] *Verbotenus ſumpta de Tully penu, quæ ſervata nobis per Quintilianum, ubi tanquam Cineonis laudat libro* III. *Inſtit. Orat. cap.* X: Simne bonus vir, ſi hoc ſuadeam? minimè. Suaſoris enim eſt finis, utilitas ejus cui quisque ſuadet. At recta ſunt quis negat? ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus.

Non sentiunt in acie fortes vulnera.) *Verba iterũ Ciceronis, è libro* II. *Tusculan. Quæst. cap.* XXIV. *f. Diodorus Siculus libro* XIII. *cap.* LXXVII: Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν καταπρωμάτων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν εἰς αὐτοὺς φερομένων βελῶν κατετιτρώσκοντο, καὶ τινες μὲν ἀπηωρημένως πολεμοῦντες ἔπιπτον εἰς τὴν θάλατταν, τινες δ' οὐκ αἰσθανόμενοι θερμῶν ἔτι τῶν πληγῶν ὄντων, διηγωνίζοντο: Pars de foris pugnantium, multitudine jaculorum undique imminentium sauciari; quorum nonnulli lethaliter vulnerati, in mare præcipites ibant: pars recentes adhuc ictus non sentiens, in conflictu persistere.

Non sentiunt occasum oblata Numini.) *Ennodius Dictione* IV: In hujus comitatu Antonius vetusti heros sæculi, & beatissimi Cassiani juncta claritudo, faciunt de cæde sacramentum, de terrenâ habitatione cæleste collegium, de manu factis quod nullâ possit senectute violari. occasum enim Deo oblata non sentiunt; nec ad vetustatem tremulam pietate fulta mittuntur.

Non sustinet paternus affectus moram.) *Porcius Latro libro* VII: Si tibi dicam; Expecta dum legati mittuntur; filius tibi publicè remittetur; dices, paternus affectus non sustinet moram: rapit me desiderium filii: etiamsi redimere vivum non potero, mortuum redimam.

Non voce tantum loquimur, ast & pupulis.) *Philo Judæus de Agrippâ Rege libro de Legatione ad Cajum:* Πάλιν ὅταν ὑποβλεπόμενον εἰδῇ καὶ παλιόπα τὰς ὄψεις πρὸς μηδένα τῶν παρόντων ἢ μόνον ἐπ' αὐτὸν, ἐδεδίει, καὶ πολλάκις ἔρεσθαι διανοηθεὶς, ἐπέσχε, πιθανὸν λαμβάνων λογισμὸν, ἴσως τὴν ἀπειλὴν πρὸς

ἑτέρους ἅττος, αὐτὸς ἔλξει, σφιερχίας ὁμοῦ καὶ σφοπετείας καὶ θερίσους ὑποθήψιν ἐξενεγκάμενος. ἐπιομένου δ' οὖν καὶ ἀπορῶντα θεασάμενος αὐτὸν Γάϊος· ἦ γὰρ δῆνος ἐκ τ' φανερᾶς ὄψεως, ἀφανὲς ἀνθρώπου βάλημα καὶ πάθος συνιδεῖν· ἀπορεῖς, εἶπεν, Αγρίππα. παύσω σὲ τ' ἀπορίας, ὅπὶ ποσὸν μοι χρόνον ξυνδιατρίψας, ἠγνόησας ὅτι ἀ τῇ φωνῇ μόνον, ἀλλὰ κ τοῖς ὄμμασι φθέγγομαι μᾶλλον ἢ ἀχ ἧττον ἔκπαγλα διαιμάνων. Ac rursus cùm animadverteret illum torvè in se solum intueri, metuebat: & sæpius volens rogare, cohibuit se, ne fortè minas alio tendentes temerariâ curiositate in se converteret. Tum Cajus, ut erat callidus ex aspectu deprehendere cogitationes hominum: postquam vidit timentem hæsitantemque: Dubitas, inquit, Agrippa, ego tibi hanc dubitationem eximam. tamdiu mecum versatus ignoras me oculis non minus quàm voce loqui solere.

Nostrum quis animam non postponit corpori?) *Bella sunt quæ huc spectant Manuelis illa Imp. capite* XCIX. *Præceptorum*: Ὡς ἔοικε, δι πλοῖ τίνες ὄντες οἱ ἄνθρωποι, ἐξ ἐναντίων, χόος καὶ πνεύματος, τῷ φαυλοτέρῳ τὸ κρεῖττον ὑποτίθεμεν, παρουδὲν τὸ κρεῖττον θέμενοι. οἷον ἢ πρὸς μέμψεως λόγον, μὴ ἢ γοῦν ἐν ἴσῳ θνητῆς σαρκὸς, θεοφιλούσου κόνεως, ψυχὴ τιμᾶν ἀείζωον, χρῆμά τι θεόπνευστον. ἀλλ' ἀγνοίας γόντες γέμον τοῦτ' τὸ πάθος, καὶ πολλῆς ζημίας ἄξιον, ὀλίγα προϊδάλωσωμεν τὸ μηδὲν ὠφελεῖν δυνάμενον σῶμα, κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν

χρησμὸν:

ἔξησμὸν: ἵνα μὴ τὸ ζωογονοῦν ὥσπερ ἐν νεκρὸν δοκοφαίνωμεν πνεῦμα· ὅτι γὰρ τῶν ἀντικειμένων ἁπάντων, αἴ θατέρῳ τι ξυμβῇ, θατέρῳ τοὐναντίον ἀκολουθεῖ· καὶ τῆς σαρκὸς θνητούσης, νοσεῖν ἀνάγκη πνεῦμα. ἀντίκεινται γὰρ ἀλλήλοις. Tam pulvere, quàm ſpiritu, rebus diverſis, quum conſtemus homines, quaſique duplices (uti quidem videtur) ſimus: parti viliori præſtantiorem ſubjicimus, nulloque in pretio potiorem illam habemus. Digna verò vituperio res, ne quidem à nobis pari ratione cum carne mortali, quæ pulvis à Deo formatus eſt, immortalem animum, rem divinitùs inſpiratam, in honore haberi. Verùm ſcientes, eſſe vitium hoc ignorantiæ plenum; magnique detrimenti cauſſam præbere; quod nulli eſt uſui corpus, ut oraculi divini verbis utamur, tenuiter modiceque foveamus: ne ſpiritum illum vivificum quaſi morte multemus. Nam in repugnantibus univerſis, ſi alterutri quid accidat, in altero diverſum quid ſequitur: & carne bellè curatâ, ſpiritum langueſcere neceſſe eſt. Sunt enim hæc repugnantia. *Huc quoq; convenit illud Epicteti Enchirid. cap.* LXIII: Ἀφυίας σημεῖον τὸ ἐν ἀμαρτεῖσθαι τοῖς περὶ τὸ σῶμα· οἷον ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ διαπατᾶν, ὀχεύειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον, περὶ δὲ τὴν χρῆσιν ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιμέλεια. Hebetis ingenii ſignum eſt, in rebus corporis immorari: velut exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu, coire diu. Nam hæc quidem facienda ſunt obiter: cura autem omnis ad animum eſt transferenda.

Novi pediſequa Honoris arrogantia eſt.) *Salvianus Epiſtola* 11: Arguo itaque hoc, & emendari volo, ſi tamen negligentiæ eſt, non ſuperbiæ. pediſequa enim plerique novi honoris eſt arrogantia.

Nox tam diu eſt illuceſcit quamdiu dies.) *D. Cyprianus lib.* 1. *Epiſtola* 111. Atque hæc verè dementia, non cogitare nec ſcire quod mendacia non diu fallant: noctem tamdiu eſſe quamdiu illuceſcat dies: clarificato autem die & Sole oborto luci tenebras & caliginem cedere, & quæ graſſabantur per noctem latrocinia ceſſare.

Noctu urgeas conſilia luce promove.) *Eſt enim juxta proverbium*, in nocte conſilium. *eaq; propter Onoſander cap.* 1. *Imperatorem requirit*, Νηφάλιον, ὅπως ἐπαγρυπνῇ τῆς μεγίστους πράξεσιν, Ἐν νυκτὶ γὰρ ὡς τοὺ πολλὰ ψυχῆς ἠρεμούσης στρατηγοῦ γνώμη πλείστην, Sobrium ſive ſiccum: ut in arduis negotiis parandis putandisque pervigilet. Noctu enim quaſi ſilente & quieſcente animo, multa Ducis cogitatio molitur ac perficit.

Nulla eſt bona cauſſa inter fratres; omnis mala eſt.) *Quia videlicet tanta debebant mutua eſſe caritate, ut ſimultatum omnes nebulas igne ſuo conſumeret, nedum ut in jurgia litesq; coaleſcere pateretur. Albutius Silus lib.* VII. *Controverſia* 1: Cauſſam malam habeo, ut inter fratres.

Nulla abſque virtute uſpiam eſt beatitas.) *Hippodamus libro de felicitate:* Ἀ μὲν γὰρ Εὐδαιμονία, τὸν ἄνευ ἀρετῆς· ἀ δὲ ἀρετὴ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι πρῶτον. Beatitudo ſine virtute ſubſiſtere non poteſt: virtus autem in eo quòd rationis eſt compos, cernitur.

Nulla

Nulla eſt aſellum præterire gloria.) *Factum eſt ex illo Martialis Hendecaſyllabo* : Nulla eſt gloria præterire aſellum.

Nullam impetret, qui ſuſtulit, clementiam.] *Libanius loco communi contra Homicidam*. Πολὺ διενοήθοχεν, ὦ δυσεβέσατε ποιεῖν τὸ φθεῖραι τὸν ἀξίαν κακῶς, ἢ δικαίως κολάζεσθαι. τὸ μὲν γὰρ ἐστὶ δαίμονι δυσκόλῳ, τὸ δὲ ποθαιρεσῇ διανοίᾳ κεχρημένον. μὴ τοίνυν εἰς τοῦτον ἁθλητέρας πλοῦν, τ' ἄλλοις ἀποκείμενον ἔλεον ἐφάρπαζε. πολλὰς γὰρ εἶδες ἱκετείας τῶν ὑπὸ σὲ κατηνεχθέντων. μὴ τοίνυν ὧν ἐ μετέδωκας, ταῦτα ἔχειν παρ' ἑτέρων ἀξίου. πολλὰς δεήσεις διέπτυσας τῶν δεχομένων τὰς πληγάς. Multum intereſt, impietate conſceleratiſſime, utrum quis immerito ſuo miſer ſit, an jure puniatur. Alterum enim eſt irati numinis, alterum voluntatis nefariæ. Quare noli tu in quem hoc alterum convenit, præripere aliis debitam miſericordiam. Multas ſprevisti preces eorum quos perturbaſti. Cur igitur tu quod impertiri noluiſti, id ab aliis obtinere cupis? Multas obſecrationes reſpuiſti eorum qui plagis excipiebant. Ne quæras igitur clementiam, quam ſuſtuliſti.

Nullam Improbus probo infert contumeliam.) *L. Apuleius libro de Philoſophiâ*: Sapiens nec in ſecundis rebus effertur, nec contrahitur in adverſis; ùm ſe ornamentis ſuis ità inſtructum ſciat, ut ab iis nullâ vi ſegregetur. Hunc talem non ſolum inferre, ſed ne referre quidem oportet injuriam. non enim eam contumeliam putat, quàm improbus faciat, ſed eam non putat quàm patientia firmiter toleret.

quâ quidem Naturæ lege in animo ejus ſculptum ſit, quod nihil horum poſſit nocere ſapienti quæ opinantur cæteri mala eſſe.

Nullas metuit inſidias, nullas qui facit.) *Similimum illi Publiano:* Niſi qui ſcit facere inſidias, neſcit metuere.

Nullas habere malum leges quàm irritas.) *Plinius libro* XXXVI. *cap.* III: Nec poteſt videri Scaurus rudi & hujus mali improvidæ civitati obrepſiſſe quodam vitæ rudimento. Iam enim L. Craſſum Oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem Palatio, Hymettias tamen nec plures ſex aut longiores duodenum pedum, M. Brutus in jurgiis ob id Venerem Palatinam appellaverat. Nimirum iſta omiſere moribus victis: fruſtraque interdicta quæ vetuerant cernentes, nullas potiùs, quàm irritas, eſſe leges maluerunt. Qui nos ſequentur meliores nos eſſe probabunt. Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet?

Nullus fuit ſibi unquam ingratus Muſicus.) *Iulianus Imperator in Antiochienſi ſuo:* Εἶναι χαὶ, οἶμαι, συμβαίνει τοῖς Φαύλοις τὼν μουσικὼν, λυπηροῖς μὲν τοῖς θεάτροις, Φύσει δ' αὐτοῖς ἡδίστοις. Solent opinor, mali muſici ingrati moleſtique eſſe iis, à quibus audiuntur, cùm ſibiipſi naturâ ſint jucundiſſimi.

Nullius uſus ars ſine experientiâ eſt.) *Nicephorus Gregoras Hiſtoria Romana libro* VIII, Ἡ γὼ καθ' ἡσυχίαν τῶν μαθημάτων ἄσκησις, ὁπόσων αἱ βίβλοι τοῖς μετιοῦσι χαρίζονται, καὶ ἦπιον ἢ πολλοὶ, καὶ πλεῖον,

πλεῖσον, ἐοίκοι αὖ κατ' ἐμὲ δόξαν, ζώματι ὀργανικῷ διαπλάσει ἐφιεμένῳ ψυχῆς, ἵν' δὴ φημὶ διά τε ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἐμπειρίας παρασκίγνεσθαι. ἢ μᾶλλον ἐοίκοι αὖ συμφορήσει διαφόρων βρωμάτων ἐν κοιλίᾳ συναθροισθέντων, ⁊ δεομένων θέρμης πρὸς πέψιν. ταύτην δ' εἶναι ὁποίαν αἱ παντοῖαι τ̃ χρόνων ὧραι, καὶ ἡ ἐπαγωγικὴ τ̃ αἰσθητῶν καὶ μεμελημένων πραγμάτων ἐμπειρία παρέχοντα. Ocioſa diſciplinarum tractatio, quam libri ſuppeditant, ſive illa tenuior, ſive copioſior ſit, meâ quidem opinione organico ſimilis eſt corpori animam deſideranti, quæ per ſenſuum experientiam accedat: aut etiam variis ciborum generib. in ventrem congeſtis comparari queat, qui calorem ad concoquendum poſtulent. Is verò calor non alius fuerit, quàm multus uſus & variarum rerum experientia.

Nulli bonum ſuum extero invidet probus.) *Joſephus Proœmio Antiquitatum Iudaicarum*: Εὗρον πίνλω, ὅτι Πτολεμαῖος μὲν ὁ δεύτερος βασιλεὺς περὶ παιδείαν καὶ βίβλων συναγωγὴν σπουδάσας, ἐξαιρέτας ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον νόμον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν διάταξιν τῆς πολιτείας εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβαλεῖν. ὁ δὲ παρ' ἡμῖν ἀρχιερέων ἄριστος ἀρετῇ διάπερ Ἐλεάζαρος τῷ προειρημένῳ βασιλεῖ ταύτης ἀπολαύσας τῆς ὠφελείας οὐκ ἐφθόνησεν, πάντως αὐτειπὼν αὖ, εἰ μὴ πάτριον ἦν ἡμῖν τὸ μηδὲν ἔχειν τῶν καλῶν ἀπόῤῥητον. Itaque invenio litteris proditum, quòd Ptolemæus ſecundus ejus nominis rex, totus diſciplinis colligendisque libris deditus,

magnopere contenderit legem noſtram, ejusque inſtituta, & vivendi formam præſcriptam, in Græcum eloquium transferri. Eleazarus autem pontificum noſtrorum nemini ſecundus, regi hanc utilitatem non invidit, reclamaturus omnino, niſi conſuetudinem haberemus à majoribus acceptam, res bonas & honeſtas celare neminem.

Nulli ex animalibus vitio paupertas datur.] *Ergo neq; homini eſſe deberet probro.* *Apulejus libro* 1. *Apologetico:* Sed finge hæc aliter eſſe; ac me ideo pauperem quia mihi Fortuna divitias invidit; easque, ut fermè evenit, aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit, aut pater non reliquit; hoccine homini obprobrari, pauperiem, quod nulli ex animalibus vitio datur? non aquilæ, non tauro, non leoni. Equus ſi virtutibus ſuis polleat, ut ſit æquabilis vector & curſor pernix, nemo ei penuriam pabuli exprobrat &c.

Nulli magis reges coluntur quàm mali.] *Orequidem atq; habitu exteriore; haud etiam mente atq; animo.* *Vere Plutarchus libro de ſuperſtitione cap.* XIX. p: Καὶ γὰρ τοὺς τυράννους ἀσπάζονται, προσκυνοῦσι, χρυσοῦς αὐτοῖς ἀνιστᾶσιν, ἀλλὰ μισοῦσι σιγῇ, κἀκεῖνα δύονται. Ἀλέξανδρον Ἑρμόλαος ἐθεράπευε, Παυσανίας ἐδορυφόρει Φίλιππον, Χαιρέας Γαΐου· ἀλλ' ἕκαστος τούτων ἔλεγε θεραπευθῶν.

Ἦ σ' ἂν λοιμήλεω, εἴ μοι δυνάμεις γε παρείη.

Nam tyrannos quoque coli videmus & ſalutari, iisque aureas ſtatuas poni ab iis qui tacitè eos oderunt & execrantur. Alexandrum Hermolaus demerebatur; ſtipator Philippi erat Pauſanias; Chærea C. Caligulæ. ſed horum unusquisque inter aſſectandum

dum dicebat, Certè equidem pendes, modò sint vires mihi, pœnas.

Nullum antidotum invenire adversus Cæsarem est.) *Natum fortè à Caligulâ, de quo sic Suetonius cap.* XXIX: Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum præmuniri medicamentis suspicabatur, Antidotum, inquit, adversus Cæsarem?

Nullum facinus ratione subsistit malum.) *Salvianus lib.* IV. *de Gubernatione Dei:* Et quidem licet nullum admodum malum facinus ratione subsistat, quia rationi non possunt scelera conjungi &c.

Nullum gravat tributum omnes quod conferunt.) *Hoc celsis potestatibus insusurrandum maximè: Adfine huic illud, D. Chrysostomi. Homiliâ* XLIII. *in Epistolam* I. *ad Corinthios:* Ὅταν γὰρ ἐξ ἁπάντων συνεισφέρηται, ἑκάστῳ κοῦφον γίνεται τὸ ἐπίταγμα: Quando ab omnibus confertur, unicuique fit leve quod constituitur.

Nullum otium consistit absque negotio.) *Vnde & Maximus Tyrius sine Dissertationis* XXIX: Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Σαρδανάπαλος ἀπράγμων ἦν, ἀλλ' ἔνδον θυρῶν καθεκλεισμένος, ἐπὶ στρωμνάτων κλίνης κείμενος, ἐν γυναικῶν χορῷ. ἐβουλεύετο ὅμως πῶς σωθῇ Νῖνος, καὶ πῶς Ἀσσύριοι εὐδαιμονῶσι. σοὶ δὲ ἡ Διὸς ἡδονὴ καὶ τῆς Σαρδαναπάλου ἐκείνου ἀργοτέρα; Atqui ne Sardanapalus quidem sine negotiis erat: qui quamvis clausis intus foribus maneret, quamvis cælato in lectulo inter mulierum recubaret greges, de Nino nihilominus conservandâ, de Assyriorum prospero statu deliberabat. Tibi verò Iovis voluptas etiam illa Sardanapali est ignavior.

Nullum ſepulcrum pulcrius tyrannide.) *Examinat Plutarchus libro quo quærit an ſeni gerenda ſit Reſpublica, cap.* 11. *p:* Οὐ γὰρ ἡ τυραννὶς [ὥσπερ εἶπε Διονυσίῳ] καλὸν ἐνταῦθον· ἀλλ' ἐκείνῳ γε τῷ μοναρχίαν μετὰ τῆς ἀδικίας, τόγε μὴ παύσασθαι, συμφορὰν τελεωτέραν ἐποίησε· καὶ καθὼς Διογένης ὕστερον ἐν Κορίνθῳ τὸν υἱὸν αὐτῷ θεασάμενος ἰδιώτην ἐκ τυράννου γεγενημένον, Ὡς ἀναξίως [ἔφη] Διονύσιε σεαυτοῦ πράττεις. ὃ γὰρ ἐνταῦθα σε μεθ' ἡμῶν ἔδει ζῆν ἐλευθέρως καὶ ἀδεῶς, ἀλλ' ἐκεῖ τοῖς τυραννείοις ἐγκατωκοδομημένον, ὥσπερ ὁ πατὴρ, ἄχει γήρως ἐγκαταβιῶσαι. Non rectè is, qui Dionysio dixit tyrannidem pulcrum esse sepulcrum: sed hæc illi tanto perfectiorem paravit miseriam, & Diogenes melius, qui cùm posteà temporis filium ejus Corinthi videret privatum de tyranno factum: Quàm indignam, ajebat, te ipso vitam agis! non enim hic te liberè ac tuto vivere conveniebat, sed in patriâ arci tyranniçæ inclusum exemplo patris tui consenescere.

Nullum vitium patrocinii expers est sui.) *Senecæ Epistola* CXVI: Nullum vitium est sine patrocinio; nulli non initium est verecundum & exorabile; sed ob hoc latius funditur, non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris.

Nullis aquis extingui caritas potest.) *Legitur alicubi in Epistolis Ioannis Sarisburiensis.*

Nunc expedit hunc, nunc illum fieri pro loco.) *Est è Pindarico versum.*

Nunquam adgregat se Lucius respuentibus.] *Id est,*

est, nunquam adest invitis. De quo videatur egregius Æsopi apologus apud Plutarchum consolatione ad uxorem suam cap. VI. *p.*

Nunquam choros ducunt Dei absque Gratiis.) *Et istud quoq; Pindaricum est.*

Nunquam caret sagittis os edentulum.) *Eloquentiæ nimirũ sagittæ Lucianus sine Herculis Gallici:* Ἀλλ' ὁπόταν ἀναμνησθῶ τοῦ γέροντος ἐκείνου Ἡρακλέους, πάντα ποιεῖν προάγομαι· καὶ σοὶ αἰδοῦμαι, τοιαῦτα τολμῶν ἡλικιώτης ὢν τοῦ εἰκόνος· ὥστε ἰσχὺς μὲν καὶ τάχος καὶ κάλλος, καὶ ὅσα σώματος ἀγαθὰ, χαιρέτω, καὶ ὁ ἔρως ὁ σὸς, ὦ Τήϊε ποιητὰ, εἰσιδών με, ὑακινθόπολιον ἥβαιον, χρυσοφαέννων, ἐὶ βόστρυχων, πεφυγώς, ἢ ἀετοῖς ὠδαμπετήσω, καὶ ὁ Ἱπποκλείδης ἀ φρονήσει. τῷ λόγῳ δὲ, νυῦ ἂν μάλιστα ἀνηβᾶν καὶ ἀνθεῖν, καὶ ἀκμάζειν καθ' ὥραν εἴη καὶ ἕλκειν τῶν ὄντων, ὅστις αὖ πλείστους δυνήσεται, καὶ τοξεύειν πολλάκις, ὡς μηδεὶς γε δέος, μὴ κενωθεὶς λάθοι ὁ γωρυτὸς αὐτῷ. Verùm quoties senex ille Hercules recurrit animo, ad quid vis adducor ut faciam: neque me pudet hæc audere, quum sim ipsi æqualis imagini. Itaque robur, celeritas, forma, & si qua sunt alia corporis bona, valeant, cumque his tuus, ô Teie vates, Cupido, ubi me mento sub cano viderit, auro rutilantibus alis, si videbitur, vel aquilas prætervolet, neque laborabit Hippoclides, imò nunc vel maximè tempestivum fuerit facundiâ repubescere, florere, vigere, & quàm licet plurimos ab auribus ducere, ac sæpiùs arcu ferire: quandoquidem periculum non est, ne quando quis præter spem pharetram inanem reperiat.

Nunquam cicatrix interit calumniæ.) *Indemonitum cujusdam*; Calumniare audacter: semper aliquid hæret. *Videatur Plutarchus libro de Adulatoris & Amici discrimine, cap.* LI.

Nunquam Deis bonus vir est neglectui.] *Plato fine Apologiâ Socratis:* Ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον. καὶ ἕν τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθὲς, ὅτι τῷ ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι· οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα. Ne vos quidem, judices, ii, qui me absoluistis, mortem timueritis. idque unum cogitare verum esse, viro videlicet bono nihil mali accidere posse nec vivo, nec mortuo, nec unquam illius res à diis immortalibus negligi.

Nunquam incipe amare, aliquando odisse quem potes.) *Rationem videsis apud Tullium libro de Amicitia cap.* XVI.

Nunquam induit senectam honoris ambitus.) *Hoc est, ambitio semper viget. sententia est Thucydidea libro* II. *in Oratione funebri Periclis, cujus & meminit Plutarchus, libello quo quærit an seni gerenda sit Respublica, cap.* III. *p.*

Nunquam interemptus dormiens est fulmine.) *Cur autem id non fiat, plures comminiscitur rationes Plutarchus libro* IV. *Symposiacon Quæstione* II. *qui consulatur.*

Nunquam latet quem prodit innocentia.) *Panegyrico in Theodoricum Regem Ennodius:* Nullarum artium cessat industria: solers ubicunque latet inquiritur, magistratum, etiamsi longè deguerit, exiget

exiget qui meretur. nunquam abſconditur quem prodiderit innocentia; dum ſubtilis arbiter non placaris voce ſed actibus.

Numquam libido repperit finem ſui.) *Verba Ciceronis è libro* V. *Tuſculan. Quaſtion. cap.* VII. *f.*

Nunquam tribuni oppeſſulata janua eſt.) *Nocte enim dieq; aperta erat, tanquam portus ac perfugium indigentibus; de quo more Plutarchus in Quaſtionibus Romanis, numero* LXXXI. *f.*

Nunquam ullibi ſalutem repperit fuga.) *Julianus apud Ammianum libro* XVI. *cap.* XXX: Quo, inquit, cedimus, viri fortiſſimi? an ignoratis fugam quæ ſalutem nunquam reperit, irriti conatus ſtultitiam indicare?

O.

O Dii boni, quidnam in vitâ hominis eſt diu!) *Sunt à Tullio, capite* XIX. *de Senectute.*

O ſanitatis dulce contubernium!) *Maximus Tyrius principio Diſſertationis* XLI. Ἀδὲ) πιὲξ ἀρχὴς ἄσμα ἐν ὀλίγῃς μέρει, ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων, μὴ ζῶ ναίοιμι τὸ λειπόμενον βιοτᾶς. Iam inde antiquitus carmen quoddam circumfertur, quod votum continet hujusmodi Divarum Dea ſanitas Tecum ſit mihi vivere Vitæ quod ſupereſt meæ.

Oblivionis utique Bacchus eſt parens.) *Cùm alii tamen matrem ei adfingant Oblivionem, ut prodidit item Plutarchus libro* VII. *Sympoſiacon quæſtione quinta.*

Oblata

Oblata casu etiam ad consilia flectere est.) *Scipio apud Livium libro* XXVIII. *cap.* XLIV: Multa quæ nunc ex intervallo non apparent, bellum aperiet: & id est viri & ducis, non deesse fortunæ præbenti se, & oblata casu flectere ad consilium.

Obrepere hominibus si potes; Deo haud potes.) *D. Cyprianus lib.* I. *Epistolâ* IV: Neque tam culpandus est Stephanus, cui negligenter obreptum, quàm hic exsecrandus qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, &c.

Obscæna quamvis membra sint, tamen foves.) *D. Chrysostomus Homilia in Epist.* I. *ad Corinthios:* Ὥστε κἂν μυριάκις λέγῃς, ὅτι ἄτιμον τὸ μέλος καὶ ἔλαττον, ἀλλ' ἐὰν μὴ ὁμοίως φροντὴς ὡς καὶ σαυτοῦ, ἀλλ' ὡς ἐλάττονος ἀμελῇς, ἡ βλάβη εἰς σὲ διαβήσεται. Quamobrem etiamsi millies dicas quòd membrum est inhonestum & minus, nisi tamen ejus æquè curam geras atque tui ipsius, & non negligas tanquam minus, damnum ad te transibit.

Oculi fideles sunt magis homini auribus.) *Nihil certius, certatimque id adfirmet præter Heraclitum, Euripidis Helena versu* CXVI. *Herodotus libro* I. *cap.* VIII. *m. Polybius lib.* XII. *Histor. cap.* XV. *Dio Chrysost. Orat.* XII. *Iulianus Imp. Epist. ad Leontiũ, aliiq; passim.*

Oculi profectò sunt fenestræ mentium.) *Salvianus lib.* III. *de Gubernatione Dei:* Sciens enim fenestras quodammodo esse nostrarum mentium lumen oculorum, & omnes improbas cupiditates in cor per oculos, quasi per naturales cuniculos introire &c.

Odiosa

Odiosa res est promptè carpere alterum.) *Imperator Basilius ad Filium cap.* XXVIII: μὴ ἦθα φιλαίτιος ἐν τοῖς ὑφ' σὲ χεῖρα· βαρὺ γὰρ. μηδὲ ἐπίμωος ἁπάντων ἐν ταῖς ἀναστροφαῖς· φορτικὸν γάρ. In subjectos tuos ne criminosus sis & querulus: molesta enim res est, neque in communi consuetudine promptum ad alios reprehendendos te ostendas: odiosa valde res est.

Odisse turpe est quidpiam quod adjuvat.] *Desumptum ex Ennodii libro* II. *Epistolâ* XXVIII.

Oleribus una antistat brassica omnibus.) *Verba ferè M. Catonis ex capite* CLVI. *de re rusticâ.*

Omnem ferendo vincere est injuriam.) *Johannes Chrysostomus Homiliâ* XXII. *in Epist. ad Hebræos:* Καθάπερ γὰρ πεπυρωμένος σίδηρος εἰς ὕδωρ βαφεὶς, τὸ πῦρ ἀπόλλυσιν, ἔτως ὀργὴ εἰς τὸν μακρόθυμον ἐμπεσοῦσα, ἀδίκει τὸν μακρόθυμον ἔβλαψεν, ἀλλὰ μᾶλλον ὠφέλησε, καὶ αὐτὸς διεκρατήθη πλέον. ἀδίκει γὰρ μακροθυμίας ἴσον: ἀδίκητον ὑβρίζειν ὁ τοιοῦτος, ἀλλ' ὥσπερ τὰ ἀδαμάντινα σώματα ἀπλήπτα, ἔτως ἀδίκητοι αἱ τοιαῦται ψυχαί: ἀνώτεραι γὰρ τῶν βελῶν εἰσιν. ὑψηλός ἐστι, καὶ ἔτως ὑψηλός ὁ μακρόθυμος, ὡς μὴ δέχεσθαι πληγὴν ἀπὸ τῆς πληγῆς. ὅταν ὀργὴ ἀνὴρ, οὐ γέλα: γέλα δὲ μὴ φανερῶς, ὥστε μὴ παροξυνῆαι, ἀλλὰ γέλα κατὰ ψυχήν, ἑαυτῷ ἕνεκεν. Quomodo enim candens ferrum aqua tinctum ignem perdit, ita ira si in lenem & patientem inciderit, patientem nihil lædit, sed magis juvat, & ipse evadit magis continens. Lenitati enim & patientiæ nihil potest æquipari. Nam qui est ejusmodi, contumelia nun-

nunquam afficitur. Sed ſicut non ſauciantur corpora adamantina, ita nec hujusmodi animæ. Sunt enim ſuperiores jaculis. Excelſus enim & adeò excelſus eſt is qui eſt lenis & patiens, ut ne plagam quidem à plagâ accipiat. Quando ille afferatur, tu ride: ride autem, non apertè, ut non irrides, ſed in animâ ſeu apud te ride propter te.

Omnes beati & omne quod volunt habent.) *D. Proſper ex D. Auguſtino:* Omnes beati habent quod volunt; quamvis non omnes qui habent quod volunt ſint beati.

Omnis genus eſt ſuperbiæ exultatio.] *Joan: Sarisberienſis Epiſtola* XCV: Et quis enim fraudulentâ ambitione elatum audeat adprobare, cùm Pater B. dicat, omnem exultationem genus eſſe ſuperbiæ.

Omnis tyrannis eſt illacrimabilis.) *Libanius loco communi contra Tyrannum:* Καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τύραννος οὐκ οἶδε δακρύοντας ἐλεεῖν; Ecquem verò fugit Tyrannum illachrimantium miſereri neſcire?

Omnes timori ſerviunt, omnes ſpei.) *Seneca Epiſtola* XLVII: Oſtende quis non ſit ſervus. Alius libidini ſervit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes timori.

Opes egenis erogà atque fortibus.) *Altiusq; de tefago togaq; bene merito.*) *Roſtè Baſilius Imp. cap.* XXIV: Πλοῦτος μὲν γὰρ ἡ δι' ἀρετὴν συμπάρεχων, κακίους μᾶλλον, ἀλλ' οὐκ ἀρετῆς χαρίστης ἐστίν· ὁ δὲ χάριν ἀρετῆς ποιῶν; τοῖς κεκτημένοις μεγάλα δύναται ὠφελεῖν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν καὶ τὰ σώματα· τὸ μὲν, τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπιλαμβάνεσθαι, τὸ δὲ, τοῖς ἀγαθοῖς

τῶν

ἐν ἐπιχορηγέμεν. ὁμοία γὰ ἀμφότερα, φόροις ἐπιγεγράφη τοῖς ὀνόμασι. Opes quæ ergo non coacervantur, vitiorum ferè minint: quæ autem ad virtutis officia comparanpossessorum animis & corporibus juvandis as afferunt utilitates, cùm aut egenis copiosè antur aut fortibus & fidelibus amicis impenduntur: utrumque enim beneficentiæ officium est, etiam si alio atque alio nomine inscribantur.

Opinio semper favet pejoribus.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XXXIV: Ἐνταῦθα δὲ τίς ἡμῖν παρέσται δικαστής; καὶ τίνι ψήφῳ πάλησθε κεμνῦμεν; λόγῳ; ἀλλ' οὐκ αὖ ἔχοις εἰπεῖν λόγον ὅτῳ οὐκ αὖ ἐξεύροις τὸν ἐναντίον. πάθει; ἀλλ' ἄπις ὁ δικαστής. πλήθει; ἀλλὰ πλείους οἱ ἀμαθέστεροι. δόξῃ; ἀλλὰ τὰ χείρω ἐνδοξότερα. Hic verò quis nobis judex erit, quâtandem verum à falso distinguemus sententiâ? Ratione? At nullam invenies cui non contraria dari possit. affectione? Parum fidum narras judicem. Multitudine? plures hic indocti sunt. Opinione? Deterioribus favet illa.

Opiniones alterius quis ponderet?) *Sumptum è Phædro, ubi est fabula* XLIX: Hoc admonere simplices etiam potest, Opiniones alterius ne quis ponderet: Ambitio namque dissidens mortalium, Aut gratiæ subscribit aut odio suo.

Optant senectam omnes, adepti despuunt.) *Sententia est à Cicerone libri de Senectute cap.* II. *p.*

Oraculum omne cum silentio excipe.] *Iulianus Imp. Epistola ad Iamblichum:* Ἡμᾶς ὃ ἔδει μὲν εἶσω

εἶσω

nunquam afficitur. Sed ſicut non ſauciantur corpora adamantina, ita nec hujusmodi animæ. Sunt enim ſuperiores jaculis. Excelſus enim & adeò excelſus eſt is qui eſt lenis & patiens, ut ne plagam quidem à plagâ accipiat. Quando ille afferatur, tu ride: ride autem, non apertè, ut non irrides, ſed in animâ ſeu apud te ride propter te.

Omnes beati & omne quod volunt habent.) *D. Proſper ex D. Auguſtino:* Omnes beati habent quod volunt; quamvis non omnes qui habent quod volunt ſint beati.

Omnis genus eſt ſuperbiæ exultatio.] *Joan: Sarisberienſis Epiſtola* XCV: Et quis enim fraudulentâ ambitione elatum audeat adprobare, cùm Pater B. dicat, omnem exultationem genus eſſe ſuperbiæ.

Omnis tyrannis eſt illacrimabilis.) *Libanius loco communi contra Tyrannum:* Καὶ τίς σὸν οἶδεν ὅπῃ τύραννε σὸν οἶδε δακρύοντας ἐλεεῖν; Ecquem verò fugit Tyrannum illachrimantium miſereri neſcire?

Omnes timori ſerviunt, omnes ſpei.) *Seneca Epiſtola* XLVII: Oſtende quis non ſit ſervus. Alius libidini ſervit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes timori.

Opes egenis erogà atque fortibus.) *Alitúq; de te ſago togaq; bene meritis.*) *Noſtè Baſilius Imp. cap.* XXIV: Πλοῦτος μὲν γὰρ ἡ ἀρετὴν συνεπάρχων, κακίας μᾶλλον, ἀλλ' οὐκ ἀρετῆς χορηγός ἐστιν· ὁ δὲ χάριν ἀρετῆς ποιῶν; τοῖς κεκτημένοις μεγάλα δύναται ὠφελεῖν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν καὶ τὰ σώματα· τὸ μὲν, τοῖς δεομένοις δαψιλούμενος, τὸ δὲ, τοῖς ἀγαθοῖς

τῶν

τῶν φίλων ἐπιχορηγέμεν. Διοτία γὰρ ἀμφότερα, καὶ διαφόροις ἐπιγεγέφη τοῖς ὀνόμασι. Opes quæ virtutis ergo non coacervantur, vitiorum ferè ministræ sunt: quæ autem ad virtutis officia comparantur, possessorum animis & corporibus juvandis magnas afferunt utilitates, cùm aut egenis copiosè erogantur aut fortibus & fidelibus amicis impenduntur: utrumque enim beneficentiæ officium est, etiam si alio atque alio nomine inscribantur.

Opinio semper favet pejoribus.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XXXIV: Ἐνταῦθα δὲ τίς ἡμῖν κρίσεως δικαστής; καὶ τίνι ψήφῳ παλαθεὶς κεκινδύνευκεν; λόγῳ; ἀλλ' οὐκ αὖ ἔχοις εἰπεῖν λόγον ὅτῳ οὐκ αὖ ἐξεύροις τὸν ἐναντίον. πάθει; ἀλλ' ἄπις ὁ δικαστής. πολλῷ; ἀλλὰ πλείους οἱ ἀμαθέστεροι. δόξῃ; ἀλλὰ τὰ χείρω ἐνδοξότερα. Hic verò quis nobis judex erit, quâ tandem verum à falso distinguemus sententiâ? Ratione? At nullam invenies cui non contraria dari possit. affectione? Parum fidum narras judicem. Multitudine? plures hic indocti sunt. Opinione? Deterioribus favet illa.

Opiniones alterius quis ponderet?) *Sumptum è Phædro, ubi est fabula* XLIX: Hoc admonere simplices etiam potest, Opiniones alterius ne quis ponderet: Ambitio namque dissidens mortalium, Aut gratiæ subscribit aut odio suo.

Optant senectam omnes, adepti despuunt.) *Sententia est à Cicerone libri de Senectute cap.* II. *p.*

Oraculum omne cum silentio excipe.] *Julianus Imp. Epistola ad Iamblichum:* Ἡμᾶς ὃ ἔδει μὲν εἶπω

ἔισω τῶν οἰκείων ὅρων ἐσεάναι, καὶ τῆς ὑπὸ σοῦ μουσικῆς ἐμφορουμένους ἡρεμεῖν, ὥσπερ οἱ τὴν Ἀπόλλωνος μαντείαν ἐξ ἀδύτων ἱερῶν σεσιγῶσιν ἡσυχῇ δέχονται): Nos autem oportebat sanè nostris finibus contentos esse & tuâ musicâ satiatos quiescere; ut qui Apollinis oracula è sacris adytis cum silentio excipiunt.

Orant sapientes Græci, stulti judicant.) *Quo quid ineptius? & sic tamen fieri solet. Dictum autem istud fuisse Anacharsidis prodidit inter alios etiam Plutarchus in Solone cap.* VI. *his verbis:* Ἔφη δὲ κἀκεῖνο θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις, ἐκκλησίᾳ συμβαλὼν, ὅτι λέγουσι μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνουσι δὲ οἱ ἀμαθεῖς. Iam hoc quoque dixit se mirari Anacharsis, quum concioni interfuisset, quòd dicerent apud Græcos sapientes, stulti judicarent.

Ornatus in luto est indigno dignitas.] *Initio ferè libri* IV. *de Gubernatione Dei Salvianus:* Nam sicut ait quidam in scriptis suis; Quid est aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto?

Ornatuum minimo omnium constat coma.) *De Charilao inter Apopthegmata Regum cap.* LXXVII. *Plutarchus:* Πρὸς δὲ τὸν πυθόμενον διὰ τί κομῶσι τὰ μειράκια τῶν Λακεδαιμονίων, ὅτι τῶν κόσμων ἀδαπανώτατος οὗτός ἐστι: Interrogatus cur comam Spartani nutrirent: quia, inquit, omniũ ornatuũ hic minimo constat sumtu.

Os percolas: orationis janua est.) *Apuleius lib.* I. *Apologiæ:* Dares nunc aliquem similiter grandiloquum: diceret suo more, cumprimis cui ulla fandi cura sit, impensius cætero corpore os colendum.

quod esset animi vestibulum, & orationis janua, & cogitationum comitium &c.

P.

PArcissimè obloquare queis canum caput.) *Prudenter Aristides Oratione* II. *pro Quatuor viris:* Εὖ γὰρ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων ἔχει νόμος καὶ λυσιτελῶς ἁμαθῶς εἰσάπαξ ὑποχωρεῖν τοῖς πρεσβυτέροις. οὐχ ὡς πάντως δήπου βελτίους καὶ δικαιοτέρους τοὺς πρεσβυτέρους ὄντας ἅπαντας, ἀλλὰ τῆς μελέτης ἕνεκα· ὅπως ἡ τάξις μὴ συγχέοιτο. καὶ ἐν τοῖς λόγοις, καλὸν τὸ φείδεσθαι τῶν προσηκόντων ὅπη οἷόν τε ἐς ὅσον ἔξεστιν· ὅπως μήτις ἀχέρεια τοῖς πολλοῖς ἐνδύνῃ καὶ σωφρονεῖν τοὺς ἀνοήτους παρῇ· ὅταν γὰρ οἱ μέγιστοι καὶ σεμνότατοι ῥᾳδίως κακῶς ἀκούωσι, καὶ ταῦθ' ὑπὸ τῶν σοφωτάτων εἶναι δοκούντων, ὀλιγωρίαι καὶ νόμου τοῖς φαύλοις ἐγγίγνεται· ὥς γ' οὐδὲν ὠφελοῦντα τοσοῦτον ὅσον βλάπτοντα. Rectè enim & utiliter jubet lex Laconica seniorib. omnino cedere, non quòd semper meliores ac justiores sint seniores omnes, sed ut assuescant, nec ordinem confundant. Similiter in dicendo provectioribus, quantum licet, honestum est parcere, ne facilè vulgus eos assuescat insectari, quos colere debebat. Nam cùm maximi & gravissimi quique temerè ab iis, qui sapientissimi habentur, malè audiunt, reliqui leges facilè contemnunt, itaque non plus emolumenti, quàm damni accipiunt.

Parentibus læsis, Deusque læditur.) *Qui & ipse humani generis est parens, & ad se pertinere injurias*

existimat, quæ infertur hominibus cum quibus illi communis est appellatio; ut loquitur Flavius Iosephus libro IV. *Antiquitatum Judaicarum capite postremo.*

Pars eloquentiæ, abscondere eloquentiam.) *Seneca pater præfatione in librum* X. *Controversiarum:* Bene declamavit Gavius Silo: cui Cæsar Augustus, cum frequenter causas agentem in Terracinensi coloniâ vidisset, plenum testimoniū reddidit. dixit enim: Nunquam audivi patrem familias disertiorem. Erat qui patrem familias præferret oratorem subduceret. Partem enim eloquentiæ putabat, eloquentiam abscondere.

Parum aut nihil refert asino, cui serviat.) *Locum habebit cùm Rex aliquis moritur: obitu quippe ejus parum dolent quibus servitutis certum quasi pensum incumbit. neque enim eis plus imponi poterit quam ferre queant. Phædrus libro* I. *Fabulâ* XV:

Asellum in prato timidus pascebat senex:
Is hostium clamore subito territus
Suadebat Asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus, quæso num binas mihi
Clitellas impositurum victorem putas?
Senex negavit: Ergo, quid refert mea
Cui serviam, clitellas dum portem meas.

Pascit canes, adulatores qui fovet.) *A quibus videlicet tandem devorandus, more Actæonis. Potest etiam capi de eis qui negligunt propinquos, & pascunt alienos. Simocatta Epistolâ* VII: Τὸν ἀδελφιδοῦν ὑπερορᾷς θύραν ἐκ θύρας ἀμείβοντα ἀθλιώτατον περιδώνιον ἀμπεχόμενον. τ' ἀλόγων ὄντως ἀλογώτερόν σοι τὸ φρόνημα κυνὸς ἀλλοτρίους σπίζεις· οὕτω

ὦ τὰς παιδίσκας κόλακας εἰπεῖν αἰσχιόπερον. Δύνοῦσαι γὰρ εἶναί σοι δόξαι μέχρις ὅτου τοῖς ἐπευτρυφῶσιν ὦ δείλαιε· ὑλακτήσουσι δὲ πάντως καὶ σὲ, [ἔπι] τῆς προαιπόλης δ' ἔναγχος ἐρῦγόμενοι. κολάκων γὰρ φύσις καὶ μνημονικὸν πρὸς κακίαν, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπίλησον. Nepotem tuum despicis de januâ commeantem ad januam, miserrimâ tuniculâ vestitum. Bruta certè tibi mens est magis, quam brutis. Canes alienos & externos nutris: ita enim verius dicentur, qui tecum conversantur adulatores, nam optimè tibi velle videbuntur, quousque de tuo luxuriantur, ô miser, allatrabunt autem omninò & te, crapulâ jam quâ se nuper ingurgitaverant, eructatâ. Etenim natura secum fert adulatorum, & memoriam ad inferendum malum, & oblivionem boni.

Patent honoris omnes omnibus viæ.] *Sub bonis præcipuè principibus. mali enim omnes ferè vias aliis cunctis præcludunt nisi seminis sui hominibus. Inde querela Plinii ad Trajanum, Panegyrici capite* LXVI: Terror & metus, & misera illa ex periculis facta prudentia monebat ut à Republicâ oculos, aures, animos averteremus.

Pati pro amico, lucrum amico maximum.) *Pater ille aurei oris Homilia* XII. *in Epist. ad Colossenses:* Εἰ γὰρ ἐρώμενόν τις ἔχων κέρδος ἡγεῖται τὸ δι' ἐκεῖνον τι παθεῖν, πολλῷ μᾶλλον τὸ διὰ τὸν Χριστόν, Si quis enim habens quempiam quem amat, lucrum esse putat si propter illum sit passus quidpiam, multo magis propter Christum.

Patiare potius ipse quàm facias scelus.] *Sumptum è Senecæ Thebaide, versu scilicet* CCCCXCIV:

Patrat ſcelus per quem patrandi copia eſt.) *Corinthiorum legati apud Thucydidem libro* I: Οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος, ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν κωλῦσαι, περιορῶν δὲ, ἀληθέστερον αὐτὸ δρᾷ, ἔπερ καὶ τιμωρίαν ἀξιοῦσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεσθαι. Nam non is, qui in ſervitutem redigit: ſed is potius, qui poteſt quidem impedire; ſed negligit, vere hoc facere eſt cenſendus. Præſertim ſi Græcorum liberatorem ſe eſſe profiteatur, & præclarum iſtius laudis titulum præ ſe ferat. *Cicero Oratione in Piſonem, cap.* V: Non quæ feceris, ſed quæ fieri paſſus ſis dico. neque verò multum intereſt, præſertim in conſule, utrum ipſe perniciosis legibus, improbis concionibus Rempublicam vexet, an alios vexare patiatur.

Patriæ ſalus patris ſaluti prævalet.] *Intellectum uberiorem hujus ſententiæ ſuggeret Tullius libro* III. *de Officiis cap.* XXIII. *m.*

Pauci ad parentum laudes aliquam addunt ſuam) *Adeo plerisq; ſufficit* majorum incumbere famæ. *Videatur & idem Cicero libro* I. *Offic. cap.* XXXII. *p.*

Pauci ſciunt, quidnam ſibi liceat, Principes.] *Imò omnes nimium ſciunt. ut fortè ignorent initio imperii, at paullò poſt* indulgentiâ fortunæ, & pravis magiſtris diſcunt, *quemadmodum imperat Veſpaſiano Imperatori Tacitus libro* II. *Hiſtoriarum cap.* LXXXIV. *m. Nec aliud vult, ubi de Alexandro loquitur Curtius libro* X. *cap.* VI: Humiliores quoque reos contra voluntatem ſuam, quia cæteris videbantur inſontes, paſſus abſolvi; hoſtibus victis regnare didicerat, &c. *Quare vox iſthæc, eſt adſentatorum, quibus Reges nunquam ſunt ſatis prodigi, ſatis crudeles, ſatis avari, ut*

lucra-

luculentâ exemptorum copiâ oſtendi ad illud Taciti lib. IV. *Hiſtor. cap.* XLII: Cùm ſegnitiam Neronis incuſares, quod per ſingulas domos ſeque & delatores fatigaret: poſſe univerſum Senatum unâ voce ſubverti, &c. *aut certè reſpicit ad iſthæc Tranquilli in vitâ Neronis cap.* XXXVII: Elatus inflatusque tantis velut ſucceſſibus, negavit quenquam Principum ſciſſe quid ſibi liceret.

Pauci ſua recto eloquuntur pectore.] *Ingenuè ſine ſimulatione aut diſſimulatione. Ammianus libro* XVII. *cap.* XII: His literis diu libratis, recto pectore (quod dicitur) conſiderateque reſponſum eſt hoc modo &c.

Pauci ſenes fierent medicina ni foret.) *Libanius in Medicum veneficum:* Εἰ δὲ σὺ μὲν ἰατρικὴ, καὶ τοῖς νοσοῦσιν ἐπήμυνε, κομιδῇ τινες ἂν ὀλίγοι πρὸς γῆρας ἀφικνοῦντο· κατὰ πολλὰ γὰρ κωλύουτ' τῶν ἀῤῥωστημάτων κρατοῦντ'. Quòd ſi ars medendi non fuiſſet & ægrotantibus non ſubveniſſet, pauci admodum profectò ad ſenectutem pervenirent: cùm ægrotationes, quæ vetant eo pervenire, magnâ ex parte prævalerent.

Pax longa formam rei denormat publicæ.) *Joſephus libro* V. *Antiq. Judaic. cap.* II: Καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς μὲν τὺς πολεμίους, μαλακῶς εἶχον οἱ Ἰσραηλίται, τῆς δὲ γῆς καὶ τῶν ταύτης ἔργων ἐπεμελοῦντο. τῶν δὲ καπὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῖς διδόντων, ὑπὸ τρυφῆς, καὶ ἡδονῆς καὶ κόσμου ὀλιγώρουν, καὶ τῆς πολιτείας τῶν νόμων ἀκρόαται ἦσαν ἀκριβεῖς. Omiſſo deinde bello Iſraelitæ omnes agriculturæ tantùm operam dabant: atque ita pace longâ emolliti, voluptati

magis quàm honestati studebant, disciplinæ ac legum divinarum immemores.

Peccat minus qui mox errorem córrigit.) *Apuleius libro* II. *Apologetico pro se:* His epistolis meis lectis, pro suâ eximiâ humanitate gratulatus Pontiano, quòd citò errorem suum correxisset &c.

Pax omnium rerum, ordinum tranquillitas.) *Verba D. Augustini ex lib.* XIX. *de Civitate Dei cap.* 13.

Pacem colunt generis ejusdem belluæ.) *Horatius Epod.* VII. *versu* XI: Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus unquam, nisi in dispar feris. *D. Chrysostomus Homiliâ* XXV. *in Epist: ad Hebræos:* Μέχρι τίνος ἀλλήλοις ἐπιβαλλόμεν, καθάπερ τὰ θηρία, καθάπερ οἱ ἰχθύες; μᾶλλον δὲ τὰ θηρία οὐκ ἐπιβάλλ ἀλλήλοις, ἀλλὰ τοῖς ἀλλοφύλοις: οἷον ἄρκος ἄρκον οὐκ ἀναιρεῖ ταχέως, οὐδὲ ὄφις ὄφιν ἀναιρεῖ τὸ ὁμόφυλον αἰδούμενον. σὺ δὲ μετὰ τοῦ ὁμοφύλου, καὶ μυρία ἔχων δικαιώματα, τὸ συγγενες, τὸ λογικὸν, τὸ θεὸν εἰδέναι, μυρία ἄλλα ἔπεα, τὴν φύσεως ἰσχὺν, τὴν συγγένειαν, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως κοινωνητὸν, τὸν ἀναιρεῖς, καὶ μυρίοις περιβάλλεις κακοῖς. *Quamdiu nos alter alteri insidiabimur, sicut feræ & sicut pisces?* Imò verò feræ non parant altera alteri insidias, sed iis quæ sunt diversi generis. Vtputa ursus ursum non confestim interimit: neque serpens de medio tollit serpentem, ut qui revereatur quòd sit ejusdem generis. tu autem eum qui est ejusdem generis, & cum quo jura habes innumerabilia, cognationem, rationem, Dei cognitionem, vim naturæ & alia innumerabilia, & qui ejusdem naturæ particeps, perimis, & in mala injicis innumerabilia.

Pec-

Peccat, ſuis ſe commendandum qui putat.) *Fictum* ex illis Bilbici poetæ:

——peccat Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

Peccata aliena ſæpè noſmet ingravãt.] *Ennodius lib.* v. *Epiſt.* 25: Quàm ſæpe aliena peccata nos ingravãt? & cp à nobis oritur, jure noſtro imputatur exceſſui. Ex me didici fidem veteꝝ non perire, dum per negotia novella cana poetarũ reparatur annunciatio. De me dictũ æſtimo: Deciditinfelix alieno vulnere.

Peculiaris eſt pudor Quiritibus. *Plinius lib.* XXXVI. *cap.* XV. *de Romanis qui ſibi necem conſciſcebant, ne vacarent extruendis cloacis*: Novum & inexcogitatũ antea à poſteaq; remedium invenit ille rex, ut omniũ ita defunctorum figeret crucibus corpora ſpectanda civibus, ſimul & feris volucribusq; lacerãda. Quamobrem pudor Ro. nominis proprius, qui ſæpe res perditas ſervavit in præliis, tunc quoq; ſubvenit, ſed illo tempore impoſuit, tum erubeſcens cùm puderet vivos, tanquam puditurum eſſet extinctos.

Pecunia Regum; non eſt Regum, egentium eſt.] *Baſilius Imp. ad filium cap.* XXIV: Εἰ γοῦν καὶ αὐτὸς ὑψηλὸς ἐν πᾶσιν εἶναι θέλῃς, καὶ μάλιστα ἐν σωφρόνει, ὑπερόπτης χρημάτων· ἐπεὶ καὶ δοῦλα ἐστι τὰ σὰ τοῦ ἴδια σοὶ, ἀλλὰ τῶν σῶν δούλων τῶν σῶν, καὶ μάλιστα τῶν πενήτων καὶ ξένων· φάνηθι τοίνυν ἴδιος εὐεργέτης ἐν τοῖς κοινοῖς· καὶ ὅτως ὑψηλὸς ἔσῃ, καὶ περιβλεπτος ἐν φρονήσει. Si ergo tu in omnib. excelſo animo eſſe vis, eſto præcipuè in mentis inductione pecuniæ contemptor. Neq; enim ipſa tua pecunia propriè tua ſolius eſt, ſed cõmunis ſervorũ tuorũ, & inopum atq; hoſpitũ. Facte igitur, ut beneficũ propriè exhibeas, in eo cp commune eſt: atq; ita deinceps excelſo animo eris, & prudentiæ laude omnib. conſpicuus.

Pecuniam qui reddit, reddet gratiam.] *Pronuntiatum Divo Ambrosio capite altero in Tobiam.*

Pecuniosum haud damnes, sit licet nocens.) *Non Præcipit versus, sed carpit. Tullius q; actione secunda in Verrem: affirmat* omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantum, verùm etiam apud exteras nationes, in judiciis illorum temporum, pecuniosum, quamvis sit nocens, damnari posse neminé.

Pedes habent Dei utique, verùm laneos.) *Proverbii hujus meminit Apollodorus apud Macrobium libro* I. *Saturnaliorum cap.* VI. *indicatq;, vel lentè procedere ipsos ad ultionem, vel clanculariè: adeo ut pedum strepitu minimè homines præmoneant, sed illicò deprehendant.*

Pegaso excutitur Bellerophon alta dum nimis petit.) *Notum est, vel ex Pindaro. cæterùm versus magis commodè legeretur inter Trochaicos.*

Peperit Amorem mixta Iris Favonio.] *Veteris poëtæ versus exstat apud Plutarchum in Amatorio cap.* XXXVII: Δεινότατον θεῶν γείνατο εὐπέλεια Ἶρις χρυσοκόμᾳ ζεφύρῳ μιχθεῖσα: *cujus interpretatio ibidem quoq; invenienda.*

Per se, an per alium quis roget, nil interest.] *Verba D. Bernardi libro* IV. *ad Eugenium.*

Per vim metumque gesta iniquè sint rata.) *Cicero Oratione contra Antonium apud Dionem Cassium:* Μὴ οὖν ὅσα κελευόμενοι καὶ καταναγκαζόμενοι ὑφ' ὑμῶν δεδωκέναι αὐτῷ ἐδόξαμεν, ταῦτα τὶς ὡς κυρίως καὶ δικαίως γεγονότα θαρραλέως. ἀλλ' ὧν ἐν τοῖς ἰδίοις, ὅσα αὖτις ἕτερος ὑφ' ἑτέρου βιαθεὶς πράξῃ, κύρια ταῦτα τηρεῖται. Proinde nemo vobis ea quæ jussi, coacti, cum luctuq; ei dare

visi sumus, tamquam legitimè ac jure concessa ei, quisquam objiciat, quum ne in privatis quidem rebus ea rata sint quæ quis vi ab alio adactus fecit. *Videatur & lex passim apud Rhetores*, per vim metumque gesta, ne sint rata, *de qua multa iidem; sed plura Jureconsulti in legibus suis, quas nunc non excutio.*

Periculo haud caret habitus corporis optimus.] *De quo abundè satis Hippocrates, aliiq;. Poterit rectè transferri ad eos qui in summo quasi culmine favoris apud Principes: stant enim non in excelsis sed præruptis.*

Periculosa vitæ omnis mutatio.) *Sive aeris, sive victus, sive morum; omnis mutatio magnas habet difficultates, imò pericula. quod pluribus facilè probaretur, si campus ille mihi pateret. nunc gyro arctissimo includor.*

Periculosum est cùm placet quisquam sibi.) *Neq; enim fit sine superbia, & ille ferè sibi maximè placet, qui aliis maximè displicet, videatur D. Prosper in Sententiis Augustinianis numero* CCCLVI.

Periculosum est liberè linguæ loqui.) *Inde Appius Claudius apud Dionysiũ Halicârnassæum libro* VII. *Antiq. Rom.* Καίτοι με ὰ λέληθεν ὅτι μαίνεσθαι καὶ θυνατᾶι δόξω τοῖι ὑμεῶν, γνώμην ἐπὶ τούτων ἐλευθέραν ἀποφαινόμενος, ἐνθυμέμενος ἡλίκους ἔχει κινδυνους ὁ μετὰ παῤῥησίας λόγος, καὶ τὰς Μαρκίου συμφορὰς, ὃς ὰ δι ἕτερόν τι νεωὶ τ ὑπὲρ τῆς ψηχῆς ἀγῶνα τρέχει, λογιζόμενος. ἀλλ' οὐκ οἰοιμαι δεῖν τῆς οἰκείας ἀσφαλείας πλείω ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἢ τῆς κοινῆς ὠφελείας. Quamvis non sum nescius fore ut multis insanire & in mortem ruere videar, si liberam de his sententiam proferam; cogitans quàm

periculosa sit dicendi libertas, casumque Marcii reputans, qui nunc non ob aliam caussam currit (ut sic loquar) pro capite. Sed non arbitror securitatis propriæ majorem habendam rationem quàm utilitatis publicæ.

Perjuria amantum ex alto ridet Iupiter.] *Versum ex illo Heroico:* Iupiter ex alto perjuria ridet amantum.

Perjurio ligaris non absolveris.) *Verbum D. Ambrosii ad Tobiæ caput Tertium.*

Perjurium rebus ferè fit asperis.) *Libanius Oratione Achillis contra Vlyssem:* Ἐν μὲν γὰρ ἀσφαλείᾳ καὶ τῶν πραγμάτων καλῶς κειμένων, καὶ φυλάξαι τὸ τὴς ἐπιορκεῖν, οὐκ ἄσης ἀνάγκης εἰς τὸ ψεύδεσθαι πονηρόν. ὅτῳ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἀπήγωσται εἰς δὲ (ἀπολείπεται) πόρος, ὃν οὐκ ἔστι μὴ ψευσάμενον ἔχειν· ὁ δὲ τοιοῦτος, τολμᾷ κίνδυνον ἀντιλλαττόμενος κινδύνου· τὸν μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς ἄφυκτον εἰδώς· ὥσπερ δὲ ἐκείνῳ πολλάκις αὐτὸν ἀπατῶν. ὡς καὶ θυσίαι καὶ θεραπείαις ἐξ ἀφθόνου καὶ ἱερείοις καὶ κάλλει ἀναθημάτων, συγγνώμονας αὖ καταστήσασθαι τοὺς θεούς. Nam in securitate, & rebus pulchrè habentibus, etiam caveret quispiam peierare, nullâ necessitate ad improbitatem cogente: cui autem alia quidem omnia desperata sunt, atq; unus relinquitur modus, quem non licet, nisi mendacio assequi: is certè audet periculum periculo commutare, cùm sciat inevitabile esse, quòd in oculis est: pro eo autẽ sæpe seipsum decipiens, quasi posset victimis, cultu, votis & hostiis ac donariorum decore, ad veniam deos comparare.

Per-

Permagna terræ cum cœlo est germanitas.) *Id ipsum pulcrè populo ostendit Democritus, uti legere est apud Plinium libro* XVIII. *cap.* XXVIII. *Naturalis Historiæ.*

Persæpe causſa fit, pudor nimius mali.) *Quod exemplis pluribus demonstrat Plutarchus integro libello.*

Persæpe currit ultrò infelix ad necem.) *Desumptum ex Phædri Fabularum libello secundo, sub finem.*

Persæpe fortuita divinatio est.) *Apud Senecam libro* VI. *controv.* VI: Cum indignaretur se non rogatam, excideruntilli verba, quæ non minus, quàm pater filiam, luget. At quare dixisti? celerius morietur quàm illi nubet. Verba dolori parum considerata exciderunt: & est sæpe fortuita divinatio.

Persæpe fregit corda egestas fortia.) *Tale quid præter reliquos etiam canit D. Nazianzenus carmine tertio quo tradit præcepta ad virgines.*

Persæpe in hostes ipsos vertuntur minæ.) *Tacitus libro* XIII. *Annal. cap.* LVII: Sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitio fuit: quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere; quo voto, equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. Et minæ quidem hostiles in ipsos vertebantur.

Persæpe magna pars est ingenii dolor.] *Seneca pater lib.* IV. *controversiarum ipsâ Præfatione:* Memini cùm diceret controversiam de illo qui à sepulcris trium filiorum abstractus injuriarum agit, mediam dictionem fletu ejus interrumpi: deinde tanto majore impetu dixit, tanto miserabilius, ut appareret quàm magna interim pars esset ingenii dolor.

Perſæpè mille præſtat unum jugerum.] *Joſephus lib. v. Antiq. Judaic. cap. 1.* Καὶ ἄνδρας τοὺς ἐπιμετρησομένους τὴν χώραν αὐτῶν ἐξέπεμψε, σοφοὺς δὲ καὶ αὐτοῖς τινὰς γεωμετρίας ἐπιστήμονας, οὓς ταληθὲς οὐκ ἤμελλε λήσεσθαι διὰ τὴν τέχνην. ἐντολὰς δὲ ἔδωκεν ἀποτίσασθαι τῆς τε δυσδαίμονος καὶ διαμετροῦ γῆς, καὶ τῆς ἧττον ἀγαθῆς. ἡ γὰρ φύσις τῆς Χαναναίων γῆς, τοιαύτη τίς ἐστιν. ὡς ἴδιοι τὰς αὐλὰς μεγάλας καὶ καρποὺς φέρειν ἱκανώτατα. καὶ συγκειμένους μὲν ἑτέρᾳ γῇ, πανδαίμονας νομισθησόμενα. τοῖς δὲ Ἱεριχουντίων χωρίοις παραβαλλόμενα, καὶ τοῖς Ἱεροσολυμιτῶν, τὸ μηδὲν ἀναφανισόμενα. καὶ τοιπαντελῶς ὀλίγων αὐτῶν εἶναι τὴν γνῶσιν συμβεβηκὸς, καὶ ταύτης ὀφειλὼν τὴν πολλὴν, ὑποβολῆς εἰς καρπῶν ἐκτροφὴν τε καὶ κάλλος οὐκ ἀπολέλοιπεν ἑτέρους. καὶ διὰ τοῦτο πέμπτους μᾶλλον ἢ μετρητοὺς τοὺς κλήρους εἶναι δεῖν ὑπέλαβε, πολλάκις ἑνὸς πλέθρου καὶ χιλίων αὐταξίαν γινομένων. Moxque eos viros misit ad metiendam terram adjunctis ad eos quibusdam geometriæ peritis, qui propter hanc scientiam errare ac falli non poterant: hisque mandata dedit, ut æstimationem agrorum juxta bonitatem terræ facerent. nam Chananææ natura talis est, ut videre liceat campos magnos & frugum ac fructuum feracissimos, qui collati ad aliam terram admodum uberes videri possent: quòd si iidem ad Herichuntinum aut Hierosolymitanum agrum conferantur, jam non magni precii videbuntur: cùm tamen hi agri parvi sint & bonâ ex parte montani, sed quantum ad fertilitatem attinet, nullis aliis secundi. hanc ob rem

voluit

voluit juxta æſtimationem potius quàm juxta menſuram ſortitionem fieri, quòd nonnunquam unum jugerum pro mille aliis valeat.

Perſæpe nimia noxæ diligentia eſt.) *De Apelle Plinius libro* XXXV. *cap.* X: Et aliam gloriam uſurpavit, cùm Protogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modum anxiæ miraretur. Dixit enim, omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora; ſed uno ſe præſtare, quod manum ille de tabulâ neſciret tollere: memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam.

Perſæpe pacis nomine bellum involvitur.) *Citatur ex Tullio apud Nonium Marcellum:* Sed quod videret nomine pacis bellum involutum fore.

Perſæpe quæſtus ſtultitiæ imprudentia eſt.) *Id eſt imprudentia lucrum obicit ſtultis: quemadmodum lepidè indicat Phædrus Fabula* X V. *ubi ex malo Sutore, optimus vulgi quidem judicio, naſcitur repentè medicus.*

Perſona opum læta eſt foris, domi anxia eſt.) *Egregiè id repræſentat aureum os Epiſcopi Conſtantinopolitani Homilia* XXXIX. *in Epiſtolam* I. *ad Corinthios, qui adeatur. Sed nec minus nervosè Seneca Epiſtola* LXXX. §. I. Si vis ſcire quam nihil in illâ mali ſit, compara inter ſe pauperum & divitum vultus. Sæpius pauper & fidelius ridet, nulla ſollicitudo in alto eſt. etiam ſi qua incidit cura, velut nubes levis tranſit: horum qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt, aut gravis & ſuppurata triſtitia: & quidem gravior, quia interdum non licet palam eſſe miſeros ſed inter ærumnas cor ipſum exedentes, neceſſe eſt agere felicē.

Perſonam eam indue implere aptè quam potes.) *Benè Epictetus Enchiridii cap.* LIX: Αἴ ὑπὲρ δυνάμιν ἀνα-

ἀναλάβῃς τὸ πρέπον, καὶ ἐν τούτῳ ἡρμόνησας: καὶ ὃ ἐδυνήσου ἐκπληρῶσαι παρέλιπες. Si quam perſonam, quæ vires tuas ſuperat, indueris: tum eam indecore geres: tum eam quam ſuſtinere poſſes, negliges. *quæ ipſa ſic egregiè interpretatur Simplicius:* Non ei ſtudendum, quod per ſeſe optimum eſt: ſed ei quod eſt ex iis quæ nobis accõmodata ſunt, optimum. Nullus enim ea quæ extra modum ſuſcipiuntur, fructus conſequitur. Quare non temerè perſonæ majores induendæ ſunt, ut doctoris aut philoſophi, aut in nave gubernatoris, aut in urbe magiſtratus. Præſtat enim perſonam inferiorem cum laude ſuſtinere, ut non par modò ſis, ſed etiam ea ſuperior: quàm indecore gerere ſuperiorem, nec illius dignitati reſpondere. Honeſtius eſt optimum eſſe pædagogum, quàm doctorem imperfectum: & bonum patrẽ familias, quàm improbum magiſtratum. Nam majorem perſonam indecorè gerere (hoc autem indecorum non ad opinionem ſed ad ipſius rei naturam referatur) illud etiam habet mali, quod eam perdimus, quam noſtris rebus aptam bellè ſuſtinere poſſemus. Melior enim hiſtrio & in Comœdiâ eſt, & in Tragœdiâ, qui ſervum bene repræſentat, quàm is qui domini aut regis perſonam male agit.

Perſuaſionis pharmacum primum eſt pudor.) *Imò primum & poſtremum. Tamdiu enim multi perſuadere ſibi patiuntur meliora, quamdiu delicta ſua neſciunt notiora eſſe in publicum, ideoq; nondũ perfricuere frontem, ſi deprehenſos ſe ſcirent, deſperatione acti, tantum non gloriarentur in ſceleribus. Conſulatur ſuper hac re Apologeticus D. Nazianzeni.*

Peſtifera ſunt venena ſtatim à radicibus.) *Triarius*

libro

lib. IX. *controversiâ* VI: Si odissemus te, pateremur cum ejusmodi filiâ vivere. Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur: venena statim à radicibus pestifera sunt. Quantum illi ad scelera ætatis adjecit, quod illam noverca peperit!

Pestis bonorum maxima est calumnia.) *Vnde de eâ ita Socrates in Apologiâ Platonis:* Ὅ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον ὅτι πολλή μοι ἀπέχθεια γέγονε καὶ πρὸς πολλούς, εὖ ἴσθι ὅτι ἀληθές ἐστι. καὶ τοῦτ' ἔστιν ὃ ἐμὲ αἱρήσει, ἐάν περ αἱρῇ, οὐ Μέλιτος οὐδὲ Ἄνυτος, ἀλλ' ἡ τῶν πολλῶν διαβολή τε καὶ φθόνος· ἃ δὴ πολλοὺς καὶ ἄλλους καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἥρηκεν, οἶμαι δὲ καὶ αἱρήσειν. Quod autem ab initio dixi, malevolentiam plurimam esse contra me apud plurimos concitatam, id profecto verissimum est, & hoc me perimet, si quidē perimat, non Melitus, neque Anytus, sed multorū calumnia & invidia. Quæ quidem alios quoq; multos viros bonos peremit hactenus, & ut arbitror, perimet.

Pestis fuit multorum unius pravitas.] *Salvianus libro* VII. *de Gubernatione Dei:* Sed paucorum hoc, inquis, dedecus fuit? & quod à pluribus perpetratū est, cunctis nocere non potuit. Iam quidem supra dixi, sæpissimè in Dei populo etiam unius facinus pestem fuisse multorum: sicut ex furto Achar fugit populus, sicut ex zelo Saulis exorta est pestilentia, sic ex David numeratione mortalitas. Ita est enim Dei ecclesia quasi oculus. Nam ut in oculum etiam si parva sordes incidat, totum lumen occæcat? sic in ecclesiastico corpore etiamsi pauci sordida faciant, propè totū ecclesiastici splendoris lumen offuscatur.

Petas iniquum oportet æquum quei feras.] *Quintilianus libro* IV. *Institut. Orator. cap.* V: Nec omninò sine ratione est quod vulgò dicitur, Iniquum petendum, ut æquum feras. quod tamen nemo sic accipiat, ut omnia credat audenda. Rectè enim Græci præcipiunt, non tentanda quæ effici non possint &c.

Petenda habenti hastam ac parmam victoria.) *De eo proverbio videndus Plutarchus in P. Æmilio cap.* XXXII.

Philosophandum est paucis; nam omninò, non placet.) *Tullius limine libri* II. *Tusc. Quæstion:* Neoptolemus quidem apud Ennium Philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omninò, non placere. Ego autem Brute, necesse quidem mihi esse arbitror philosophari. nam quid possum, præsertim nihil agens, agere melius? sed non paucis, ut ille &c.

Pigritiam inusus, pigritia veternum parit.) *Apuleius libro* III. *Floridorum*: Profectò ut gladius usu splendescit, situ rubiginat: ita vox in vagina silentii condita diutino corpore hebetatur. Desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit. Tragœdi adeò ni quotidiè proclament, claritudo arteriæ obsolescit. Igitur idemtidem boando purgant ravim.

Pia corda nunquam caritatem deserunt.) *Ennodius libro* III. *Epistola* XXVI: Caritatem nesciunt pia corda deserere: religiosam diligentiam mens generosa custodit.

Piscis profectò solus est obsonium.) *Quare, pluribus demonstrat Plutarchus lib.* IV. *Symposiacon quæstione* IV. §. I.

Placere

Placere cui ante contigit, quàm perspici?) *Ennodius libro* IV. *Epistola* 11: Debet mihi coactor, quod meæ præstitit voluntati: prospera est scriptio, quæ testimonium tribuit bis amori; dum & novum injus diligentiæ attrahit, & amici senioris pectus obligat. Qui dum magnitudinis tuæ fidelis præco est, prius vos per astipulationem suam fecit eligi, quàm agnosci. Ratio notitiam præcessit affectio: cui contigit ante placere, quam inspici? Quantum apud me pondus est prælatoris, advertite, ad cujus nutum judicia nostra flectantur. Vidimus quem didicit: quem laudat amplectimur.

Placet Deo omnis ille cui placet Deus.) *Dictum D. Augustini ad Psalmum* XXXVI.

Plerunque comes rectè factorum gloria est.] *Verba Tullii è libro* III. *Tusculan. Quæstion cap.* III.

Plerumque clam benè hominibus facit Deus.) *Plutarchus cap.* XLV. *de Discrimine Adulat. & Amici:* Λακύδης ὁ Ἀρκεσιλάου γνώριμος, ἀπ' εὐμενείας φιλονεικίαν κηφισοκράτει μὲν τῶν ἄλλων φίλων παρεσκεύασε, τὸν δὲ κατηγόρον τὸν δαμοκύλιον αἰτήσαντος, ὁ μὲν πονηρῷ ὄντι προσεφίλει· ὁ δὲ Λακύδης ἐπιεικεῖ τῷ τρόπῳ, καὶ ἐπιεικεῖ χρῆσθαι [καὶ δὲ ὁ ἔλεγχος ἐν ἐκείνῳ] μὴ δὲ ἀπὸ φύσιν τοὺς κηφισοκράτους δεξιωμένους τοὺς δικαστὰς, εἴς τις, ὡς ἔοικεν, εὐφυὴς τὸ γιγνόμενον, ἐπέλαβε Λακύδῃ χάριν ἔχειν, καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο· ὃν Λακύδης πρὸς μηδένα φθέγξατο· οὕτως οἶμαι καὶ τοὺς θεοὺς συνεργεῖν τοῖς πολλὰ λεληθότως αὐτῷ ᾧ χαρίζεσθαι, καὶ δὲ ποιεῖν, φύσιν ἔχοντας ἥδεως. Arcesilai

discipulus Lacydes, unà cum reliquis amicis in judicio aderat Cephisocrati perpetrati publici contra jus non scriptum dicti postulato. ibi actore annulũ rei postulante, cujus argumento eum convincere poterat, eumq; Cephisocrate sensim in terrã demittente, pede annulum impositio texit Lacydes. Absolutus autem Cephisocrates cùm judicibus gratias privatim ageret, unus eorum, qui (ut apparet) factũ observaverat, Lacydi eum jussit gratiã habere, rem q; gestam narravit, cùm Lacydes ipse nemini eam exposuisset. Sic etiam deos puto plerumque occultè benefacere, cùm eâ sint naturâ, ut ipsâ suâ beneficentiâ delectẽtur.

Plerumq; magno magna præda cũ malo est.) *Versus fere ex Plauti Asinariâ actus 2. sc. 2. numero 51.*

Plerumque oritur tyrannis è victoriâ.) *Tacitus de Gotarze, lib. XI. Annal. cap. X:* Igitur exstructis monimentis quibus opes suas testabatur, nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parata, regreditur; ingens gloriâ, atque eo ferocior, & subjectis intolerantior.

Plerumque pisci primitus putet caput.) *Græcum habet:* Ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται. *Innuitque malos mores à Principe manare in populum.*

Plorant avari Autumnitate uberrimâ.) *Manuel Imp. Præceptorum cap.* LXVII: Πλουτῶ ὁρᾶν ἥδεται, ἀ τὸ χρυσίον θαυμάζων, ἀλλ' ὡς αὐτῷ θελγόμενος ἑαυτὸν δεσμένοις δοῦ ποιεῖν. ἄλλος δ' ὢν ἀνὴρ ⓒ, καὶ τὸ πλουτεῖν πλοῦ ἔχων, ⓒ πλουτῶν ἀσημονεῖ, καὶ κατὰ τὸν ἄφρονα πλοῦτον, οἰμωζῆ κλαίων τί πεπάξω; λέγων τί χρήσομαι; ὅτι μοι τὸ λῆτον δοῦ φορον, καὶ τοῖς λειμῶσι οἱ βότρυες ἀ χωρητοί, καὶ πᾶν μοι βρίθει φυτὸν,

Φοβερὸν, κενὸν ἡδὺν οἴκοι. Iucundæ sunt uni divitiæ, non eam ob causam, quod aurum admiretur; sed quòd iis tum sibi, tum alii benefacere possit. Alius, naturâ insatiabilis, unumque finem spectans, ut opibus affluat; etiam nactus eas angitur, ac divitis illius stulti more plorans ululat: Quid faciam? inquiens, quo me pacto geram? seges mihi copiosa provenit, & racemos torcularia nõ capiunt. Omnes mihi fructibus onustæ sunt arbores, nec vacuũ domi quidq̃.

Plures animorum morbi sunt quàm corporum.] *Sunt Tulliana, è libro* III. *Tusculan. cap.* III. *p.*

Plus est vicisse, quàm vitasse sæculum.) *Ennodius libro* VII. *Epistolâ* XIV. *m.* Si mihi credit pietas tua, plus est in acie vicisse sæculũ, quàm vitasse. Refugnat timorem fuga certaminis; nec spes est ulla virtutis, quando ante congressionem declinatur adversarius.

Plus in dedecore quàm in dolore inest mali.) *Est à Cicerone, qui petatur lib.* 2. *Tusc. quæst. cap.* 20. *f.*

Plus liberi matri obligantur quàm patri] *Phalaris Epistolâ* XIX: Μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους τοὺς γονέας, ὦ πρὸ, σέβεσθαι δίκαιόν ἐστι, καὶ οὐδὲν ἧττον τοῦτο χρὴ καὶ σεμνὸν, καὶ ἄλλως ὁσίους ὑμᾶς μεμνῆσθαι τῆς τῶν γεγενημένων καὶ τοσαύτης ἐπιμελείας τῶν τεκόντων χάριν. ἐπεὶ σοί γε πατρὸς ἀρχαιότερον μᾶλλον ἢ μητρὸς καὶ χρὴ λέγειν τῶν ὄντων. ἐμοὶ δὲ πρὸς ἀμφοτέρους οὐδὲν διήνεγκε τοὺς γεγενημένους ἕξειν. καὶ γε μητρὸς ἀλλ' ἢ μᾶλλον τοῦτο τῷ κυῆσαι, καὶ ὠδῖνας ἐνεγκεῖν, καὶ πόνους μυρίους ἄλλους ἀνέτλησε πάντας. οὐδ' ὅλως ἀφεῖναι ἐστὶ τοὺς τεκόντας. καὶ τελεωθέντες, ἀπολαύσεως μετέχειν ἀξιοῖ, δυσκόλους πειρᾶσθαι εἶναι δεῖ. Maximâ quidẽ amboste parẽtes,

ô fili amare convenit, ac maximi facere, (hoc enim alioquin honestum atque pium est, ut filius gratiam iis referat qui genuere, tantisque affecere beneficiis) potius tamen patrem negligito, quàm matrem. Non enim æqualia vel similia possunt esse patris circa liberorum incrementum officia, iis quæ sunt matris. Verùm mater quidem, præter id quod uterum tulit ac peperit, nutricisq; functa est munere, innumeros alios pertulit labores: pater verò jam educati à matre filii & adulti, fruitionis vult esse particeps, rem nullam expertus difficilem.

Plus urit ignis sub Nepa, quàm sub Cane.] *Hieme scilicet quàm æstate. cujus rei rationem mutuare à Plutarchi libro de Defectu Oraculorum cap.* VI.

Plures opum condi, promi pauciſſimi.) *Id est, plures invenias qui gazam cumulent, quàm qui etiam bonis benè participent.*

Pœnæ minori societas solatio est.) *Vult puto, minus dolere in supplicijs qui vident eadem pati se longè majores. Seneca libro* III. *de Irâ cap.* XXV: Quomodo homini pusillo solatiũ in malis fuit, etiam magnorũ virorũ titubare fortunam, & æquiore animo filiũ in angulo flevit, qui vidit acerba funera etiam ex regiâ duci: sic animo æquiore feret ab aliquo lædi, ab aliquo contemni, cuicunque venit in mentem, nullam esse tantam potentiã, in quam non incurrat injuria.

Porta itineri cuicunq; vel longissima.] *M. Varro libro* I. *de Re rusticâ cap.* II: Vultis igitur interea vetus proverbium, quod est, Romanus sedendo vincit, usurpemus, dum ille venit? Sanè, inquit Agrius, & simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis procedit.

Post

Poſt judices in cœlis Divi judicant.] *Videatur Prologus Rudentis Plautinæ. & ei rei alluſit Triarius lib.* VII. *controverſiâ* I: Tandem ad cælum manibus levatis; quidquid eſt, inquam, quod terris imperat, quod regnat profundo; quidquid eſt quod ex ſublimi res ſpectat humanas, invoco: damnatus alto committitur. Dii judicate poſt patrem.

Poſt magna prælia & imbres largæ decidunt.] *Plutarchus in vitâ Marii, cap.* XXXIV. *f:* Ἐπειπὼς δὲ τὰς μεγάλας μάχας ἐξαγίσας ὑετοὺς ἅπιακαπαρ-ρύγνυσθαι λέγουσιν, εἴτε δαιμονίου τινὸς τῷ γλίχῳ καθαροῖς καὶ διιπετέσιν ἁγνίζοντος ὕδασι κατακλύζοντος, εἴτε τοῦ φόνου καὶ τῆς σηπεδόνος ἐξανιείσης ὑγρὰν καὶ βαρεῖαν ἀναθυμίασιν, ἢ τὸν ἀέρα σωίσησιν, εὐτρεπὲς ὄντα καὶ ῥᾴδιον μεταβάλλειν ἀπὸ σμικροτάτης ἐπὶ πολὺ μεῖζον ἀρχῆς. Iam ferè magnis prælìis ferunt largas ſuccedere pluvias, vel quòd deus aliquis tellurem puris & cæleſtibus aquis luſtret abluatque, vel quòd cruor & ſanies humidum & craſſum exhalet vaporem, qui aerem verſatilẽ atq; ex leviſſima occaſione in grande momẽtũ mutatu promptũ coagulet.

Potentior jure eſt potior qui munere eſt.) *Joannes Sarisberienſis Epiſtolâ* CCXXII: Romanos amicis verba dare jam nemo miratur, quia percelebre eſt, & innotuit univerſis quod apud eos quantũ quisq; nummorum habet in arca, tantum habet & fidei: & plerumque obliquatâ mente legum & canonum qui munere potior eſt potentior eſt jure.

Potum magis jejunus quàm cibum appetit.] *Carminis hujus, ut & ſequentis, cauſſas indagat Plutarchus lib.* VI. *Sympoſiacon quæſtione* I. *&* II.

Præclara quænam non eadē ſunt ardua?) *Deprompſtum ex Tullii libro* III. *Tuſculan. quæſt. cap.* 34. f.

Præpone amicos veros vel parentibus.) *Baſilius Imp:* Χαῖρε τοῖς ἀληθέσι φίλοις μᾶλλον, ὡς ἀληθῶς, ἢ τοῖς γνησίοις προτίμησον. ἡ μὲν γὰρ τῶν γνησίων φιλία, οὐκ ἐξ ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ φύσεως προσγέγονεν, ἥτις οὐδὲ ἑκουσίῳ σοι δίκῃ κεῖται. ἡ δὲ ἀγαπητῶν φίλων, ἐξ ἀρετῆς καὶ γνώμης ἑκουσίως κατώρθωται) προσέστι. Καὶ κείνη μὲν τῇ φύσιν ἔχει νόμον, αὕτη δὲ τὸν θεόν. πολλῷ γοῦν κρείττων ἐν χρείᾳ ὁ τρόπος τῶν γνησίων, καὶ ἡ προαίρεσις τῆς ἀνάγκης. οὐ γοῦν εἰς μὲν συγγενεῖς πολλάκις μικρῶν ἕνεκα χρημάτων ἐπιβεβούλευσαν. φίλοι δὲ ἀληθεῖς τὸν κόσμον ἅπαντα περιιδόντες, οὐδὲ τῇ ζωῇ τὴν τῶν φίλων ἀγάπης προέκριναν. Habe majorem animi lætitiam ex amicorum erga te ſtudio, quàm ex parentum & genere propinquorū: nam conſanguineorum amicitia non à virtute, ſed à naturâ proficiſcitur, ita ut ne voluntaria quidē meritò cenſeri poſſit: ſed amicorum benevolentia, à virtute & judicio naſcitur: & illa quidem naturam, hæc autem Deum habet authorem. Verùm ubi quid opus eſt, longè major habenda ratio morū eſt, quàm ſanguinis: & judicii, quàm neceſſitatis: nam propinqui ſæpenumero etiam exiguæ pecuniæ causâ parentibus inſidias moliuntur: veri autem amici totius mundi divitias nihili facientes, etiam vitam ipſam præ amicorum ſalute & charitate vilem habent.

Præſens calamitas quàm futura plus premit.) *Theologus Oratione* XV: Δεινὰ μὲν δὴ ταῦτα, καὶ περὶ δεινῶν, ἕως μόνα λυπεῖ παρόντα, καὶ οὔπω χαλεπωτέρας

πέρας αἰτίᾶ τοῦ λυπηροῦ αἴσθησις. ἐπεὶ καθάπερ ἐν τοῖς νοσήμασι, τὸ λυποῦν ἀεὶ πάθος, ἢ μὴ παρόντος αἰτιαρώτερον. Gravia quidem hæc sunt, ac plusquam gravia, quandiu præsentia sola molestiam afferunt, nec atrocioris plagæ sensus mœrore adhuc animum pulsat: quandoquidem, non secus atque in morbis, calamitas ea, quæ præsenti doloris sensu afficit, molestior semper est, quàm ea, quæ præsens non est.

Præsentis est lex temporis Necessitas.) *Apud Senecam lib.* IV. *controv.* V: Necessitas est quæ ruinis incendia opprimit. necessitas est lex temporis.

Præsidia vitæ sunt æterna, literæ.) *Petitum à Vitruvio, qui videatur Præfatione libri* VI. *Architecturæ.*

Præsentibus meliora cuique absentia.) *Simocattæ Epistolâ* XLI: οἴμοι οἴμοι ὁ δύσμορος ὅποι τρέπωμαι; ὅταν τῆς γεωργικῶν πόνων μισθῶμεν, τὰ δὲ ἄστεος ἀσπαζόμεθα. ὅταν τὸν πολιτικὸν τάραχον ἀσπασώμεθα, τῶν δ' ἀγροικίας ἐρῶ. ὦ τοῦ παρόντος ἐπὶ τὸ μὴ παρὸν ὑπερχέσεως. Heu me infelicem! quo me vertam? quando labores rusticos conduximus, urbana appetimus: quando versamur in strepitu urbico, ea quæ in villicatione sunt, amo, & præsentibus absentia semper potiora judico.

Præstat scientiâ excellere quàm potentia.) *Viris utique cordatis, & quibus ante oculos futurum magis quàm præsens. Alexandri Magni certè talis legitur Epistola in vitâ ejus apud Plutarchum capite* XII. Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει χαίρειν. οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοῦς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. τίνι γὰρ δεῖ διαφέρειν ἡμᾶς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων

ἔσονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βουλοίμην αὐ τοῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ τοῖς δυνάμεσι διαφέρειν. ἔρρωσο. Alexander Aristoteli S.D. Parum rectè feciſti quòd diſciplinas acroamaticas vulgaveris. Vbi enim cæteris præſtabimus, ſi hæ in quibus inſtituti ſumus omnibus promiſcuæ erunt diſciplinæ? Ego verò optimarum rerum ſcientiâ mallem me quàm potentiâ præcellere. *Vale*.

Prætori habetur pro nullo omne quod parum eſt.) *Nihil frequentius verſatur in ore jurisconſultorum.*

Prævaricatur arator, niſi adorat ſolum.) Adorare ſolum, *ſignificat propius id contingere ipſo ore; quod non fit niſi probè quis incurvetur. Apud Plinium proœmio libri* XXIII. *inſit Pomona*: Plurimum homini voluptatis ex me eſt. Ego ſuccum vini, liquorem olei gigno. Ego palmas & poma, totque varietates: neque ut tellus, omnia per labores, aranda tauris, terenda areis, deinde ſaxis, ut quando quamove opere cibi fiant. At ex me parata omnia, nec curvo adoranda aratro, nec cura laboranda, ſed ſeſe porrigentia ultro: & ſi pigeat attingere, etiam cadentia. *Porrò & gnome iſthæc pariter uſurpata Plinio. ita enim apud ipſum legimus libro* XVIII. *cap.* XII: Arator niſi incurvus prævaricatur. inde translatum hoc crimen in forum. ibi itaque caveatur, ubi inventum eſt.

Prata floreis, aſtra cœlum, Reges ornat veritas.) *Manuel Imperator cap.* XXII: Λειμῶνας μὲν, αἰθὴρ κοσμεῖ· καὶ οὐρανὸν ἀστέρων χοροὶ. τὸ δὲ φιλάληθες, ἄρχοντα. καὶ τρόπις μὲν, ἡ δυνάμις ναυσί· ϛ θεμέλιον, οἴκοις· ὧ δὲ φρονεῖν ἐστιν ἄλληκτον, ζώζεται λαός τε ϛ πόλεις, ὅτι κεν κεφαλῇ καταυδύσῃ, πιστὸν

εἶναι

ἔνιοι δὲ πολέμιοις· οἰομένῳ, οὐκ ἄξιον αὐτῷ τὸ ζῆν ᾧ συμφέρῳ. Addecus pratorum, flores pertinent: cælum, sidera; Principem, studium veritatis ornat. Ac navium quidem robur, in carinâ consistit; ædium, in fundamento: ejus autem, cui perpetuò curæ populorum est & urbium salus, in hoc, ut quidquid adnuerit capite, vel ipsis servetur hostibus; quod existimare debeat, ne vivendum quidem sibi, violatâ fide.

Pravum haud facit, sed pravum ostendit vanitas.) *Prosper lib.* III. *de vitâ contemplativâ cap.* x. Vanitas non aliquas virtutes, ut putatur, exantlat: sed licentiam vitiorum, cùm fuerit à vitiosis recepta, corroborat: cæterum mentes virtutum plenas omnino non penetrat. Vacuos ergo, ac nullis fultos virtutibus tentat: & ipsos fastu ruinosæ ambitionis inflatos, in occulta dedecora quadā publicè furendi delectatione præcipitat: sicut vacuam navim tempestas in diversa tumidis fluctibus jactat, & in arcâ frumentis suâ gravitate manentibus leves ex eâ ventus paleas raptat. Quod si ita est, non vitiosos facit vanitas, sed ostendit.

Pretiosior anima una rebus omnibus.) *Heliodorus libro* V. *Æthiopicon*: Ἀλλ' ἔστιν ὡς ἔοικεν, ἀνθρώποις ψυχὴ πάντων πολυτιμότερον· διὸ καὶ πόλεις οἱ Φοίνικες ἐλπίδα πλούτου τῆς νεὼς ἀποσυλῶμενοι, καθάπερ ἃ σεσύμενοι, κερδαίνειν δὲ μέλλοντες, ὅσις πρότερον τὸ ἕτερον φθάσας ἐπιβαίη τῆς σκάφους, ἠπείγοντο, θᾶττον ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς πολιτείας γενέσθαι πᾶς τις ἀμιλλώμενος. Sed est hominibus, ut videtur, anima omnibus rebus preciosior propter

vitæ ejus: omnia ſcire, non omnia exſequi: parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem commodare: nec pœnâ ſemper, ſed ſæpius pœnitentiâ contentus eſſe.

Privatus urbe Theſeus eſt quàm condidit.) *Plutarchus libello de Exilio cap.* XXIV: Ἀλλ' ἐπονείδιστον ὁ φυγάς ἐστι; πρὸς τί γε τοῖς ἄφροσιν, οἳ καὶ τὸν πλωχὸν λοιδόρημα ποιοῦνται, καὶ τὸν Φαλακρὸν, καὶ τὸν μικρὸν; καὶ νὴ Δία τὸν ξένον, καὶ τὸν μέτοικον. ἀλλὰ μὴν οἱ μὴ τούτοις ὑποφερόμενοι θαυμάζουσι τοὺς ἀγαθοὺς, κἂν πένητες ὦσι, κἂν ξένοι, κἂν φυγάδες! ἀλλ' οὐχ ὁρῶμεν ὥσπερ τὸν Παρθενῶνα καὶ τὸν Ἐλευσίνιον, οὕτω καὶ τὸ Θησεῖον ἅπαντας προσκυνοῦντας. καὶ μὲν ἔφυγε Θησεὺς ἐξ Ἀθηνῶν, ἃς ὃν οἰκοῦσι νυνὶ εἰς ἀθλιώτατα ἀνθρωποι, καὶ πόλιν ἀπέβαλεν ἣν οὗτοι ἔκτισαν, ἀλλ' αὐτὸς ἐποίησε. Attamen, inquies, exprobratur exſuli exſulium: à quo tandem, niſi à ſaruis? qui & pauperiem, & calviciem, & brevitatem ſtaturæ exprobrant, & pro flagitio deputant, ſi quis peregrinus ſit, aut inquilinus. Verùm qui in horum ſententiam non deſcendunt, ii admirationi habent viros bonos, ſive pauperes ii ſint, ſive peregrini, ſive exſules. Nonne autem videmus ut Partheno-nem & Eleuſinium, ita etiam Theſeîum ab omnibus adorari? & tamen exſulavit Athenis Theſeus, cui hoc debent homines, quòd Athenas inhabitant: urbeque excidit, quam non inquilinus tenuit, ſed ipſe condidit.

Prius in viros fremit Leo quàm feminas.) *Ergo potentes parcant imbecillioribus. de leonis hac natu-*

turâ

turrâ, videatur Plinius libro VIII. *Natural. Histor. cap.* XVI.

Prius meditere probè negotium quàm geras.) *Sententia Periandri, versibus aliquot inclusa ab Ausonio Ludo* VII. *Sapientum.*

Pro corporis exercitio etiam saltatio est.) *Seneca Epistola* XV: Sunt exercitationes & faciles & breves, quæ corpus & sine morâ laxent, & tempori parcant: cujus præcipua ratio habenda est. Cursus, & cum aliquo pondere manus motæ, & saltus, vel ille qui corpus in altum levat, vel ille qui in longum mittit, vel ille (ut ita dicam) Saliaris, aut (ut contumeliosius dicam) fullonius. Quodlibet ex his elige, usu fit facile. Quicquid facies, citò redi à corpore ad animum: illum diebus ac noctibus exerce. Labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus, non æstus impedict, ne senectus quidem. *Sed & de eadem re Plutarchus libro de sanitate tuendâ capite* IX: Ὥσπερ γὰρ αὐτῷ Σωκράτει γυμνάσιον ἦν καὶ ὄρχησις, οὕτως ἔστι τισὶ τὸ πέμπειν καὶ τὸ τρέχειν δεινὸν ἔτι καὶ σφόδρα, πῖλον βλαπτόμενον. Sicut ipsi Socrati exercitatio corporis non injucunda erat saltatio: ita cui bellaria pro cibo sunt, minus is læditur.

Pro jure stat fortuna ubique gentium.) *Livius libro* XXXVIII. *cap.* XXV. *f.* Et successisset fraus, ni pro jure gentium, cujus violandi consilium initum erat, stetisset Fortuna.

Pro lege habet suam impotens libidinem.) *De Julio Cæsare Suetonius cap.* 77: Nec minoris impotentiæ voces

voces propalam edebat: debere homines consideratius jam loqui secum ac pro legibus habere quæ dicat &c. *Philo Iudæus de Cajo Caligulâ Legatione ad Cajū:* Νόμον γὰρ ἡγούμενος ἑαυτὸν, τὰς τῶν ἐκάστοτε νομοθετῶν, ὡς κενὰς ῥήσεις ἔλυεν. Cùm enim suam libidinē pro lege haberi postularet, abrogabat quicquid usquam legum erat, ut supervacaneum.

Pro monstro extemplò est, quando qui sudat tremit.) *Plautinus versus 24. ex Asinariæ actus 2 sce. altera.*

Pro se Imperator non timet, sed pro suis.) *Anthemius Augustus apud Ennodium in vitâ Epiphanii:* Nescivimus parcere sanguini nostro, dum servamus alienum. Nemo tamen hoc credat propriæ caussa factum esse formidinis. nam in tantâ circumspectione salutis omniū, solùm pro nobis timere nō novimus. benè enim apud nos compertū est, perire Imperatori laudem suæ virtutis qui pro aliorū cautelâ nō metuit.

Probrosa apud suos pati, miserrimū est.) *D. Chrysostomus Homiliâ* XXXIII. *in Epistolam* I. *ad Corinthios:* Ἆρα ἀσχημονεῖν ἐνόμιζεν; ὅτι ἐλεύθερος ὢν, καὶ ἐξ ἐλευθέρων, καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως, παρὰ τῶν δούλων ἔπεμψε τὰ πρὸς τοὺς ἀγορανόμους; ἃ μάλιστα δάκνειν εἴωθεν ὅταν τοῖς γνωρίμοις τις παρενεχθῇ πάθος. Sibi ne probro ac dedecori esse duxit, quòd quum esset ingenuus, & ex ingenuis ingenuè educatus, servilia passus sit apud eos qui genere ad eū attinebant, quod maximè solet mordere & angere, quando quispiam apud notos patitur quæ sunt turpia ac probrosa?

Proclivis ultro passim misericordia est.] *Versus fere Phædri, sine libri* IV. *Fabularum Æsopicarum; ubi nervosè ostendit nihil esse præposterum magis illâ procrastinatione Aulicorum qua promissa sua prorogant. Asserit*

quidem Athalaricus Rex apud Cassiodorum lib. IX. *Epist.* XXIV: Habet hoc humana cõditio, ut celerius adepta fastidio sint, dum omne pretiosum vilescit oblatum; & contrà dulcius accipitur quod sub aliquâ dilatione præstatur: *Nec multum ab eo diverterat multa ante sæcula Xenophontis Cyrus libri* VII. *fine:* Ἐκεῖνο δεῖ καταμαθεῖν, ὅτι ποστῷ τἀγαθά μᾶλλον ἀφελεῖ, ὅσῳ αὖ μᾶλλον τις ἐπ' αὐτὰ ἀπίοι. οἱ γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς. αὖ δ' ἢ τῳ δεόμενος τυγχάνῃ τινὸς, ἥδεν ἂν οὕτω πλουτιλῶς παρασκευασθείη αν, ὥστε ἡδὺ εἶναι: Nimirum hoc cognosci oportet, tanto plus adferre lætitiæ bona, quanto majori labore præcedente ad ea perveniatur. Labores enim fortibus viris obsonii loco sunt. At absque eo, ut aliquis indigeat eius, quod consequitur; nihil tam sumptuosè parari possit, ut suave sit. *Verùm an id ipsum etiam transferri, aut possit, aut debeat, ad beneficia, ad præmia, ad honorariam industriæ ac probitatis; haud frustrà ambigas. Eum morem quidem sequuntur potentes, scio: sed & hoc novi, vocaliter damnari à Seneca libro* II. *de Beneficiis cap.* V: Plerisque hoc vitium est, ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba. Quales regiæ potentiæ ministri sunt, quos delectat superbiæ suæ longum spectaculum: minusq; se judicant posse, nisi diu multumq; singulis quid possint ostendant. Nihil confestim, nihil semel faciunt. Injuriæ illorum præcipites, lenta beneficia sunt. Quare verissimum existima, quod ille Comicus dixit: Quid? tu non intelligis, tantum te gratiæ demere, quantum moræ adjicis. *Nihilo mitior in hos morosos Plinius Panegyrico ad Trajanum cap.* XCI: Principes alii beneficiis

ficiis ſuis commendationē ex difficultate captabant, gratioresq; accipientibus honores arbitrabantur ſi priùs illos deſperatio, & tædium, & ſimilis repulſæ mora in notam quandam pudoremque vertiſſent. *Nec aliorſum tendit querela Mamertini ad Julianum Imp. comprenſa toto cap.* XIX: *quæ negatur planè nihil gratius eſſe beneficio properiter dato, vult Proverbium Græcum, quod expreſſit Latinè Publius Syrus:* Bis eſt gratum quod opus eſt, ultrò ſi offeras. *cui adſidet iſtud Auſoniani Epigrammate* LXXXII: Si benè quid facias; facias citò, nam citò factū Gratum erit. ingratū gratia tarda facit. Quemadmodū in ægris opportunitas cibi ſalutaris eſt, & aqua tempeſtivè data remedii locum obtinuit: ita quamvis leve & vulgare beneficiū ſit; ſi præſto fuerit, ſi proximam quamq; horam non perdidit, multū ſibi adjecit, gratiamq; pretioſi, ſed lenti & diu cogitati muneris vincit; *inquit Seneca lib.* II. *de Benef. cap.* II. *unde judicioſè Apuleius lib.* III. *Floridorum:* Neque enim aut levi mercede emit qui precatur, aut parvum pretium accipit qui rogatur. adeo ut omnia utenſilia emere velis, quàm rogare. Id ego arbitror præcipuè in honore obſervandū; quem qui laboriosè exoraverit, ſibi debet unam gratiam quòd impetraverit, qui verò ſine moleſtiâ ambit' adeptus eſt, duplam gratiam præbentibus debet; & quod non petierit, & quod acceperit. *Hinc & de Gratiano præceptor ejus Burdegalenſis:* Spem ſuperas, cupienda prævenis, vota præcurris; quæque animi noſtri celeritas Divûm inſtar affectat, beneficiis præeuntibus anteceditur: præſtare tibi eſt quàm nobis optare velocius. & mox: Sunt quorum votorum cruciat inanitas: non optavi. quos exercet ambitus: non petivi. qui adſiduitate exprimunt: non coegi. Et

hoc quidem præstantissimum est: secundum ab eo, satisfacere illico roganti. Juxta illud Martialis libro VII. *Epigr.* XLII: Primum est, ut præstes si quid te, Cinna, rogabo: Illud deinde sequens, ut citò, Cinna, neges. *Alibi Syrus* Inopi beneficium bis dat qui dat celeriter; *ut etiam:* Beneficium est, quod petitur si citò neges. *Quo etiam tendunt ista Plinii ad Trajanum cap.* XCI. *p:* Nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo & maximo, cùm tu nobis consulatum obtulisti: ut ad summum honorem gloriæ celeritatis accederet. *Et sic perpetuo fieri oportere ostendit, nobis Principum archetypus Natura rerum.* Sic ingenui largique fontes ut ubique prosint, ire festinant: sic celeriter in terras cœlo missa perveniunt: sic denique divina illa Mens quæ totum mundum hunc gubernat, quidquid cogitavit, illico fecit; *inquit Eumenius Rhetor Orationis ad constantinum Aug. cap.* X. *Et Numini an propius accesserit rex Persarum, an Agesilaus examinat in vita eius Xenophon, hisce verbis:* Πρῶτον μὲν, ὁ μὲν τῷ ἀσαφὲς ὡρᾶσθαι ἐσεμνύνετο, Ἀγησίλαος δὲ τῷ ἀεὶ ἐμφανὴς εἶναι ἠγάλλετο· νομίζων, εἰ ἀρχικὸν μὲν τὸ ἀφανίζεσθαι πέφυκεν, τῷ δὲ ἐλευθέρῳ βίῳ τὸ φῶς μᾶλλον κόσμον παρέχειν. ἔπειτα δὲ ὁ μὲν τῷ δυσπαθὴς εἶναι ἐσεμνύνετο, ὁ δὲ τῷ πᾶσιν εὐπαθὴς εἶναι ἔχαιρε. Καὶ ὁ μὲν ἠβούλετο ὡς βελτίστου μὴ ἁπτεσθαι, ὁ δὲ καὶ τοῦ μάλιστα ἔχαιρεν, ὁπόταν τύχοι τοὺς, ὧν δέοιντο, ἀποπέμπων: Primùm rex Persicus auctoritatem sibi quærebat ex eo, ꝙ rarò conspiceretur: Agesilaus eo ipso delectabatur, ꝙ semper hominũ in conspectu versaretur. Existimabat enim decere vitam facinorosam ac turpẽ, ut in obscuro lateret: honestæ

verò, lucem ipsam majus ornamentum conciliare. Deinde gravitatẽ ille captabat ex eo, quod difficilis ad ipsum accessus esset: hic gaudiũ inde percipiebat, q̃ aditus universis ad se pateret. Putabat ille splendidum esse, quod negotia tardius conficeret: hic maximè tum lætabatur, quum homines id, quod cupiebant, celerrimè consequutos admitteret. *Idẽ secutus Cimon, de quo sic Æmilius probus:* Fuit tantâ liberalitate, cùm complurib. locis prædia hortosq; haberet, ut nunquam eis custodẽ imposuerit fructus servandi causſa, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus quibus vellet frueretur. Semper eum pedisse qui cum nummis sunt secuti; ut si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. *Rectè: ut enim arguitè Seneca libro* XI. *de Beneficiis cap.* V. Omnis benignitas properat: & proprium est libenter facientis, cito facere. Qui tardè dedit, & diem extrahens profuit, nõ ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus & argumentum amicæ voluntatis. Tarde velle nolentis est, *sicut ille. nec minus graviter eiusdem capitis vestibulo*: Nihil æquè amarum quàm diu pendere. Æquiore quidã animo ferunt præcidi spem suã, quàm trahi. *Equorum numero etiam Martialis, qui it a libro* VI. *Epigr.* 20. *compellat Phœbum*: Mutua te centum sestertia, Phœbe, rogavi: Cùm nhil dixisses; Exigis rogo nihil? Inquiris, dubitas, cunctaris, meq; diebus Teque decẽ crucias. Iam rogo Phœbe, nega. Nervosè Latinus sapiens: Quemadmodũ acerbissima crudelitas est quæ trahit pœnã, & misericordiæ genus est, citò occidere; quia tormentũ ultimũ finem sui secũ affert; q̃ antecedit tẽpus maxima vẽturi supplicii pars est: ita major est, muneris gratia quo minus diu pepẽdit. Est. n. bonarũ

rerum ſollicita exſpectatio: & cùm plurima beneficia remedium alicuius rei afferant, qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus poteſt liberare, aut gaudere tardius, beneficio ſuo manus affert. *Sic Seneca lib. II. de Benef. cap. 5. eâque eodem rivo inquit Symmachus lib.* VIII. *Epiſtola 26.* Ea inter amicos petitionum debet eſſe conditio, ut præſtantib. prona videantur quæ ſunt magna poſcentibus. *item libri I. Epiſtola 3.* Solent impatientes dilationis eſſe qui ſperant in ſe aliquid muneris conferendum.

Auro igitur, imò gemmis, coronanda vox Theoderici Regis apud Caſſiodorum lib. III. Epiſt. 40. Apud conſcientiam noſtram læſionis genus eſt profutura tardare, nec poſſumus æſtimare iucundum quod ingrata fuerit dilatione ſuſpenſum. *Eiusdem pretii verbum alterius Principis apud eundem auctorem libro* XI. *Varr. 21.* Differri non patimur merita fidelium, ut ad ſtudia bonorum actuum provocemus vota cunctorum. Demus igitur quæ ſunt iuſta laboribus, ut provectu priorum invitemus corda ſequentium. *Nec ab illis recedit quod expreſſit lib.* XII. *Var.* 8. Hoc eſt bona deſideria ſuſpendere, & illicita perpetrare. *Ergo non ſine cauſa Imperator Marcus Antonius Philoſophus vitæ ſuæ lib. I. circa finem, gratulatur, divinitus datum,* τὸ φθάσαι, σοῦ πρεσβεύσαντος ἐν ἀξιώματι μείζονι καὶ τάξει, καὶ δῆλα ἐδόκουν μοι ἐπιθυμεῖν, καὶ μὴ αὐτὰ ἐλλείπειν ἐλπίδι, καὶ μὴ ἐπεὶ νέοι ἔτι ἦσαν, ὕστερον αὐτοὺς πρᾶξαι. quod maturè eos à quibus ſum enutritus, in dignitate conſtitui; quod mihi videbantur cupere; quodque in iuvenibus adhuc præſtiti, neque diu eos futuri ſpe lactavi. *Proximus huic Gratianus Auguſtus, à quo ſe fatetur Auſonius*, matura iam ætate

ſubtinctum, per omnes honorum gradus feſtinata bonitate provectũ; timere ut videretur, ne in præceptore ſuo vita deficeret, dum ipſi adhuc aliquid deberet præſtare ſupereſſet. *Prudenter. Legimus enim de Pyrrho Regè Epirotarum in vita eius apud Plutarchum cap.* XVI. Ἀεόπου ἀποθανόντος, ὁ μὲν λυπηρῶς ἐνέγκε μετρίως· ἐκεῖνον μὲν ἀνθρώπινα πεπονθέναι φάσκων, ἑαυτὸν δὲ μεμφόμενος καὶ κακίζων, ὅτι μέλλων ἀεὶ καὶ βραδύνων, χάριν οὐκ ἀπέδωκεν αὐτῷ. τὰ μὲν γὰρ χρέα καὶ κληρονόμοις ἔστιν ἀποδοῦναι τῶν δανεισάντων· αἱ δὲ τῶν χαρίτων ἀμοιβαὶ μὴ χρόνῳ λυόμεναι πρὸς ἀθανασίους, ἀνιῶσι τὸν χρηστὸν καὶ δίκαιον: Æropi mortem tulit acerbè, atque illi dixit humanum caſum accidiſſe, ſeipſum verò reprehendit culpavitq; quòd aſſiduè protrahendo & cunctando non retuliſſet ei gratiam. Quippe æs alienum vel hæredibus diſſolvas licet creditorum, beneficentiæ niſi repenſæ vivis torquent bonum & rectum virum.

Ex quibus liquet quàm inſtè Libertus Tiberii Imper. inſtet apud neſcio quem in Aula potentem, his verſibus:

Brevitatis noſtræ præmium ut reddas, peto
Quod es pollicitus; exhibe vocis fidem:
Nam vita morti propior eſt cotidie:
Et hoc minus veniet ad me muneris
Quo plus conſumet temporis dilatio,
Si cito rem perages, uſus fiet longior:
Fruar diutius, ſi celerius cæpero.
Languentis ævi dum ſunt aliquæ reliquiæ,
Auxilio locus eſt: olim ſenio debilem
Fruſtra adjuvare bonitas nitetur tua.

Cùm

Cùm iam defierit esse beneficium utile,
Et mors vicina flagitabit debitum.

Huc pertinet locus ille apud Xenophontem lib. VIII. *Cyropadiæ*: Καὶ ὁ Κῦρος λαβὼν τὴν τοῦ Ὑστάσπου δεξιὰν ἔδωκε τῷ Γωβρύᾳ· ὁ δὲ ἐδέξατο. ἔπειτα δὲ πολλὰ μὲν καὶ καλὰ ἔδωκε δῶρα τῷ Ὑστάσπᾳ, ὅπως τῇ παιδὶ πέμψειε. Χρυσάνταν δὲ ἐφίλησε προσαγόμενος· καὶ ὁ Ἀρτάβαζος εἶπε· μὰ Δί', ἔφη, ὦ Κῦρε, οὐχ ὁμοίου γε χρυσοῦ ἐμοί τε τὸ ἔκπωμα δέδωκας, καὶ Χρυσάνταν τὸ δῶρον. ἀλλὰ καὶ σοί, ἔφη, δώσω. ἐπηρώτα ἐκεῖνος, πότε; εἰς τριακοστόν, ἔφη, ἔτος. ὡς ἀναμενοῦντος, ἔφη, καὶ αὐτοῦ ἀποθανουμένου, οὕτω προθυμοῦ. Et prehensam Cyrus Hystaspæ dextram Gobryæ dedit, & is accepit. Multa deinde munera, & elegantia quidem, Hystaspæ dedit, quæ puellæ mitteret. Chrysantam verò, admotum sibi, osculatus est. Et Artabazus: Profectò Cyre, inquit, nõ ex eodem auro mihi poculum, & Chrysantæ munus hoc dedisti. Atenim, ait Cyrus, etiam tibi daturus sum. Quando? quærebat ille. Ad annum, inquit, trigesimum. Tu verò sic te parato, ait Hystaspas, ut me tempus illud exspectaturum, nec mortem prius obiturum, scias.

Appositè hisce, Divus Nazianzenus Oratione XVI. Μὴ διαφθάτω σου μηδὲ νὺξ τὸ ἔλεον, μὴ εἴπῃς, ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω σοι. μή τι μέσον γένηται τῆς ὁρμῆς καὶ τῆς ἐνεργείας. ἓν τὸ μόνον οὐ δέχεται ἀναβολὴν ἡ φιλανθρωπία. Ne nox quidem misericordiæ officia tibi interrumpat. Ne dixeris, rediens redi, & crastino die dabo tibi: ne quid inter propositum tuum beneficium intercedat. Vna enim beneficentia est, quæ moram non admittit.

Quibus nihil vetat quin adscribam præceptoris Neroniani voces ex libro VI. *de Beneficiis cap.* 3. Egregiè mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam, cùm fortunam suam transeuntem alio videret, & sibi nihil relictum, præter ius mortis, id quoque, si cito occupaverit, exclamare: Hoc habeo quod ex cito que dedi. O quantum habere potuit, si voluisset. Hæ sunt divitiæ certæ, in quacunque sortis humanæ levitate, uno loco permansuræ: quæ quo maiores fuerint, hoc minorem habebunt invidiã. Quid tanquam tuo parcis? Procurator es. Omnia ista quæ vos tumidos, & supra humana elatos, oblivisci cogunt vestræ fragilitatis, quæ ferreis claustris custoditis armati, quæ ex alieno sanguine rapta vestro defenditis, propter quæ classes cruentaturas maria deducitis, propter quæ quassatis urbes, ignari, quãtum telorum in adversos fortuna comparet, propter quæ ruptis totiens affinitatis, amicitiæ, collegii fœderibus, inter contendentes duos terrarum orbis elisus est, non sunt vestra: in depositi causa sunt, iamque ad alium dominum spectantia, aut hostis illa, aut hostilis animi successor invadet. Quæris quomodo illa tua facias? dono dando. Consule ergo rebus tuis, & certam tibi earum atque inexpugnabilem possessionem para, honestiores illas non solum, sed tutiores facturus. illud quod suspicis, quo te divitem ac potẽtem putas, quamdiu possides, sub nomine sordido iacet. Domus est, servus est, nummi sunt. cum donasti, beneficium est.

Horum Dosonum naturam lepidè expressit, Lucianus libello de conductis mercede: Τοιγαροῦν, ὥσπερ λυσιτελοῦντας αὐτοῦ, καὶ καλοὺς αἰμύλους ἐργασὰς ἔνιοι τῶν καὶ

καὶ τοὺβονες ἐρώμενοι, ὑπογελαεῖντες ὑπερωπικῶς ἀφιλέπουσιν, ὅπως ἀεὶ ἐρεχθήσονται αὐτῶν θεραπεύοντες, ἀποκλαύσας δὲ τὸ παιδικῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέχει φιλήματος ἄκρον μεταδιδόντες. ἵσασι γὰρ ἐν τῷ τυχεῖν τὸν λοιπὸν τοῦ ἔρωτος χρησομένους. ταύτην οὖν ἀποκλείουσι, καὶ ζηλοτύπως φυλάττουσι. τὰ δ' ἄλλα, ἕως ἐλπίδος ἀεὶ τὸ ἐραστὸν ἔχουσι. δεδίασι γὰρ, μὴ αὐτὸν ἡ ἀπόγνωσις ἀπαγάγῃ τῆς ἄκρας ὑπομονῆς, καὶ ἀνέρωτες αὐτοῖς γένωνται. φεισομένως οὖν; καὶ ὑπομενοῦσιν, καὶ ἀεὶ ποιήσουσι, καὶ χαριοῦνται, καὶ ὑπομελήσονται πολυτελῶν. εἶτ' ἔλαθον ἀφιλογησάντες, ἔξωροι γενόμενοι, καὶ ὅτου τῆς ἐρᾶν χαίρειν τοῦ μεταδιδόναι. πέπρακται δ' οὖν αὐτοῖς οὐδέν, ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, πέρας τῆς ἐλπίδος: Enimverò quemadmodum miseros istos atque infelices amãtes, callidi quidam & veteratores amasii receptant, & fastidienter ducunt, lactantque, videlicet quo iugiter amantes ambiant ipsos, atque inserviant: cæterùm ex amoris fructu ne summo quidem osculo impertiunt. Intelligunt enim, copia facta dissolvendum amorem: id igitur ne fiat, præcavent, diligenterque sui copiam subtrahunt. Alioqui spe semper retinent amantem, metuẽtes ne desperatio minuat cupiditatis ardorem, amantemque ab se alienet. Proinde semper arridենt, pollicenturq;, semper facturi sunt, semperque gratificaturi: semperque ingentium sumptuum rationem habituri: donec imprudentes ambo senuerint, atque utrique iam præterierit ætas, huic ad amandum, illi ad dandum: atque ita omni vita nihil illis peractum est ultra spem meram.

Ergo absit talis mora, imò vel minima: absit idem deductio. quippe uti placet Philoni: Ἡ χάρις, ὥσπερ ἡ

Σελήνη, ὅταν τελεία γένηται, τότε καλὴ φαίνεται: Beneficentia, ſicut Luna, nunquam pulcrior apparet quàm cùm plena eſt. *Id autem fiet, non ſi ſecutus Theodericum Regem, aliosque, qui liberalitates ſuas erogabant per homines iuſtiſſimos, eisque inſuper graviſſimè interminabantur niſi ad benemeritos pervenirent integræ, quemadmodum videre licet apud Caſſiodorum lib. 1. Variar. 10. libro* XII. *Var. 11. & 27. ſed magis ſi imitatus fueris Liviæ Auguſtæ peſſimam aliquin prolem, de quo ſic Dio Caſſius libro* LVII. Παντί τε ὁ ἐδωρεῖτο πιστὸν, ἐξ οὗ καὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῆς ἠλθμεῖτο. ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου μεγάλα ἐπὶ τοιούτων εἰ δοτῆρες αὐτῆ ἀπετέμνοντο, λεληθότως ἐφύλαττετο μὴ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ τοῦτο γίγνεσθαι. Si quid alicui largiebatur, id confeſtim numerari ſe inſpiciente iubebat, magna adhibita cura ne idem ſibi quod Auguſto eveniret, cuius munerum per magnam partem diſpenſatores detrahere conſueverant.

Nec deſpenſatores ſolummodo hinc delibant portionem ſuam, ſed ingens quaſi populus, quem ipſum nihil vetat in ſcenam producere chorago Luciano: Ἐπειδὰν δὲ ποτε διὰ μακροῦ του χρόνου, κριτῶν ἢ παναθηναίων ἐπιόντων, πεμπτῇ τί σοι ἐφέστιον ἄθλιον, ἢ χιτῶνιον ὑπόσαφρον, ἐν ταύτῃ μάλιστα πολλὴ καὶ μεγάλη χρέα τὴν πομπὴν, καὶ ὁ μὲν πρῶτος, ἀφ' οὗ ὑπεκπεπομφὼς τὸν λεωφόρον, σεσημασμένας καὶ σεσημασμένους ἀπέρχεται, μισθὸν ἢ ὀλίγον τι ἀγγελίας σφετεριζόμενος. ἕως δὲ τελευταῖος ἥκουσι κομίζοντες ἔχας, ὡς πολλὰ εἶπε, καὶ ὡς ὑπέμνησε, καὶ ὡς ὑπεξαπεῖδε, τὸ κάλλιον ἐπελέξατο διεξιών. ἅπαντες δ' οὖν ἀπαλλάττοντες λαβόντες, ἔτι καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλέον ἔλαχον, ὁ μὲν γὰρ μισθὸς αὐτὸς, κατὰ δύο ὀβολοὺς καὶ

τέτα-

πέμψεται, καὶ βαρὺς αὐτῶν σὺ καὶ ὀχληρὸς δοκεῖς, ἵνα δ' οὖν λάβῃς πολλὰ δεῖ μὲν αὐτὸς, καὶ ἱκέτευτέος. θεραπευτέος δὲ καὶ ὁ οἰκονόμος, οὗτος μὲν καὶ ἄλλος θεραπείας πρόσω. σὺ δὲ ἀμελητέος δὲ οὐδ' ὁ ξύμβουλος, καὶ φίλος, καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη σεσωφρόνικε λέγω ἰμαλιοκαπήλῳ, ἢ ἰατρῷ ἢ σκυτοτόμῳ τινί. ἄφοβος οὖν σοι τὰ δῶρα καὶ ἀτόλμητα, πολὺς δὲ ὁ φθόνος. Porrò si quando post multum temporis instantibus Saturnalibus, aut Panathenæis, misera quæpiam umbella tibi mittatur, aut tunicula semiputris ac detrita, tum denique plurima missitentur oportet. Atque aliquis qui statim subauscultarit herum id facere destinantem, præcurrit, ac primus rei index, abiensque, non exiguum pretium aufert, qui renunciarit. At manè plus tredecim te adeunt idem apportantes nuncii: quorum quisque commemorat quàm multa dixerit, quemadmodum submonuerit, quemadmodum adhortans commodiora subjecerit. Omnes itaque donati præmio discedunt, at non sine murmure tamen, qui non plura dederis. Porrò salarium ipsum, sex fermè obolorum: idque si tu postules, gravis atque importunus haberis. Proinde quò illud aliquando auferas, primùm ipsi hero aduleris supplexque fias necesse est: deinde captandus & dispensatoris favor: nam hoc quoque quoddam est servitutis genus. Neque verò negligendus is quem in consilium adhibet, neque item amicus. Deinde quod acceperis, iamdudum debebatur vel vestiario, vel medico, vel cerdoni cuipiam. Vnde fit ut sera atque intempestiva, eoque inutilia præmia tibi accedant: cæterùm invidia ingens.

Genus istud hominum tangitur item à L. Annæo lib. 11. de Beneficiis cap. 4. At plerique sunt, qui beneficia asperitate verborum, & supercilio in odium adducunt, eo sermone usi, ea superbia, ut impertasse pœniteat. Aliæ deinde postrem promissam sequuntur moræ. Nihil autem est acerbius, quàm ubi quod impetrasti, rogandum est. Repræsentanda sunt beneficia: quæ à quibusdam accipere difficilius est quã impetrare. Hic, rogandus est, ut admoneat: ille, ut sumat. Sic unum munus per multorum teritur manus: ex quo gratiæ minimum apud promittentem remanet: quia auctori detrahit, quisquis post illum rogandus est. Hæc itaque curæ habebis, si gratè æstimari quæ præstabis voles, ut beneficia tua illibata & integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla, quod aiunt, deductione. Nemo illa intercipiat, nemo detineat. Nemo in eo quod daturus es, gratiam suam facere potest, ut non tuam minuat.

Cui omnino rei attendisse videtur Alexander Severus, de quo ita Lampridius cap. XL. Omnem vestem quam donavit, ipse perspexit; omne aurum, omne argentum: idque frequenter appendit. *Sed melior adhuc hac in parte Imperator Constantinus, de quo sic Eumenius cap.* XVI. Dona tua Constantine, manifestè sunt grata militibus: sed hoc gratiora quod tua sunt, quæcunque porrigis, manu tua fiunt acceptiora. *Nimirum Princeps suo ore largiatur honores, sua dextra dispenset honoraria: ita undiquaque non modo consummaverit beneficium suum, sed duplicaverit, imò multiplicaverit. Ut forsan fuerint pusilla, quid tum?* Nihil tam exiguum est quod non honestè regis humanitas

manisas tribuat: *asserit Seneca lib. II. de Benefic. cap. 17. Olim certè aliter non fiebat, ob causas multas, quas deduxi largiter in Dissertationibus meis Livianis: neq; nunc repeto, quin veniam potius peto à Lectore quod vel sic nimium hoc extra lineas abiverim. Feci autem potissimum, ut averterem nescio quos amicos, qui subinde mihi iam à pluribus annis idcirco intercessiones suas, ne scilicet eas maioris à me fieri opinentur quàm revera sunt, hoc est, triplo minoris quàm nihili.*

Proditionis in eâ hominum qui frugi sunt haud est capax.) *Carmen magis referendum inter Trochaica, vel quasi. Videtur autem alludere ad Epaminondæ dictum, negantis* sobriam mensam capacem proditionum; *cuius meminit Plutarchus in vita Lycurgi cap.* XXIII. *p.*

Productè prodigum esse amatorē addecet.) *Versus Plauti, laudatus è Nervolaria.*

Professioni cede non scientiæ.) *Ita quidem si quis te utroq; munere non præcurrat. nam alioquin impudenter cum eo contendas scientia cui sis tua etiam conscientia impar. Inde laudatus Valerio Maximo Socratis discipulus libro* VIII. *cap. 13.* Platonis quoque eruditissimum pectus hæc cogitatio attigit: qui cōductores sacræ Aræ de modo & forma eius secū sermonem conferre conatos, ad Eudoxum Geometram ire iussit, scientiæ eius cedens, imo professioni.

Prohibere non audent Duces obnoxii.) *Cùm enim sint in simili culpa, quævis peccata militum suorum assimulare solent. Cato apud Sallustium, Catilinariæ cap.* LII. §. 3. Nolite existimare maiores nostros armis Rempubl. ex parva magnam fecisse. si ita res

esset, multo pulcerrimam eâ nos haberemus: quippe sociorum ac civium, præterea armorum atque equorum maior nobis copia quàm illis est. Sed alia fuere quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iniustum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. *Arguitè D. Chrysostomus apud Antonium:* Ὅταν ἄρχων ἀνεπιλήπτῳ τῷ πάσι, τότε δυνάστην μὲν ὅσης βούλεται ἐξουσίας καὶ κολάζειν καὶ συγχωρεῖν, τοὺς ὑπ' αὐτὸν πανταχοῦ ἅπαντας. Quum Princeps apud omnes inculpatæ vitæ fuerit, tum potest quanta volet potestate & punire subjectos omnes, & eisdem ignoscere.

Prona ad miserationem est invidentia.) *Plutarchus de invidia & Odio cap.* VI. Ἀλλὰ καὶ τὸ ῥηθὲν ὑπό τινος τῶν καθ' ἡμᾶς σοφιστῶν, ὅτι ἥδιστα οἱ φθονοῦντες ἐλεοῦσιν, ἀληθές ἐστιν. ὥστε καὶ τούτῳ μεγάλην εἶναι τὴν παθῶν διαφοράν, ὡς τὸ μὲν μὴ μισεῖν, οὔτε δυστυχούντων, οὔτε εὐτυχούντων, ἔστι δυσυχούντων ἀφίστασθαι πέφυκεν· ὁ δὲ φθόνος, ὥσπερ ὁλκὸς πρὸς ἀμφοῖν ὑφέρπων ἀπαγορεύει. Sed & hoc verum est, quod nostra ætate quidam sophista dixit, Invidos ad miserandum esse facilimos. ut in hoc etiam magnum invidiæ & odii discrimen appareat: cùm hoc neutram fortunam relinquat, illa utriusq; abundantia elanguescat.

Proprium tyranni est nulli amico fidere.) *Petitum ex Æschyli superstite aliquâ Tragœdia.*

Pudere posse, magnus est scortis pudor.) *D. Nazianzenus, adversus Iram:*

Τί δ', εἴ σε πόρνη τοῖς ἑαυτῆς αἴσχεσι,
Βάλοι τις ὡς ἥδιστος ἐστὶ πόρναις τόδε.
Αἷς ἐστι δεινὸν αἶσχος, αἴσχος εἰδέναι.

Τέχνῃ

Τέχνλιν ἐχούσης μηδὲν αἰσχυνέσθ' ὅλως.

Quid si suis te fœda meretrix impetat
Probris? id etenim moris est meretriculis,
Pudore quibus est affici magnus pudor,
Vt queis sit arti neutiquam erubescere.

Pudore dos augescit eloquentium.) *Sunt verba petita ex Epistolis Ennodii.*

Puella pulcra dotis instar maximæ est.) *Utig; viro opulenti. Mercator Tyrius, patri filiæ inopis apud Heliodorum lib. v. Æthiopicon:* Πέπαυσο τῶν ἐλεγχῶν· πολλὰ πάτερ· τὴν μὲν γὰρ σεσῖτα ἀπέχειν ὑμήσομαι καὶ πολλὰ πάλαι πατάλαντα καὶ πλοῦτον ὅλον τὴν κόρην. Omittas hæc pater, dicebat. Dotem quidem me tulisse multorum talentorum, & universarum opum, ipsam puellam arbitrabor.

Pugnantium crescit cum pugna gloria.) *D. Cyprianus lib. ii. Epist. 6.* Confessio tamẽ præsens quãto in passione fortior, tanto clarior & maior in honore. Crevit pugna, crevit & pugnantium gloria. Nec retardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsis tormentis magis estis ad aciem provocati &c.

Pugnare secum, non grave est, levissimi est.) *Basilius Imperator cap. xxxi.* Ὥσπερ τὸ ἑαυτῷ συμφωνεῖν ἔμφρονα καὶ ἐσταλμένον τὸν ἄνδρα χαρακτηρίζει, οὕτω τὸ τοῖς αἱρετέοις διαμάχεσθαι καὶ λόγοις καὶ πράγμασι ψευδῆ τε καὶ ἀτημελῆ καὶ ἀνόητον καὶ τῆς ἀληθοῦς ἀπολήψεως ἔξω ἔργον. Esse sibi perpetuò consentientem, hominis est gravis & cordati: quemadmodum pugnare secum & dictis & factis, hominis est levis, omniq; reprehensione digni: nec longè abest à notatione degeneris animi nulliusque iudicij.

Pugnis

Pignus ſtimulos ſi cædis, manibus plus dolet.) *Factum è Plautino ver. 55. Act.* IV. *Scenæ 2.*

Pulcer licet ſis, non venuſtus es tamen.) *Diſcrimen enim inter utrumque. Sueronius de Nerone cap.* LI. Statura fuit penè iuſta, corpore maculoſo & fœdo; ſuffl avo capillo: vultu pulcro magis quàm venuſto, &c.

Pulcrum quod eſt, haud fortuitò naſcitur.) *Plutarchus lib. 1. de Placitis Philoſophorum cap.* VI. Ἔννοιαν δὲ θεοῦ τὸ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς τῶν καλῶν θέας τὰ ἐμφαινόμενα τοῖς οὖσι θεωροῦντες. οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε γίνεται, ἀλλὰ μετά τινος τέχνης ἁρμόζουσης. Notionem Dei ſuggeſſit primum conſpecta eorum quæ in mundo inſunt pulcritudo. nihil enim pulcri temerè & fortuitò naſcitur, ſed ab arte aliqua efficitur.

Purges caput: nam ſenſuum eſt palatium.) *Nazianzenus Oratione* XL. Καὶ πρὸς τοὺς εἰρημένους, καλόν τιν κεφαλὴν καθαιρομένους, ὡς καθαίρεται κεφαλή, τὸ τῶν αἰσθήσεων ἐργαστήριον, κρατεῖν τὴν Χριστοῦ κεφαλήν. ἐξ ἧς πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογεῖται καὶ συμβιβάζεται, καὶ τὴν ὑπερκειμένην ἡμῶν ἁμαρτίαν κατω βαλλειν ὑπὲρ αἱρομένην τῷ κρείττονι. Præclarum inſuper fuerit, purgato capite, ut pars ea, quæ ſenſuum domicilium & officina eſt, purgari ſolet, Chriſti caput, ex quo corpus omne conſtruitur & conglutinatur, tenere, ac peccatum, ſupra nos ſeſe efferens, atq; in præſtantiorem noſtri partem imperium ſibi arrogans, conſternare.

Puſilla grandi haud ſubjacet cladi domus.) *Syneſius Oratione de Regno*: Οὐ γὰρ ὥσπερ τῷ σώματι γίνεται τοῖς ἀνθρώποις μακελισμὸς, οὕτως ἀπεγνωσμένως ἀφοσιώ-

ζεται.

ζετιμ· ἀλλ' ὁρᾷς γὰρ πόσι βίοις αἱ τραγωδῶν σκιναὶ κεχορήγωνται. οὐκ ἀφ' ὧν ἁυχοῦσιν ἰδιῶται καὶ πένητες, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἰσχυροὶ καὶ δυνάσται καὶ τύραννοι. οὐ γὰρ χωρεῖ μέγεθος συμφορᾶς οἰκία μικρά, οὐδὲ ὄγκον ἀτυχημάτων πλουτεία· τὴν ὃ λαμπρὸν τῆς τύχης, τοῦτ' ἔστι καὶ κινδυνώδεις ὀπτῆναι καὶ θαυμαστὰ μεμιδὶ ξ δαίμονος. Non enim quemadmodum obtingit hominibus nomen hoc ut prædicentur beati, sic absq; negotio etiam conservatur. Cernis enim profectò ad quæ vitæ genera Tragicæ scenæ instruantur. Vbi non privati & pauperes infortunati producuntur, sed ubi validi, potentes, Tyranni. Non enim capit domus exigua calamitatem magnam, neque pauper tas molem adversationum. At cuius illustris est fortuna, eũ & periculis, & in altera fortunæ casuumq; parte conspicuum cernimus.

Putere cuncta credit, os cui putidum est.) *Divus Chrysostomus Hom. III. ad Titum*: Καὶ οἱ σῶμα ἔχοντες διεφθαρμένον, νομίζουσι τὰ προσφερόμενα σήπεσθαι εἶναι: Et hi qui os putidum habent, quæ offeruntur, omnia putere arbitrantur.

Quæ consuluntur neminem tamen cogunt.) *Vnde Agrippa Rex ad Iudæos apud Iosephum lib. II. de Bello Iudaico cap. 16.* Θορυβήσει δέ μοι μηδεὶς, ἐὰν μὴ τὰ πρὸς ἡδονὴν ἀκούῃ. τοῖς μὲν γὰρ ἀνηκέστως ἤδη πεπονθόσιν ὠφελημένοις, ἔνεστι καὶ μετὰ τὴν ἐμὴν παραίνεσιν τὰ αὐτὰ φρονεῖν. ἐμοὶ δὲ παρέσται καὶ πρὸς τοῦ ἀκούειν ἐθέλοντας ὁ λόγος, ἐὰν μὴ πρὸ πάντων ἡσυχίαν ἄγητε. Obstrepat autem nemo, si non ea audierit quæ ipsius fert libido. His siquidē qui sunt ad defectionem irrevocabiliter incitati, licebit etiam post meos monitus manere in pristina voluntate. mea autem

etiam

etiam ad illos qui audire cupiunt intercipietur oratio, nisi ab omnibus vobis silentium præbeatur.

Quæ porrigũtur dextera, læva haud cape.) *Traiani præceptor libro de Animi tranquillitate, cap.* VIII. *m.* Θεόδωρος μὲν γὰρ ὁ κληθεὶς Ἄθεος, ἔλεγε, τῇ δεξιᾷ σοῦ λόγους ὀρέγοντος αὐτῷ, τῇ ἀριστερᾷ δέχεσθαι σοῦ ἀκροωμένους· οἱ δὲ ἀπαίδευτοι πολλάκις τὰ τύχῃ δεξιὰ παρισαμένων, ἐπαριστερῶς μεταλαμβάνοντες, ἀφημονοῦσιν. οἱ δὲ Φρόνιμοι, καθάπερ ταῖς μελίτταις φέρει μέλι τὸ δριμύτατον καὶ ξηρότατον ὁ θύμος, οὕτως ἀπὸ τῶν δυσχερεστάτων πραγμάτων πολλάκις οἰκεῖόν τι καὶ χρήσιμον αὐτοῖς λαμβάνουσι. Theodorus, qui Atheos, quòd deos esse videretur negare, dictus est, aiebat se suas rationes dextra manu porrigente, ab auditoribus eas siniſtra excipi. Rudes autem homines, sæpenumero fortuna ad dextram adsistente, turpiter manu siniſtra excipiunt. Ab altera parte homines cordati, sicut apibus mel præbet thymus, acerrima & aridissima herba, ita è rebus adversissimis sæpenumero conveniens aliquid & commodum decerpunt.

Quæ pulcriora sunt probi obvertunt foras.) *Respicit ad Pindaricum illud omnibus notum, laudatumque inter ceteros etiam Aristidi Oratione contra Proditores mysteriorum.*

Quæcumque opes largitur inopia, est bona.) *Verba D. Ambrosii Hom.* XVI. *in Tobiam, f.*

Quale est caput talis præstatur & sapor.) *Vocat Phædri è libro* III. *Fabularum Æsopicarum, cap.* XLIII. *m.*

Quam stulta pravè iudicat sententia!) *Eiusdem Phædri dictum è Fabulanum.* XLIX. *p.*

Quàm

Quàm Rex timetur, tam timere cogitur.) *Cypr. lib. 11. Epist. 2.* An putas vel illos tutos saltem inter honorũ insulas, & opes largas stabili firmitate securos, quos regalis aulæ splendore fulgentes armorũ excubantium tutela circumstat? Maior illis, quàm cæteris metus est: tã ille timere cogitur, quàm timetur. Exigit pœnas pariter de potentiore sublimitas. Sit licet satellitũ manu septus, & clausũ ac protectũ latus numeroso stipatore tueatur, quã securos non sinit esse subiectos, tã necesse est ut non sit & ipse securus. Ante ipsos terret potestas sua, quos facit esse terribiles. Arridet, ut sæviat: blanditur, ut fallat: illicit, ut occidat: extollit, ut deprimat. Fœnore quodã nocẽdi quàm fuerit amplior summa dignitas & honorum, tam maior exigitur & usura pœnarum.

Quam sæpe inimicũ hæredẽ inviti linquimus!) *Ioãnes ille oris aurei Hom. XXII. in Epist. ad Hebræos:* Ποία γὰρ ἡδονὴ, ἔνθα νόσοι καὶ συκοφαντίαι, καὶ φθόνος, καὶ ἐπιβουλαί; ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο παιδία πολλάκις μὴ ὄντες ἀλυομεν, δυσανασχετοῦμεν. οὐκ ἔχομεν οἷς ἀφιλοτιμοῦμεν τὰς οἰκίας καὶ τὰ πάντα: καταλυόμεθα λοιπὸν ὡς ἑτέροις πονοῦντες. πολλάκις ἤδη καὶ εἰς ἐχθρὸς ἦλθεν ὁ κλῆρος, οὐκ ἀπελθόντων μόνον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ζώντων. τί τοίνυν ἀθλιώτερον τοῦ τοῖς ἐχθροῖς κάμνειν, καὶ ἵνα ἐκεῖνοι ἂν ἀπιστώσωνται, αὐτοὺς αἱμασσεῖν καὶ τοῦτο τὸ ὑποδείγματα πολλὰ ἐν ταῖς πόλεσιν ὁρᾶται. Εἵνα μὴ λυπίζω σοὺ ἀπεστερημένους, εἶπον ἂν ὀνόμασι καὶ τινας ἐξ αὐτῶν, καὶ πολλὰ εἶχον διηγήματα εἰπεῖν, καὶ πολλὰς δεῖξαι οἰκίας ὑμῖν, αἳ κυρίως ἔλαβον τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἐαυτὰς πονησάντων. οὐκ οἰκίαι ἦν, ἀλλὰ καὶ κιβωτοὶ, καὶ ἄπας ὁ κλῆρος πολλάκις εἰς τοὺς ἐχθροὺς ἀφῆλθε: Quæna est voluptas, ubi sunt morbi, & calumniæ, & invidia, & insidiæ? Aut si hoc non sit, sæpe dolemus

mus & ægreferimus quòd liberos nõ ſuſceperimus. Non habemus cui noſtras domos tradamus, & deinde cruciamur quod laboremus aliis. Sæpe autem etiam ad noſtros inimicos noſtra pervenit hæreditas, non ſolùm quum nos exceſſerimus, ſed etiã nobis adhuc viventibus. Quid ergo eſt miſerius quàm laborare inimicis, & ut illi in quiete degant & deliciis, ſibi peecata congerere? Huius rei multa exempla cernuntur in civitatibus, & niſi moleſtia afficerẽ eos qui ſunt priuati, quoſdam ex eis nominatim dicerem; & multa poſſem narrare, & multas vobis domos oſtendere, quæ acceperunt dominos inimicos eorum qui in iis fabricandis & ornandis laborauerunt. Non ſolùm autem ædes, ſed & mancipia, & tota ſæpe hæreditas pervenit ad inimicos.

Quandoque crimen proditur ſilentio.) *Verba D. Hieronymi contra Ruffinum.*

Quantum adiicis moræ, tantum aufers gratiæ.) *Intelligendum de eis qui in dandis beneficiis procraſtinant.*

Quantum voles habebis, minimum qui voles.) *Apuleius Apologia priore:* Poſſum quidem tibi & ipſius nominis controverſiam facere: neminem noſtrum pauperem eſſe qui minimum deſiderabit. habebit enim quantum volet, qui volet minimum, & idcirco divitiæ non melius in fundis & fœnore, quã in ipſo hominis æſtimantur animo.

Queis eſt parum agri illum metiuntur paſſibus.) *Herodotus lib. 11. cap. 6.* Ὅσοι μὲν γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀρθῶς μεμετρήκασι τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σφάλλονται· οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, πᾶν ἀπάγγησιν· οἱ δὲ ἄφθονον λίην, ἀοίνοισι. ἀμώσιος δὲ ὁ μὲν πᾶν ἀπάγγησ

σάγγης τριήκοντα σάλλε· ὁ δὲ χοῖνιξ ἑκατὸν, μέτρον ἐὼν Αἰγύπτιον, ἑξήκοντα σάλλε. Etenim qui modicum terræ possident, metiuntur illam passibus: qui minus inopes terræ sunt, metiuntur stadiis: qui multũ possident, parasangis: qui plurimũ, schœnis. Constat autem parasanga tricenis, schœnus, (qui mensura est Ægyptiaca) sexagenis stadiis.

Qui bene coniiciet vatem hunc perhibeto optimum.) *Vulgo iactatum huius sententiæ versum Græcum, testatus est Tullius lib. 11. de Divinatione capite 4. partemque Græcam produxit lib.* VII. *ad Atticum, Epistola 13.*

Qui doctus est, haud unquam amicorum est inops.) *Voces Vitruuii, reperiundi præfatione lib.* VI. *de Architectura.*

Qui fert martyrium suomet baptizatur sanguine.) *Trochaico similior est versus: quare transferendus alio. est autem sententia quorundam producta à D. Cypriano, lib. 1. Epist. 2. qui videatur.*

Qui fortior est vincit, non qui innocentior.) *Utemur eo si deliberandum venerit, an bellum gerendum sit cum hoste longè fortiori eis quibus alioquin optima causa. Sunt autem voces Declamatoris alicuius apud Senecam lib.* V. *Controv. 7.*

Qui inimicus est, non protinus interfector est.) *Gallio lib.* X. *Controversia 1.* Suspicor à te patrem meũ occisum. quis enim illum alius oderat magis? quis impotens alius est? vestem enim illius sine dubio nescio quis percussor non concupiscebat. Dicit aliquis: quid ergo? si inimicus est, protenus interfector est? non. ideo non accuso, &c.

Qui merum quærit bonum, quærit quæ unius

sunt Dei.) *Versus longior est quàm ut poni debeat inter Iambicos. de re ipsa accuratè Libanius Progymnasmate, an contrahendum sit matrimonium:* Ὅλως δὲ, εἴ τις ἄνθρωπος ὧν ζητεῖ πρᾶγμα ἄπρακτον καὶ θαρρεῖν δυσκολίας, οὐκ οἶδε, ζητῶν ἃ θεῶν ἐστι μόνων. ἐπεί τινι τῶν πραγμάτων οὐ συνέζευκται λυπηρά, οὐκ ἀκούεις τῶν γεωργῶν αἰτιωμένων νῦν μὲν τοὺς αὐχμούς, νῦν δὲ τὸν ὄμβρον ὑπερβολήν; οὐ τῶν κατὰ θάλασσαν ἐμπόρων τὰ τῆς θαλάσσης κακὰ, τοὺς σκηπτοὺς, τὰ κύματα, τοὺς λῃστὰς, ἕτερα μυρία; οὐ σημερον μὲν ὁ ῥήτωρ σώζεται, τῇ δ' ὑστεραίᾳ συγκεφαύλισται καὶ κινδυνίοις. ἀθλητὴς δὲ παγκρατιάζων, ἤδη που τὸν ὦμον ἐξεκόπη· ἀλλ' οὐκ ἀφίησιν αὐτοῦ τὰ ἔργων ὁ φόβος. εἰ δὲ ὥσπερ ὑμεῖς οὐ χαίρειτε διὰ τὰς μοιχείας, οὕτως ἐκείνων οἱ μὲν τὸ γεωργεῖν, οἱ δὲ τὸ πλεῖν, οἱ δὲ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράττειν ἐφίλγον, κατελέλυτο ἂν πᾶν τὸ τῆς συμπολιτείας τοῖς ἀνθρώποις καὶ βίου. Omnino autem, si quis in hac vita quærit rem ullam nulla difficultate contaminatam, is ignorat scilicet ea quærere se, quæ solius Dei sunt. Quid enim omnium non adjunctum habet aliquid triste? Audis agricolas interdum accusare siccitatem, interdum imbres immodicos. Nonne qui rem quærunt per mare, huius mala accusant, fulmina, fluctus, prædones, alia innumerabilia? Nonne hodie incolumis est orator, postero autem die in postulationibus & periculis? Athletæ in pancratio excussus fuit humerus, non tamen alii à certaminibus metu absterrentur. Quòd si, ut vos propter adulteria à coniugio abstinetis, ita alii agrum colere, alii navigare, alii à Republica & communibus negociis refugerent, dissolverentur omnia quibus ornatur vita hominum.

Qui multa habet, multis vicissim idem indiget.)

Gellius

Gellius libro IX. *Noct. Attic. cap. 8.* Verum eſt profectò, quod obſervato rerum uſu ſapientes viri dixerunt multis egere, qui multa habeat; magnamque indigentiam naſci non ex inopia magna ſed ex magna copia. multa enim deſiderari ad multa, quæ habeas, tuenda. quisquis igitur multa habens cavere atque proſpicere velit ne quid egeat, neve quid deſit, iactura opus eſſe nõ quæſtu; & minus habendum eſſe ut minus deſit.

Qui nil laborat, is nil cùm eſt opus tenet.) *Eſt è Phædri fabula* LXXXI.

Qui nullum inimicum habet, nec amicum is ullum habet.) *Dictum Chilonis Sophiſtæ, laudatum Plutarcho libro de Amicorum multitudine, capite* IX.

Qui pejerat, timet homines, contemnit Deos.) *Acutum dictum, ſed tamen veriſſimum: nec aliud innuebant legati Scytharum Alexãdro, inquientes,* Quĩ non reverentur homines, fallunt Deos. *) Citat Curtius libro* VIII. *cap. 50. de Vita Alexandri Magni.*

Qui perdidit omne quod fuit, fit impudẽs.) *Ver. 52. Plauti, è Truculenti Actu* IV. *Sc. 2.*

Qui primus eſt, nõ ſemper eſt & optimus.) *Quia* Ἐν ᾧ διχοστατίᾳ ἡ ὁ πάγκακος ἔλαχε τιμῆς. Diſſidio in populi capit & ſceleratus honorem, *iuxta verſum vulgatiſſimum.*

Qui rexerit ſe, totum item orbem rexerit.) *Pulchrè idipſum probat Dio Chryſoſtomus Oratione* XLIX. *qua in Senatu recuſat magiſtratum.*

Qui ſeſe habet contemnit habere cetera.) *Apuleius libro de Deo Socratis.* At enim bonis artibus doctus, & apprimè eſt eruditus, &, quantum licet

homini sapiens, & boni consultus tandem aliquando ipsum virum laudas. Hoc enim nec à patre hereditarium est, nec casu pendulum, nec à suffragio adminiculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile. Hæc omnia meus Socrates habuit, & ideo cetera habere contempsit.

Qui sorte honos contingit, ambitu caret.) *Tacitus lib.* XIII. *Annal. cap 29.* Nam Augustus permisit Senatui deligere præfectos ærarii: dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur, &c.

Quid ira quæso quàm initium est insaniæ?) *Voces Ciceronis è libro* IV. *Tusculan. Quæst. capite* 23. *m.*

Quid pulvis intumescis erga pulverem?) *Divinè Basilius Imp. ad filium cap.* XIV. Ἰλεων ἔχειν βούλει σεαυτὸν τὸν θεὸν, ἵλεως ἴσθι καὶ σὺ τοῖς ὑπηκόοις καὶ αὐτός. κἂν γὰρ δεσπότης ᾖς ἑτέρου, ἀλλὰ καὶ σὺ σύνδουλος εἶ τῶν ἀρχομένων. ἕνα γὰρ δεσπότην τῶν ὅλων καὶ μόνον κεκτήμεθα πάντες αὐθρωποι· καὶ πηλὸς ἡμῶν ἅπαντες ἐσμεν· κἂν κατ' ἀλλήλων οἱ χόες φυσῶμεθα. μέμνησο τοίνυν ὑψηλὸς χοῦς σεαυτὸν, καὶ ὅτι ἐκ γῆς, ὡς ὅπου δ' ἂν ὑψωθῇς ἀδύνατον γῆς, πάντως πάλιν καταπεσῇ γῆ· καὶ γὰρ ἐκ γῆς ἐστε καὶ χοῦς ἐσμεν ἅπαντες πάντων. μέμνησο τοῦ θεοῦ σφαλματων θεὸς ἵλεως ἔστω σοι, καὶ ὑπήκοος τῶν ὑπηκόων θεὸς ἔστω. In te propitium si Deum habere vis, ipse subiectis tuis esto propitius: nam etsi aliorũ Dominus constitutus es, ipse tamen etiam servus es. Dominum enim habemus universi, eum videlicet qui rerum omnium dominationem manu tenet: totius autem humani generis unus & idẽ author & propagator est, nempe limus terræ, etiamsi alius pulvis adversus alium intumescimus. Tu igitur qui nunc

sublime

sublime elatus pulvis es, memento quantumcumque modò emineas, futurum aliquando ut ad terram deprimaris: ita nũquam adversus humiliorem pulverem animo efferaris. Recordare peccatorum quæ adversus Deum commisisti, ita fiet ut facilè obliviscaris peccatorum proximi adversum te.

Quid enim si lutũ supra lutũ efferat?)e *Æquè divinæ Manuel Imp. ad filium suũ cap.* VII. Υ̓σει σοὶ θεὸς ἐλαφὸν, ἔχειν μὴν τὸ σκῆπτρον ἐκεῖθεν δηλαμψῶ, δοῦλον δὲ ἑαυτὸν ἐκείνου σε φῶς εἰδότι, ἢ τῇ δουλείᾳ τῇ πρὸς ἐκεῖνον χαίρον ἢ μᾶλλον, ἢ τῷ βασιλεύειν τ̓ ἄλλων. ἴσθι δ̓ ὡν ἐκείνῳ δοῦλος, πολλῷ μᾶλλον, ἢ σοί τίς ἐστιν ἐωνημένος. Καὶ τῆς δουλείας τὸ διάφορον ἑκατέρας, ὅσον αἵματος θεοῦ καὶ ἀργυρίου τὸ μέσον. μᾶλλον ὃ καὶ σωίδουλος, καὶ ἀδελφὸς, καὶ ὁμότιμος, πλὴν ἀξιώματος, ὁ ἀργυρώνητος ἐστι, τῇ γῇθεν φύσει τῇ κοινῇ, καὶ τῷ τὸν χειρὶ θεοῦ πεπλασμένον εἶναι πάντων πατέρα, καὶ τῷ ἐνὶ βαπτίσματι, καὶ τῷ ὑπὲρ πάντων θεοῦ θανάτῳ· καὶ δεῖ μὴ καταπαίρεσθαι διὰ ταῦτα τῆς ἀξιώματος, πλὴν ὁμοίοις πηλοῦ, καὶ θεοῦ τὶ χάρισμα, τοῦ κτίσαντος χαρίσματος, πᾶσιν ἴσως δεδομένον. Copia boni divinitus, instar pluviæ, beaberis; si & sceptrum à Deo te consequutũ agnoveris, & te servum eius esse sciveris; eiq; servire, magis tibi volupe fuerit; quàm quòd aliis imperes. Scire verò debes, multo te magis Deo servum esse; quàm is tibi sit, quem precio comparasti. Et tantùm quidem inter utramque servitutem interest, quantum Dei sanguis ab argento distat. Imò potius, excepta imperii dignitate, & redemptũ æmancipium & conservus, & frater, & honore tibi par est, ratione naturæ communis, è terra factæ; quodque primus sit omnium pater is, qui Dei ma-

nu formatus fuit: itemque ratione unius & eiusdem baptismi: ac obitæ omnium causa Dei mortis. Minimè certè, propter inæqualitatem dignitatis, efferre se lutum supra lutum debet: Deique donum aliquod, supra donum eiusdem, quod cunctis ex æquo conceditur.

Quid sufficit illi, cui Deus non sufficit?) *Prosper lib.* II. *de Vita contemplat. cap. 16.* Denique quid ultra quærit, cui omnia suus conditor sit? aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit.

Quidquid Deus promittit, ipsemet facit.) *Est unum è dictis D. Augustini quos produxit Prosper, numero* XLV.

Quidvis facile fallas, sed haud inscitiam.) *Inde nescio quis Rex dicebat, rudiores esse Thessalos quàm ut ipsos decipere posset. addatur & Plutarchi Agesilaus cap.* LXIX.

Quidvis potest cogi: relligio non potest.) *Lactantius lib.* V. *Divinarum Institutionum cap. 20.* Non opus vi, & iniuria: quia religio cogi nõ potest: verbis potius, quàm verberibus res agenda est, ut sit voluntas: distringant aciem ingeniorum suorum si ratio eorum vera est, afferatur: parati sumus audire, si doceant. Tacentibus certè nihil credimus, sicut nec sævientibus quidem cedimus. Imitentur nos, aut rationem rei totius exponant. Nos enim non illicimus, ut ipsi objectant, sed docemus, probamus, ostendimus. Itaque nemo à nobis retinetur invitus. Inutilis est enim Deo, qui devotione ac fide caret.

Paulloque post: Sentiunt enim, nihil esse in rebus humanis religione præstantius, eamque summa vi opor-

oportere defendi: sed ut in ipsa religione, sic in defensionis genere falluntur. Defendenda enim religio est, non occidendo, sed monendo: non sævitia, sed patientia: non scelere, sed fide: illa enim malorum sunt, hæc bonorum. Et necesse est, bonum in religione versari, non malum. Nam si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, iam non defendetur illa, sed polluetur, atque violabitur. Nihil enim est tam voluntarium, quàm religio: in qua si animus sacrificantis aversus est, iam sublata, iam nulla est.

Quis admovet tormenta confitentibus?) *Verba D. Cypriani libro 1. contra Demetrianum: similitaque, nisi fallor, usurpavit in Apologetico suo Tertullianus.*

Quis non aliena facilè pericula deferat?) *Omnes.* fortunatis enim adhærescimus, infelices destituimus, *uti loquitur Dio Chrysostomus Orat.* XI. *addatur & Taciti Agricola, cap.* XXXII. *p.*

Quis præferat leges hominum cœlestibus?) *Nemo sanè, nisi quibus Deus iratus, & mentem occœcavit, quem mox puniat. Fusetius apud Dionysium libro XI. Antiqu. Roman.* Πᾶσα δὲ ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ τὰ θεῖα τοῖς ἀνθρωπίνοις ἀντιτάττειν, μὴ σεμνύνεσθαι τε λόγοις καὶ ὄρκους τοὺς τῶν ἐπιορκούντων κολουομένους εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀποκαθίστασθαι καὶ οὐ τοῖς γε ἐλαχίστου ἀξίοις, ἀλλ' ὡς ἡ τε φύσις ἡ ἀνθρωπεία κατέστησε, καὶ ὁ πάντων ἡγεμὼν Ἕλλήνων τε καὶ βαρβάρων βεβαιοῖ νόμος, ἄρχειν καὶ τοὺ πατέρας τῶν ἐκγόνοις, καὶ τοὺς μητροπόλεις τοῖς ἀποικίαις. ταύτας δὴ τὰς σεμνότητας

ϗδέποτε ἀναιρεθησομένας ὑπὸ ἀνθρωπείας φύσεως· οὐχ ὑμεῖς οἱ κυρίας ἀξιοῦντες ἀεὶ διαμένειν, ὧν δεσπόζεσθαι δεῖ, εἰ δ' ἄν τις ἡμῖν θεῶν ἢ δαιμόνων νεμεσήσειεν ὡς ἀνόσια πράττουσιν, εἰ δουλεύειν τοῖς ἰδίοις ἐκγόνοις δυσανασχετοῦμεν· ἀλλ' οἱ καταλύσαντες αὐτὰς ἀρχήθεν, καὶ ἔργῳ ἐπιχειρήσαντες ἀθεμίτῳ κρείττονα ποιῆσαι θείου νόμου τὸν ἀνθρώπινον· ὁ τε δαιμονίου χόλος οὐχ ἡμῖν ἀλλ' ἐκείνοις ἐναντιώσεται, καὶ τὸ εἰκὸς, καὶ ἡ παρ' ἀνθρώπων νέμεσις ἐκείνοις ἀνθ' ἡμῶν κατασκήψει. Nec quenquam vestrum ab hoc consilio deterreat religio jurisjurãdi & fœderis, sed cogitet fœdus iam ante per Romanos violatum, nunc in integrum restitui; idq; non exigui momenti, sed cum à natura institutum, tum omnium & Græcarum & barbararum gentium communi lege stabilitum, quod iubet patres natis imperare ac iura reddere, itidemque conditores suis coloniis. hoc fœdus nunquam è rerum humanarum natura tollendum, non nos, qui perpetuò ratum manere cupimus violamus; nec nobis, tanquam nefaria molientibus, deorum aut geniorum aliquis succensuerit, si stirpi nostræ servire gravemur; sed illi violati fœderis rei sunt, qui fœdus istud ab initio fregerũt, ausuque nefario divinam legem humanæ subiicere sunt conati; iraque numinis nõ nobis, sed illis, (ut credere par est) adversabitur: & hominum indignatio in illos, non in nos se convertet.

Quisquis bibit, proclivis est in lacrymas.) *Heliodorus libro* v. *Æthiopicon*: Ἐπὶ τούτοις ἐδάκρυε μὲν αὐτός· ἐδάκρυον δὲ οἱ παρόντες· καὶ εἰς θέλγητρον ἡδονῆς τινὰ σύγκρατον μετεβέβλητο τὸ συμπάσχον· διάφορον γάρ πως ἐδάκρυον οἶν. Ad hæc lacrymabat ipse, lacrymabant

mabant & ij qui aderant: denique in fletum cum voluptate quadam temperatum, transmutatum fuerat convivium. (Vinum enim proclives quodammodo in lacrymas efficit.)

Quisquis dolorem vindicat, nil respicit.) *Factus videri queat versus ex illo Phædri libro III. Fabula 49.* Vt sentit tonsum, gladio pectus transigit, Nihil respiciens dum dolorem vindicet?

Quo grandior crudelitas, hoc tutior.) *De Tiberii imperio Egesippus lib. II. Excidii Hierosol. capite 3. f.* Cuius tempora fœda ludibriis, Caprearumque secessus, ignavia intolerabilis; nullum tamen efficacis virum operis in necem eius excitaverunt; recentis, ut arbitror, Romani imperii reverentia: sive terrore sævissimæ crudelitatis; quia plerumque asperitas quo gravior eo tutior est.

Quo minus restat viæ, plus quæritur viatici.) *Versus Trochaicus; itaque relegandus in locum suum. sed & sensus eius planè falsus est, nisi metaphoricè sumamus. Cicero in Catone Maiore:* Avaritia senilis quid sibi velit non intelligo. potest enim quidquam esse absurdius, quàm quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

Quo rariora quæque, honora hoc sunt magis.) *Plato in Euthydemo:* Τὸ γὰρ σπάνιον, ὦ Εὐθύδημε, τίμιον· τὸ δὲ ὕδωρ ἀνώνατον, ἄριστον ὄν, ὡς ἔφη Πίνδαρος. Quod rarum Euthydeme, id honorandum. Aqua enim vilissimo pretio emitur, cùm res sit natura pretiosissima, ut ait Pindarus.

Quo tritior via est, eo est & tutior.) *Lucianus Encomio Demosthenis:* Τοῦτο δ', οἶμαι, ἔφη, σοὶ τόδε ἴσως ἔοικε μᾶλλον τοῖς καλουμένοις τραπεζωτάτην εἶναι τὴν ὁδὸν

ηδεσάτιον: At hoc, inquit, remedium fuerit: trita via tutissima est.

Quod corpori panis, menti eruditio est.) *Manuel Imp. cap.* LXXV. Ἄρτος σώματι τροφή, ψυχῇ μὲ μαθήσεις ἀγωγή: Vt panis alimentum est corpori, sic animi bona doctrina.

Quod fructuosum est, & bonũ putaveris.) *Vox vulgi, sed tamen falsa. Bene Tullius in Lælio cap.* XXI. Sed plerique neque in rebus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit; & amicos, tanquam pecudes, eos potissimum diligunt ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos, &c.

Quod quisque avet, quoque ilicet fingit sibi.) *Demosthenis Olynthiaca i.* Ῥᾷδον ἁπάντων ἐστὶν αὐτὸν ἐξαπατῆσαι· ὁ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος, καὶ οἴεται: Omnium est facillimum, seipsum decipere. quod enim quisque vult, id etiam sibi fingit.

Quodcunque licitum olim Iovi, hoc regi licet.) *Formatum ex tyranni dicto Herculis Furentis ver.* 489. Quod Iovi, hoc regi licet.

Quorum improbas opinionem, hos improbas.) *Non quidem omnino, sed ita suspicatur tamen vulgi opinio. Verba sunt Tyronis Tullii Ciceronis liberti, citata Gellio lib.* x. *Noct. Att. cap.* 1.

Quovis cibo parasitus perduci potest.) *Factum ex ver.* 18. *Plautino è Mostellaria Act.* IV. *sc.* 2.

Quovis die dominos opes mutant suos.) *Dictum D. Basilii, aliorumque.*

Quovis modo fas vincere adversarium.) *Pindaricum exprimere voluit:* Χρὴ δὲ πανὶ τρόπῳ τὸν ἐχθρὸν. quod ipsum, pulchrè explicat Aristides

Oratione

Oratione Platonica tertia, qui consulatur.

Rarissimè idem & verbis & factis valet.) *Puto velle, raram esse copulam hominis fortis & eloquentis, hoc est, haud sæpe utrumq; convenire in eundem.* M. *Antonius in Oratione funebri Iulii Cæsaris apud Dionem Cassium lib.* XLIV. Καίτοι χαλεπὸν μὲν, τὸ εἰκαλλέστατον εἶναι ἀνδρῶν ὄντα, καὶ τὸ εἰκωλάτατον· χαλεπὸν δὲ, ἰσχυρὸν μὲν τῷ σώματι, φρονιμώτατον δὲ τῷ βίῳ· παγχάλεπον δὲ, τὸ αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ἀποφέρεσθαι. Equidem difficile est eundem virum & pulchritudine corporis, & tolerãtia cæteris præstare, eundemque & corpore esse validissimo, & animo prudentissimo: difficilius etiam, eundem & sermone & actionibus pollere.

Rarò antecedit cognitionem adfectio.) *Vult, ut puto, rarò fieri, ut aliquem amemus, quem non ante cognitum habuerimus.*

Rarò vomit quicumq; crapulæ impensat.) *Iulianus Apostata in Misopogone:* Δεινὴ δέ τις ἐκ παιδὸς εἶχε με καὶ αὐτόκλητος ἀπάτη γαστρὶ πολεμεῖν ἐπιστεύσασα. ἐγὼ γοῦν ὅπως ἔφυν πολλῶν ἐμπίμπλασθαι σιτίων αὐτῇ, ὀλιγάκις οἶδα ἐμοὶ τῶν ἁπάντων ἐμέσαντι καὶ μέμνημαι αὐτὸ παθὼν ἐξότε Καῖσαρ ἐγενόμην ἅπαξ μόνον συμπεφόρημαι, καὶ οὐκ ἀπὸ συμποσίου μονῆς. Gravis quidã & stultus error iam inde à puero me induxit, ut ventri bellum facerem. Neque enim cum permitto epulis expleri. Itaque rarissimè omnium mihi contigit vomere: & memini id mihi accidisse ex quo Cæsar sum factus semel tantum, neque id cibi copia, sed casu.

Ratione rerum agendum est, non libidine.) *Totidem literis petitum ex Salviani libro* VIII. *de Gubernatione Dei.*

Re

Re commendetur, non auctoris nomine.) *Est ex præfatione lib. II. Fabularum Phædri.*

Rectè ordiare semper à tuo Lare.) *Proverbium Græcis tritissimum, de quo Erasmus Chiliade I. centuria* VIII. *Adagio* 83.

Regi nequit Respublica absque iniuria.) *Quare, videatur & apud D. Augustinum lib. II. de Civ. Dei, cap.* XXI.

Regna plurimi colunt, ipsos Reges paucissimi.) *Adgregandus erat Trochaicis. Cæterùm Reges non esse in pretio propter se, sed propter opes & potentiam, divinè ob oculos ponit D. Chrysostomus Homilia* VII. *in Epist. ad Colossenses, cuius oraculum petat, cui libitum est audire verum. Alluxit huic dicto Cicero lib. I. ad Quintum fratrem Epist. I.* Te autem alienum homi nem ament ex animo, ac non sui commodi causa simulent? Mihi quidem permagnum videtur, præsertim si iidem homines privatum non ferè quemquam, prætores semper omneis amant, &c.

Relinquit homines omnium ultimo Ambitus.) *Plutarchus in Catone minore cap.* XCV. Ἐπεὶ δὲ Μᾶρκος Ὀκτάβιος, ἀγὼν δύο τάγματα, σὺν ἡγεμόσι καὶ πρεσβευταῖς πεδ' αὑτὸν ἔχων, καὶ πέμψας ἠξίου τὸν Κάτωνα φίλον εἶναι ἀμφοτέροις εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἐκεῖνος μὲν οὐδὲν ἀπεκρίνατο, πρὸς δὲ τοὺς φίλους εἶπεν, Εἶτα θαυμάζομεν ὅτι καταλελύκασι τὰ πράγματα, τὴν φιλαρχίαν ὁρῶντες ἡμῶν ἐν ἅπασι τῷ ὅλῳ βεβηκυῖαν καὶ κρατοῦσαν; Quum M. Octavius cum duabus legionibus prope urbem consedisset, missisque legatis postularet à Catone ut statueret secum quatenus utriusque imperium esset: nihil illi respondit, sed ait ad amicos, Et miramur nos res concidisse nostras, quum ambitionem retinere

nos

nos in ipso videamus exitio?

Remedia sunt pro nullis, quæ adsunt serius.) *Desumptum ex Symmachi Epistolis.*

Rex Persa mensa & participat sua canes.) *Plutarchus lib.* VII. *Symposiacon Quæstione* 4. Οἰομένων δεῖν ἀεί τι καταλιπεῖν οἰκέταις ἀπὸ δείπνου, καὶ παισὶν οἰκετῶν. χαίρουσι γὰρ οὗτως λαμβάνοντες ὡς μεταλαμβάνοντες. διὸ καὶ τοὺς Περσῶν βασιλεῖς φασὶν οὐ μόνον φίλοις καὶ ἡγεμόσι καὶ σωματοφύλαξιν ἀποπέμπειν ἀεὶ μερίδας, ἀλλὰ καὶ τοῖς δούλων καὶ τῶν κυνῶν ἀεὶ δεῖπνον ἀπὸ τῆς ἐκείνων τραπέζης, ὡς ἀνυσὸν ἅπαντας οἷς ἐχρῶντο συνεσθίοντας ὁμοτραπέζους καὶ ὁμοεστίους. ἡμερούντων γὰρ τῇ δόσει μεταδόσει καὶ τὰ σκυθρωπότατα τῶν θηρίων. Nimirum semper aliquid censuerunt à cœna relinquendum servis & vernulis. gaudent enim communicatione hac magis, quàm alioquin accipiendo. Iccirco Persarum Reges, ut fertur, non amicis modò & proceribus ac stipatoribus solebant de cœna portiones mittere: sed semper servorum quoq; & canum cœna in ipsorum mensa proponebatur. cùm quantum omnino fieri poterat omnes quorũ utebantur opera, suæ mensæ facerẽt participes. nam cibi communicatione etiam ferissima circurantur animalia.

Rem feminarum vir natus malè attingas.) *Est è Phædri fabula num.* XLVII.

Rerum ministri puniendi atrocium.) *Sunt verba Taciti ex lib.* XIII. *Annalium cap.* 43.

Rebus omnibus pulcris saturitas adversaria est.) *Versus Trochaico similior.* At dere ipsa ita loquitur D. Nazianzenus *Epistola* CLXXIX. Ἐπεὶ τὰ ἐμὰ φορῶμαι τὸ κάλλος, ὡς τὸ ἡδὺ λυμαίνεται, καὶ πᾶσι ἐναντιούμενον τοῖς καλοῖς:

κακλοῖς: Deinde quia ſaturitatem ſuſpectam habeo, ut quæ ſuavitatem exſtinguat, & pulcris omnib. reb. adverſetur.

Rebus tuis paciſcere fortiorib.) *Accipiendum de pactis bellicis. Ariſtoteles lib. III. Rhetoricorum cap. 17. f.* Χρὴ δὲ τὰς διαλλαγὰς ποιεῖν σοῦ νοῦν ἐχόντας· οὕτω γὰρ ἂν μέγιστα πλεονεκτοῖεν. Opus eſt pactiones facere, qui mentem habent, cum proſpera fortuna utuntur: ſic enim fuerint optima conditione.

Livius libro XLII, *cap. 62.* Auſi ſunt quidam amicorum conſilium dare, ut ſecunda fortuna in conditione honeſtæ pacis uteretur, potius quàm ſpe vana evectus in caſum irrevocabilem ſe daret.

Retrahi nequitur quoquo progreſſa eſt ſemel.) *Citatur à Grammatico ex Plauti Sticho.*

Rex maximè regi mediam partem occupet.) *De Calano Gymnoſophiſta Plutarchus in vita Alexandri capite* CXIV. Τοῦτον δὲ λέγεται τὸ παράδειγμα τῆς ἀρχῆς τῷ Ἀλεξάνδρῳ ποιήσασθαι. καταβαλὼν γὰρ ἐν μέσῳ βύρσαν πρὸς ξηρὸν καὶ κατοπλήξας, ἐπὶ τοῦτο τὸ ἄκρον· ἡ δὲ, εἰς ἓν πιεσθεῖσα, τοῖς ἄλλοις ἐπήρθη μέρεσιν. καὶ τοῦτο πολλαχοῦ ἐν κύκλῳ καὶ πολλῶν, καθ' ἕκαστον ἐδείκνυεν γιγνόμενον, ἄχρι οὗ τὸ μέσον ὑπιὼν κατέσχεν, καὶ πάντα ὅτως ἠρέμησεν. ἐβούλετο δὲ ἡ εἰκὼν ἔνδειξις εἶναι τοῦ μέσα δεῖν μᾶλλον τῆς ἀρχῆς πολλῶν, καὶ μὴ μακρὰν ἀποπλανᾶσθαι τὸν Ἀλεξάνδρον. Hunc referunt exemplum imperii ſui Alexandro ob oculos poſuiſſe. Corium in medium coniecit ſiccum & retorridum, cuius oram calçavit. Id uno loco preſſum cæteris partibus extulit ſe. Idem circulans undique & pedibus ſtringens in quaque parte oſtendit evenire: quoad medium pedibus occupavit, tunc

omnes

omnes partes quievere. Ea imagine significavit media regni maximè premenda, neque procul ab iis vagandum Alexandro esse.

Regis nocet morbus magis quàm civium.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XLI. ψυχὴ καὶ ζῶμα ὁ ἄνθρωπος, τὸ μὲν αἰτιῶ ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον, ὡς ἐν πόλει ἄρχων καὶ ἀρχόμενος. καὶ ἔστι καὶ ὁ ἄρχων, πόλεως μέρος, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, παραπλησίως. πότερον δὴ τῶν μερῶν τούτων περίπονον καὶ νοσῶδες, λυμαίνεται τῇ πόλει; νοσείτω δῆμος ἐν δημοκρατίᾳ ἀλλὰ Περικλῆς ὑγιαίνων, ἄρχων ἀγαθὸς, ἐπανορθοῖ τὴν τοῦ δήμου νόσον. νοσείτω συνεσκευασμένοις Διονύσιος τυραννικῷ νόσῳ· ἀλλ' ὁ δῆμος ὑγιαίνων ἐξαρθενεῖ πρὸς τὴν ζωτικίαν. Homo totus anima & corpus est; illa imperat, hoc paret: ut in urbe interdum magistratus, interdum populus. Non minus autem urbis pars est qui paret quàm qui imperat. Vtrius vero morbus plus urbi nocet? Laboret in statu populari populus, rectè valeat Pericles, imperator optimus, facilè hunc populi morbum curabit.

Laboret Syracusis morbo tyrannico Dionysius, populus tametsi valeat rei conservandæ par non est futurus.

Regem ô beatum mortuos qui consulit!) *Id est qui veterum lectione delectatur, & cum eis quotidie versatur qui absque adfectu verum dicunt. De Zenone Citiæo refertur, quod consulenti Oraculum de vitæ ratione, quomodo felix evaderet, responsum fuerit:* Εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς, *si cum mortuis commercium haberet, refert in vita eius Laertius.*

Rumori-

Rumoribus ſervi ulciſcuntur balthea.) *Factum ex Iuvenalis vocabulis Satyræ* X. *ver.* 112.

Sacrum an profanum habeas, parvi hodie penditur.) *Legitur inter fragmenta Plautina.*

Sæpe ad perniciem agi ſolet ſinceritas.) *Petitum à Phædro, qui videatur fabula* LXXI.

Sæpe efferatur ipſus in rabiem dolor.) *Petronius in Satyrico*: Gyton præcipuè ex dolore in rabiẽ efferatus, tollit clamorem.

Sæpe eſt metus, non indolis, modeſtia.) *Poteſt accipi de ſervis, de liberis, qui malo abſtinent, non bonitate naturæ, ſed formidine pœnæ.*

Salſa litant qui tuta non habent molâ.) *Plinius præfatione hiſtoriæ naturalis*: Verùm & Diis lactè ruſtici multæque gentes ſupplicant, & mola tantum ſalſa litant qui non habent tura: nec ulli fuit vitio, Deos colere quoquo modo poſſet.

Sanè timet legem Imperator Iuliam.) *Natum apparet ex dicto Neronis, cuius ſic meminit Tranquillus in vita eius, cap.* XXXIII. Britannicum non minus æmulatione vocis, quæ illi iucundior ſuppetebat, quàm metu, ne quando apud hominum gratiã paterna memoria prævaleret, veneno aggreſſus eſt. Quod acceptum à quadam Locuſta venenariorum indice, cùm opinione tardius cederet, ventre modò Britannici moto: accerſitam mulierem ſua manu verberavit, arguens pro veneno remedium dediſſe. Excauſantique minus datum, ad occultandam facinoris invidiam: Sanè, inquit, legem Iuliam timeo: coegitque ſe coram in cubiculo quàm poſſet velociſſimum ac præſentaneum coquere. Deinde iuhærdo expertus, poſtquam is quinque horas protraxit:

iterum

iterum ac sæpius recoctum, porcello objecit. Quo statim exanimato, inferri in triclinium, dariq; cœnanti secum Britannico imperavit.

Sapiens futuris iam modò adsuescit malis.) *Seneca Epistola* LXXVI. Hominem paravi ad humana. præcogitati mali mollis ictus venit. At stultis & fortunæ cæcis omnibus omnis videtur nova rerum & inopinata facies. Magna autem pars est apud imperitos mali, novitas. Hoc ut scias, ea quæ putaverunt aspera, cum assuevere, patiuntur. Ideo sapiens assuescit futuris malis: & quæ alii diu patiendo levia faciunt, hic levia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium: Nesciebam hoc mihi restare. Sapiens scit sibi omnia restare. quicquid factum est, dicit sciebam.

Sapiens reponit omnem in seipso spem sui.) *Voces sunt Ciceronis ex libro* V. *Tusculan. quæstion. capite* 12. *f.*

Sapientia aliud nil ipsa est quàm felicitas.) *Plato in Eutydemo*: Ἡ σοφία ἄρα πάντα χοῦ δ' τυχεῖν ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους. ἔ γὲ δή που ἁμαρτάνοι γ' ἂν ποτέ τις σοφίας, ἀλλ' ἀνάγκη ὀρθῶς πράττειν καὶ τυγχάνειν. ἢ γὲ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη. Συνωμολογησάμεθα πολλάκις τῶν τε ἄλλ' ὅπως ἐν κεφαλαίῳ ἑνὶ φράσω τὸ ἔχειν. σοφίας παρούσης, ὅτου ἂν πάρῃ, μηδὲν προσδεῖσθαι εὐτυχίας. Sapientia igitur omnibus humanis in rebus, inquam, felices nos efficit. Neque enim aberrat unquam, nec fallitur sapientia, sed rectè opus peragit assequiturque, alioquin ne sapientia quidem sit. Convenimus tandem nescio quomodo ut in summa diceremus, sapientia præsente felicitate nihil esse opus.

Scientiam ingenio ac labore compares.] *De Ba-*

filio Magno D. Nazianzenus Oratione XX. Σπουδὴ γὰρ ἀΦυᾶς συνέδραμεν, ἐξ ὧν ἄπιστόν τι καὶ τέχνας τὸ κρᾶτος ἔχουσιν. ἤκισα μὲν τάχους Φύσεως ἀπὸ τόνου λεόμενος· ἤκισα δὲ τόνου, ἀπὸ τάχους. ἀμΦότερα συλλαβὼν, καὶ εἰς ἓν ἀγαγὼν, ὡς τε ἄδηλον εἶναι πότερα τούτων ἐκεῖνος θαυμασιώτερος. Ad ingenii acrimoniam ſtudium accedebat: ex quibus imperium artibus ſcientiisque comparatur, Qui cùm celeritate naturæ propter laborem & contentionē minimè opus haberet, quemadmodū nec labore propter ingenii magnitudinem: ſic tamen utrumque conjunxerat, ut non ſatis liqueret, utro nomine admirabilior eſſet.

Scandunt eodē quo Dominus Minæ ac Timor.) *Depromptum ex Horatii lib. III. Oda. I.*

Se damnat ipſe: & ex, malos qui promovet.] *Verba ſunt Imperatoris Baſilii è capite* XXXIII. *iam ſupra producta. Sed & idem priſſimè ſuggerit capite* XLIV. Οὐχ οὕτως ἁμαρτάνει ὁ ἀδικῶν, ὡς ὁ τὴν ἀδικίαν ἀπὸ χωρῶν. ὅταν οὖν σοι προσέλθῃ ἀδικηθείς, μὴ ἐπιτρίβῃς αὐτῷ τὴν συμφοράν, ἵνα μὴ χώραν δῶς τοῖς βουλομένοις ἀδικεῖν· ὁ γὰρ ἠδικημένος ὅτι σὲ μόνῳ τὰς ἐλπίδας σαλεύει, καὶ σὲ τῆς ἀδικίας ἐκδικητὴν προσκαλούμενος, τὸν ἠδικηκότα κωλύει. πάντως δὲ χρεὼν ἀπὸ σοῦ τὸ προσελθὸν δικαιωθῆναι, ἐπεὶ δίκαιον τὴν ἀδικίαν ἀνασκαλῦναι· εἰ δὲ αὐτὸς τὴν ἀδικίαν ἀπὸ χωρήσας τῷ ἀδικοῦντι, τὸν ἠδικημένον ἐπιτρίβῃς, καὶ λιμὸς μόνος τὸν ἠδικηκότα ἀμύνεσθαι, τῆς δίκης μηδένα ποιήσεις λόγον, πῶς ὁ δειλαιος ἐκεῖνος ἐπὶ καλῷ Φυγεῖν ἐλπίσει; ἀπὸ δὲ τίνος ἐπολήψεται τὸν ἐκδίκησιν, εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ, ὃς καὶ σὲ τῆς ἀμελείας ἀπαιτήσει τὰς δίκας; δικαίωσον οὖν τὸν ἠδικημένον, καὶ ἀμύνου σὺ ἀδικηθέντα, ἵνα μὴ δι' ὧν παρορᾷς, δόξῃς καὶ αὐτὸς τοῖς

ἀδικοῦσι

ἀδικοῦσι συναδικεῖν, καὶ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων σεαυτὸν ὑπαίτιον καθίστησι. Reprehendi gravius meretur, qui sciens iniuriam fieri sinit, cùm prohibere possit, quàm qui ipse iniuriam facit. Cùm ergo ad te accedet qui iniuriam passus erit, vide ne querimoniam & afflictionem eius contemnas, ne occasionem des eis qui aliis iniuriam facere parati erunt. Qui enim læsus iniuria est, à tua solius spe dependet, & te qui vindicare debes illatam iniuriam violatori suo opponens, persequitur eum à quo iniuria violatus est. Oportet ergo supplicem, qui apud te conqueritur, ius suum obtinere: ius enim est, ut omnis iniuria compescatur. Si vero iniuriæ connivebis, & eum qui læsus erit despiçies, eum autẽ qui fecerit inultum abire sines, tu qui solus vindicare & debes & potes, quid reliquũ spei erit misero illi quo confugere valeat? & à quo amplius vindictam expectabit, nisi à Deo, qui à te rationem iniuriæ neglectæ reposcet. Ius igitur reddito ei qui iniuriam passus est, & iniuriæ authorem pro merito vindicato, ne conniventia tua videaris cum iniuriam facientibus ipse quoque iniuriam facere, & alienæ iniuriæ te ipsum reum instituere.

Se melior est duplo, hostẽ qui vicit semel.] *Quia & vires sibi augentur successu fausto, & adversarii robur tantum non ad eum transfugit. Verè igitur Divus Nazianzenus Oratione* ϛηλιτευτικ. *11. in Iulianum:* Ἱκανὸν γὰρ τὸ πεφυσλαβεῖν εὐημερίας, καὶ σὲ ϛιν ἐλπίδα βεβαίου μέλλοντος. Felix quispiam successus eam vim habet, ut spem quoque lætam futuri afferat.

Se nemo sanat alterum qui vulnerat.] *Verba sunt D. Ambrosii è libro 11. Hexameron, ut puto.*

Se quoque afficit, alium quisquis contumelia afficit.) Καὶ τοῦτο ἐκ μέρους ἴσασιν οἱ πολλοί. ὡς ὅταν λέγωσι πρὸς ἀλλήλους, ἄγωμεν ἐντεῦθεν, μὴ ὑβρίσῃ σαυτόν: Et hoc ex parte sciunt multi: ut quando dicũt inter se, Hinc discedamus ne te ipsum afficias contumelia. *inquit Divus Chrysostomus Homilia* XXV. *ad Hebræos.*

Se proditores primos vendunt omnium.) *Tale quid scriptum Plutarchus in vita Demetrii.*

Se vindicare nemo nolens cogitur.) *Voces Declamatoris alicuius apud Senecam in Epitom. Controvers.*

Sectata non est unquam fucum veritas.) *Petitum est ex Arnobii libro I. Adversus gentes.*

Secundiora respuunt silentium.) *Ennodius libro* VII. *Epistola 16.* Solet prosperorum indicia dispergere sermonis iucunda festivitas: dũ quidquid boni facundis accesserit, germana gaudiorum per populos voce discurrit. Facilius est ignem in pyras animatum lingua comprimere, quàm silentium inter optata servare. Humanitatis lex est & maturæ imperium hilaritatem mentis, opibus scriptionis effluere, emanant enim vel si arcentur secunda conclavibus.

Securius nil uspiam innocentia.) *Quintilianus Declamatione I. pro Cæco:* Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia; quàm etiam extra suspicionem sit res sine usu. Innocentia facit, ut ferrum subtrahi possit etiam videnti. *Flavius Iosephus libro II. Antiqu. Iudaic. cap. 3. de Iacobi liberis suspectis scyphi subducti.* Τῆς μὲν τοι γε ἀρνήσεως ἀξιοπίστου ὄντες τῷ ἔργῳ, σκέλλον, ταύτῃ

ἡμῶν

ἀξιῶσιν. κἂν ἀρεχθῇ τὶς ὑφημμένῳ, ἅπαντας κολάζειν. οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς συνειδότες, ἦγον παῤῥησίαν ὡς ἐδόκουν ἀνίνδυνον. Certiorem tamen rati inquisitionē quàm negationem, iubent eos scrutari sarcinas: nec recusabant universi pœnas dare, si unus aliquis ex ipsis in furto deprehenderetur. tanta erat securitas & innocentiæ fiducia.

Semper labor sumptusque adest virtutibus.) *Id est nunquam coluntur sine labore atque impendio. est sententia Pindarica: quam mirè illustrant isthæc Senecæ lib.* IV. *de Beneficiis capite principe*: Inveniuntur qui honesta in mercedem colant, quibusque non placeat virtus gratuita: quæ nihil habet in se magnificum, si quicquam habet venale. Quid enim est turpius, quàm aliquem computare, quanti vir bonus sit: cùm virtus nec lucro invitetur nec absterreatur damno, adeoque neminem spe ac pollicitatione corrumpat, ut cuncta in se impendere iubeat, ac sæpius in ultro tributis sit? Calcatis utilitatibus ad illam eundum est quocunque vocavit, quocunque misit, sine respectu rei familiaris, interdum etiam sine ulla sanguinis sui parsimonia vadendum, nec unquam imperium eius detrectandum. Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate fecero? Quod feceris. Nihil tibi extra promittitur: si quid fortè obvenerit commodi, inter accessiones numerabis. Rerum honestarum pretium in ipsis est.

Semper locum relinque pœnitentiæ.) *Ut ille fecit, qui iussus occidere Crœsum, abscondidit, &c. Sed & apud Livium libro* XLIV. *cap.* X. *legimus*: Perseus tandem pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto

animo, malle imperijs ſuis non obtemperatum eſſe; cùm trepidans gazam in mare deijci Pellæ, Theſſalonicæ navalia juſſerat incendi. *Andronicus* Theſſalonicam miſſus traxerat tempus, id ipſum quod accidit, pœnitentiæ relinquens locum. incautior Nicias proijciendo pecuniæ partẽ quod fuerat nactus. *Verùm hæreo, an iſti individuo accommodãdus veniat verſus, & non potius velit generaliter, nunquam ferè utendum pœna ſi ſperatur pœnitentia. quandoquidem iuxta Senecam:* Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens. *Videatur elegans locus, quiq; hunc proprie facit apud Arrianum ſub finem libri VIII. de Expeditionibus Alexandri Magni.*

Semper mage homines illa quæ abſunt quærimus) *Salvianus libro 1. de Gubernatione Dei:* Vſitatum hoc humanæ mentis eſt vitium, cùm intueatur illa magis ſemper velle, quæ deſunt: & quia, ut ille ait, Aliena nobis, noſtra plus alijs placent.

Semper manet liber, necem qui deſpicit.) *Quia neminem prohibere poſſumus, ne ſibi mortem inferat. præclarè Senecæ Thebais verſu 146:*

——morte prohiberi haud queo.
Ferrum negabis? noxias lapſo vias
Cludes? & arctis colla laqueis inſeri
Prohibebis? herbas, quæ ferunt lethum, auferes?
Quid iſta tandem cura proficiet tua?
Vbique mors eſt. optimè hoc cavit Deus:
Eripere vitam nemo non homini poteſt;
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

Semper nolet, an ratio non ſua eſt, pudor.) *Idipſum excellenter probat toto libello ſuo Plutarchus.*

Semper

Semper naturæ cum virtute convenit) *ſumptum è Tullii libro* III. *de Officiis, cap. 3. m.*

Semper ſimultas inter eſt conterminos.) *Vicinia enim mille quotidie ſufficiat occaſiones inimicitiarum. Exempla paſſim obvia; inveniasq; apud Salluſtium Iugurthinæ cap.* LXXIX. *Diodorum Siculum libro* XI. *Bibliothecæ cap. 79. libr.* XII. *cap. 59. & 82. Tacitum libro* II. *Annal cap. 44. libr.* XII. *cap. 28. libro 1. Hiſtoriarum cap. 65. libr.* V. *Hiſtoriar. cap. 1. f. Plutarchum in vita Demoſthenis cap.* XXIV. *f. Demetri. cap.* VI. *p. Iuvenalem Satira* XV, *Ammianum libro* XXVIII. *cap. 30. p. Caſſiodorum libro* II. *Variarum, form. 16. a f. aliosq;, quos ſubnecterem, ſi etiam libri eorum diſtincta eſſent capitulis, aut interſectionibus minutis. quid enim inanius, quàm ſi lectorem remittam ad librum integrum decem, viginti plurimumve foliorum? nemini certè ita vacat à re ſua, ut tot paginas evolvat niſi ob rem momenti ſummi. Itaque ſpero apud neminem malè ideo me auditurum, quod me auctore aut ſuaſore Typographi inſignierint, quaſi paragraphis aut ſegmentis, Tacitum, Salluſtium, Panegyricos, Livium, Cæſarem, Herodotum, Polybium, Diodorum, Velleium, Spartianum, Lampridium, Marcellinum, Hiſtoriam miſcellam aliosq;. Idem præterea iam præſtiti in Ciceronis, in Plutarchi monumentis, paullo poſt publicandis; quemadmodum item in Iuſtino, in Curtio, in Halicarnaſſæo, Herodiano Xenophonte, Thucydide, Demoſthene, Iſocrate, Platone cæteriſque Græcis; qui tamen Græci eo minus invenient, à quibus excudantur ob Cæſareum privilegium, quo munita eſt editio quæq; melior.*

Semper timetur Rex usus mendacio.) *Quidni? semel malus, semper præsumitur malus. quare auscultent celsæ potentiæ Imperatori Basilio, sic instruenti filium cap.* XXIX. Ἀληθῆ λόγον σὲ πλείστου ποιοῦ, καὶ αὐτὸν ἔχειν καὶ ἑτέρους σοῦ ἔχοντας οἰκεῖσθαι, οὕτω γὰρ βέβαιός τε εἶναι δόξεις. πρὸς ἅπαντά σου τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, καὶ αὐτὸ πιστὸν καὶ βεβαίαν τὴν εἰς σὲ φιλίαν διαφυλάξεις· εἰ γὰρ ψευδέσι λόγοις χρῆσθαι ὑποπτεύσῃς καὶ βασιλεύειν κατηξιώθης, ἀλλ' ἀναξία τῆς τοιαύτης ἀξίας διαπραττόμενος ἐλεγχθεὶς, καὶ φοβερὸς σοῖς χερσὶ καὶ πεπραγμένους σοὶ πάντας εἶναι φοβοποιήσεις. ὅπου γὰρ ἀπὸ τῆς ἀληθείας λόγος τὸν κεκτημένον ἄνδρα πολὺ τῶν ἀπειροζώντων, τοσοῦτον ὀφελός τε καὶ ὑφαλὸς ἕπεται τοῖς δέουσι μισεῖσθαι πολὺ διαφοροποιήσει. Maximi pendito & veracem te esse in sermone, & veraces homines in familiaritatem admittere: ita enim firmus & constans in omnibus & factis & dictis æstimaberis, & veram ac non suspectam tuorum erga te benevolentiam retinebis: Si autem vanitatis & mendacitatis in suspicionem veneris, indigna facere imperatoria Majestate, qua auctus es, convinceris, efficieſque ut subjecti semper formidolosi, rerumque omnium incerti & titubantes vacillent. quantum enim veritatis oratio amabilē hominem reddit, tantum mendacii deprensa, aut etiam suspecta, odiosum qui ea etitur facit.

Semper tyrannos proximè sedent mali.) *Plutarchus libro adversus Stoicos cap. 24.* Οἱ τύραννοι τοῖς κακοῖς πλησίον διδοῦσι: Tyranni solent priorē in consessu locum malis tribuere.

Semper tyrannus à viris nudis perit.) *Id est, non armatis. obtruncatur enim ferè ab amicis intimis, à cogna-*

cognatis ſanguine proximis. Unde argutè Libanius communi loco pro Tyrannicida: Ὁ δὲ τὸν τυράννου σφαγεὺς ὅσῳ μετὰ κινδύνων τὴν εὔνοιαν δεικνύει, τοσούτῳ μείζοσι καὶ σημείοις τιμᾶται τῆς δωρεᾶς· καὶ πολλῷ μᾶλλον, τῶν ἐν πολέμῳ τὸ ἐργαζομένων. Διὰ τί; ὅτι τοῖς μὲν ἐκεῖνο ποιοῦσι καὶ δι' ἑτέρους συνεργαζόντων, ἔστιν ἀφορμὴ βοήθεια· κἂν μικρόν τι τῶν ἄλλων διενέγκῃ, τῶν κοινῶν πόνων καὶ δόξαν λαβεῖν ἔγνωκε. καὶ τις ἤδη τῶν παρεστηκότων φερόμενον ἐπ' αὐτὸν ἀπέστρεψε βέλος. τοῖς δὲ, τοῦτο μὲν ἔστι καὶ κράνος, καὶ ἀσπὶς καὶ δόρυ, καὶ κνημῖδες, καὶ ξίφος. ὁ δὲ ἐπὶ τὸν τύραννον ἐρχόμενος ἀφνιδίως τῷ λανθάνοντι πίστιν μόνῳ· δεῖ γὰρ εἶναι τἆλλα γυμνὸν, εἰ μέλλει τι δράσειν ἐκ τοῦ μὴ σπουδὴν τὴν γνώμην. εἰ δὲ τὸ μόνον ἐν μέσῳ τοσούτων ὁπλιτῶν τρέφεσθαι, μεῖζον τοῦ μετὰ φάλαγγος ὁρμαῖν, στεμνότερος δὲ χρυσείας, ἢ τοῦ τυράννου σφαγή. Qui verò Tyrannum occidit, quanto maiorem cum vitæ periculo benevolentiam oſtendit; tanto quoq; majoribus donis decoretur: idque multo magis, quàm qui idem in bello præſtiterunt. quamobrem? quia hoc agentibus ſuppetiæ feruntur à commilitonibus: & quamvis parum admodum quis præſtet aliis, communium tamen laborum gloriam referet. Aliquis etiam eorum qui adſunt telum iam in ipſum directum, averterit. Accedit, quod huic quidem eſt galea & clypeus & haſta & ocreæ & enſis. At is qui Tyrannum adoritur ſubito, ſoli gladio latenti confidit. Siquidem cetera nudum eſſe oportet, ſi quid exequi cogitet, ita ut non promulgetur conſilium. Quòd ſi unum in medio tot amatorum verſari, maius eſt quàm cũ caterva irruere, Tyranni cædes cuivis rei ſtrenuè geſtæ præponderat.

Senes minimè tentantur peſtilentia.) *Rationem*

invenies apud medicos, etiam Plinium libro VII. *Natur. Historiæ cap. 50.*

(Sensus justitiæ esse non quit, si nō sunt injuriæ.) *Rationes quærantur etiam à Gellio lib.* VI. *Noct. Atticarum cap. 1.*

Sensus mali, mali est & emendatio.) *Manuel Imperator cap.* LXXXVI. τοῖς μὲν γὰρ ὡς ἔπυχε φερομένοις, καὶ τὰ ἀναρμάλιξα πλοῖα, καὶ ζῶσιν ἐν φαυλότητι ὥσπερ ἐν χρηστότητι, καὶ ἡδομένοις τῷ πράγματι, οὐδ' ἐν ἐλπίσι κείσεται τῶν κακῶν ἡ διόρθωσις· ὁ δὲ λογισμοῖς ἡγουμένῳ, κἂν ἁμαρτῇ, ἀνάγκαις πάσαις αἰδήσεται τοῦ δεινοῦ, ὅπερ ἀρχὴ διορθώσεως. Qui temerè feruntur, instar navium instrumento suo carentium; quique vitiosè viventes, bene vivere videri volunt, eaque re delectantur his ne speranda quidem malorum emendatio. Qui verò rationis præceptionibus regitur; etiamsi peccet, malum tamen ipsum necessariò sentiet; id quod emendationis est initium.

Sentire aliud quàm dicere, est mendacium.) *Ergo mentitur qui simulat aut dissimulat, neq; id factum pro virtute habendum, ut quibusdam videtur. in quos iustis armis pugnavimus ad illud Taciti libro* VI. *Annalium cap. 71.* Nullam æquè liberius, ut rebatur, ex virtutibus suis, quàm dissimulationem diligebat.

Sermonis est nutrix item silentium.) *Ennodius libro* VIII. *Epistola 3.* Post unam epistolam, quam victus crebris scriptionibus emisisti, in continua taciturnitate perduras; & credo necessitate non studio, servas Philosophiam nil dicendi: non respiciens veteres, ut loquerentur melius in præsentia nil locutos

locutos, & illam silentij curam nutricem fuisse sermonis

Sermone blando & mentem adulteres bonam.) *Inde Orator Lysias ducit argumentum in Eratosthenis cæde:* ὁ νομοθέτης τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας. τὸν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω· τοῖς δὲ διπλοῦν ἐποίησε τὸν βλάβην· ἡγούμενος τοὺς μὲν μισεῖσθαι τοὺς ἁρπαζομένης βίᾳ ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πείσαντας, ὅτως αἰσχίους τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστε οἰκοτέρους αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας, ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὸν οἰκίαν γενέσθαι.

Legislator eos qui vim afferunt, levius supplicium mereri censuit, quàm qui blanditijs persuadent. hos enim capitis damnavit, illos duplex damnum luere voluit. Nempe quod ita secum ratiocinaretur: eos qui per vim id perpetrant, ab illis quibus vis illata sit odio haberi: at qui persuaserint, ita eorum animos corrumpere, ut sibi magis amicas reddant alienas uxores, quàm sint maritis; & tota familia in illorum sit potestate.

Sermone multo magna virtus pascitur.) *Translatum ex dicto Pindarico.*

Sermone quæ peccamus, re ipsa pendimus.) *Simocatta Epistola* LXVII. Ἐθίζῃς τοὺς ὅρκους ὡς λάχανα, καὶ σχοίνους ὀδόντων εἶναι σοι δοκεῖ τὸ τελούμενον· καὶ τοῖς ἐγκαλουσιν ἀνθιφθέγγῃ παμπόνηρε, Ἡ γλῶσσ' ὁμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος· ἀλλ' οὐκ εἰδὼς, ἀχαλίνωτον γλῶτταν, μείζονα τοῦ πλημμελήματος εἰς παρρησίαν τὴν πόλασιν. ἃ γὰρ λόγοις ἁμαρτάνομεν, ἔργοις τὴν παιδείαν ὑφέξομεν. Iuramenta devoras velut holera, & si dentes composueris innumerato

numerato

numerato rem habere putas. adhæc expostulantibus de hac re tecum, obloqueris, lingua iuravi, mẽtem iniuratam gero: non sciens infrenem linguam, maiorem peccati subituram castigationem. Quæ enim sermone peccamus, re vera luemus.

Serpentium morsus serpentem haud appetit.) *Ita asserit Plinius præfatione lib.* VII. *Natur. Hist. adplicabimus nobis; & peiores dicemus esse feris illis animantibus homines qui mutuò in se sæviunt.*

Servare depositum, est servare rem sacram.) *Lex divina, interprete Iosepho libro* IV. *cap.* 8. Παρακαταθήκην δὲ ὥσπερ ἱερόν τι θεῖον χρῆμα ὁ θεὸς λαβών, φυλακῆς ἀξιούτω. καὶ μηδεὶς ἀποστερῆσαι σωθεὶς τὸ πεπιστευμένον, μήτε ἀνὴρ, μήτε γυνή. μηδ' εἰ χρυσὸν ἄπορον μέλλοι κερδαίνειν καθ' ὁρκων τῷ μηδένα εἶναι τὸν ἐξελέγχοντα. καθ' ὅλου μὲν γὰρ τὸ σωτήριον ἐπισάμενον τὸ αὐτὸ συνοῖσον ἔκαστον δεῖ πράττειν. καὶ μάρτυς ἀρκούμενον αὐτῷ πάντα ποιείτω ἃ παρ' ἄλλων ἔπαινον αὐτῷ παρέξει. μάλιστα γὰρ τὸν θεὸν οὐ δύναται πονηρὸς ὢν λανθάνειν. εἰ γὰρ μηδὲν ἐπίδοιμι τὸν ὁρῶν ὁ πιστευθεὶς ἀπολέσειεν, ἀφικόμενον ἐπὶ σοῦ ἐπαὶ κελεύοις, ὀμνύτω τὸν θεὸν, ὅτι μηδὲν προσῆκε τὸν αὐτοῦ βλάψειν ἀπόλοιτο καὶ κακίαν, οὐδὲ χρησάμενον τινι μέρει αὐτῶς, καὶ οὕτως ἀνεπαίσχυντον αἰτείτω. χρησάμενον δὲ κἂν ἐλαχίστῳ μέρει τὸ πεπιστευμένων ἀπολέσας τύχη, τὰ λοιπὰ πάντ' οἷς ἔλαβεν ἀποδοῦναι καὶ γνώσθω. Depositum tanquam rem sacram qui accepit, diligenter custodiat, & nemo eius commissorem fraudare sustineat, neque vir, neque mulier, etiam si nemine coarguente ingentem auri vim lucrifacturus sit. in universum enim danda est opera ut sua cuique conscientia sana sit, & huic testi approbari satis est quicquid laudem meretur apud homines. Præcipuus

autem

autem Dei respectus habendus est, quem nemo malus unquam potest fallere, quòd si absque dolo malo cui commissum est id perdiderit, accedens ad septem illos iudices, iurejurando Deum testem faciat, quòd nihil sua voluntate aut malitia sit perditum, nec usum se parte depositi, atq; ita absolutus abeat, quod si vel minimâ commissorum parte usus post perdiderit, ad redhibendum quod accepit, in solidum condemnetur.

Servat suam ferrum naturam in ignibus.) *Usurpatur a Theologo Oratione* XX. *in laudem Basilii magni, accommodatque viro qui nullis succumbat minis periculisve.*

Servile prorsum est excusare se omnibus.) *Plutarchus libro de audiendis poetis cap.* XLVII. Τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀπολογεῖσθαι, δεδουλωμένον, καὶ σὸκ ἀξιωματικόν: τὸ δὲ πάντων καταφρονεῖν, ὑπερήφανον καὶ ἀνόητον: Servile est omnibus se velle purgare: omnes autem despicere, superbi est & imprudentis.

Servit magis paterfamilias quàm imperat.) *Imò iuxta proverbium Græcum,* Dominus totius familiæ verè maximus est servus: *quemadmodum & omnis magistratus pluribus subiacet oneribus quàm promiscuum vulgus. de quo sic Aristides Oratione* I *pro Quatuor viris.* Εἰ μὲν γὰρ ἅπαντα ταῦτ' ἡμῖν ἐστὶ δημηγορία, καὶ νόμους θεῖναι, καὶ πολιτείαν καταστῆσαι, καὶ στρατηγὸν ἄρξαι καὶ ἀρχὴν ἐπέτειον ἐν πόλει, καὶ ποτὲ μὲν βουλεύσασθαι, ποτὲ δὲ πρᾶξαι, πρεσβείαν πρεσβεύσασθαι, δικαίοις δίκας, παρανόμοις αὖ οὕτω τύχη κοσμῆσαι· λέγω σωτηρίων ἅπασαν πρᾶξιν καὶ πρόσοδον, εἰ δημηγορίαν καὶ ὑπηρεσίαν χρὴ καλεῖν, οἷον δὴ καὶ βασιλείαν αὖ τινὲς, καὶ λιμαγχίαν ἅπασαν, καὶ ἔτι γ' εἰ βούλει πρότερον οἰκίας ἄρχοντα

μὴ

μὴ ἄρχειν μᾶλλον ἢ δουλεύειν· καὶ τὸ ξ κωμῳδοποιοῦ βέβαίως καὶ παγίως ἔχει, ὡς ἄρ' εἰς εἴη τ οἰκίας δοῦλος ὁ δεσπότης. Etenim si hæc omnia pro ministerio erunt habenda, leges ferre, Remp. constituere, exercitui imperare, magistratum annuũ in Vrbe gerere, consulere aliorum saluti, præsidere, legationes obire, de iure respondere, publicos conventus, si sit opus, decorare: denique si omnis actio atq; præfectura ministerium vocabitur ac servitiũ, atque adeò regnum ipsum, & omnis principatus: atque etiam paterfamilias ipse non imperabit potius quàm serviet, & rectè dixerit Comicus, unum esse familiæ servum, dominum.

Si bos ferit cornu, bubulcus plectitor.) *Ergo & magistratus, si petulantiam plebis sibi commissæ non coercuit, &c. Libanius in Chrius.* Βοὸς ἢν ὅταν κερατίῃ, πότερα τ βουθλον ἢ ἐκεῖνον μεμφόμεθα; πῶλος δὲ ὅταν ἀτακτῇ, πότερον ἐκεῖνον, ἢ τὸν ἱππέα κακίζομεν; φρονιζέτω ἢν καὶ τ τῶν ναυτῶν ἀρετῆς ὁ κυβερνήτης, ὡς αὐτὸς ὑφέξων λόγον ὧν αὐτοὶ σφάλλωσιν· ὥσπερ γὰρ ὑπὶ τ λοχαγῶν τὰ τ ἐπομένων ἐγκλήματα βαδίζει· τὰ γὰρ ἐκείνων ἁμάρτηματα τ πρωτέων τοῖς σφαλιώτοις ὄρος· οὕτω καὶ τὴν αἰτίαν τ ἁμαρτανομένων τοῖς νέοις, ὑπὶ τὴν τ παιδαγωγοῦ κεφαλὴν δικαίως ἀναφερεῖν ἅπαντες. Bos si cornu petat, utrum huic an bubulco potius succenseamus? Si equus improbus videtur, eumne an potius agitatorem accusamus? Ipse etiam gubernator videat, nautæ an strenui sint, sibique sciat rationem eorum quæ deliquerint reddendam esse. Vt enim in eos qui primos pilos ducunt, crimina sequentium redundãt: horum enim, quid facere milites oporteat, nutus definit: ita & puerilium pec-

cato-

catorum culpam, omnes meritò in caput custodis impegerint.

Si ceteris coli vis, ipse te coe.) *Nemo enim ab aliis contemnitur qui non antea ipse se contempserat, ut loquitur Plinius Panegyrico in Traianum. Cæterùm verba similia sententiæ huic semel iterumque inculcavit Basilius Magnus in sermone Ascetico.*

Servi esse heris solent utibiles qui timent.) *Petitum è Plauti Menæchmis actu* v. *sc.* 6. *vers. vigesimo tertio.*

Si dives es, bene audies, licet malus) *Iste versus, ut & paulò post sequens est à paræmiis Græcanicis. videatur Theognis versu* 1113.

Si deficit fides, oratio perit.) *voces D. Augustini ex serm.* XXXVI.

Si flere misero non licet, flendum est magis.) *Verba Declamatoris cuiusdam apud Senecam libro* III. *controv.* 8. *p.*

Si summus est dolor, necesse est sit brevis.) *Est à Cicerone libro secundo Tusculan. quæstion. capite* 19. *p*

Sic vive, ne frustra te natum intelligas.) *Etiam est à Tullii Catone Maiore, capite vigesimotertio m.*

Signata, furem non nimis pecus timet.) *Quia cuiq; fuerit, ultrò quasi vociferatur. D Nazianzenus Oratione* XL. Πρόβατον γὰρ ἐσφραγισμένον ῥᾳδίως ἐπιβουλεύεται· τὸ δὲ ἀσήμαντον, κλέπταις ἅλωτον: Pecus signata non facilè insidijs appetitur; quæ autem minimè signata est, à furibus facilè capi potest.

Simplex sit omne Numini quod consecras.)

Quia

Quia fucatum omne & arte interpolatum respuit.

Simul sapere atque misereri res ardua est.) *Plutarchus de Agesilao, in Regum Apophthegmatis cap.* LXXXIV. Νυκτὸς ὑπὲλωνης τὴν τάχιστα ἀναζεύγνυειν ἐκ τῆς πολεμίας, καὶ τὴν ἐρώμενον ὁρῶν ἀπολειπόμενον δι' ἀσθένειαν, καὶ δακρύουσαν, Χαλεπὸν (εἶπεν) ἅμα ἐλεεῖν καὶ φρονεῖν. Noctu subito castra ex hostico moturus, cùm amasium videret ob imbecillitatem relinqui à tergo & flere, Difficile est, inquit, simul misereri & sapere.

Sine iustitia ipsa esse iniustitia non potest.) *Cicero lib.* II. *de Officiis cap.* XI. Iustitiæ tanta vis est, ut nec illi quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine ulla particula iustitiæ vivere. nam qui eorum cuipiam, qui una latrocinantur, furatur aliquid, aut clàm eripit, is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum: ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occidetur à sociis, aut relinquetur. quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. Itaque propter æquabilem prædæ portionem, & Bargulus Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit: & multo majores Viriatus Lusitanus: cui quidem etiam exercitus nostri, imperatoresque cesserunt: quem C. Lælius, is, qui sapiens usurpatur, prætor fregit, & comminuit: ferocitatemque eius ita repressit, ut facilè bellum reliquis traderet. Cùm igitur tanta vis justitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet, atq; augeat, quantam eius vim inter leges, & judicia, & instituta reip. fore putamus?

Sine justitia esse non potest concordia.) *Verba D. Augu-*

Sine justitia esse non potest concordia.) *Verba D. Augustini lib. 11. de Civit. Dei. cap. 22.*

Solvit pudorem dura castigatio.) *D. Nazianzenus ad Vitalianum filiorum nomine; de moribus parentum:*

Πολλὰ μὲν ὧν λάθουσιν, ἐπεὶρ' ἐθέλουσιν ἄλλως.
Πολλὰ δ' ἀνηκόησαν ἐν ὠσὶν οἷσιν ἔχοντες,
Ὄφρά κε μὴ θρασὺς αἰνὸν ἀποῤῥήξῃ ἔλεγχος,
Αἰδῶ τὴν τοκέων ἐθέλων ὀπίχερον ἐλέγξαι.
Τίκτει γὰρ θρασὺς υἱὸς, ὀνείδεά τε φέρει,
Καὶ τοκέεσι μάλισα, ὅτε σφέας ἐγγὺς ἔχοντες,
Οὐ χερὸς εἶναι θέσθαι βίῃ, πάθεσι δέ γε δεσμοῖς.
Φλοὸξ καὶ λάμπης τοκέας, πατρὸς χόλος αἰπὺς ἀυτμὴ.

Multa vident, quæ se fingunt non cernere, multa
Dissimulant audisse patres, licet auribus hausta:
Ne tenerum abrumpat reprehensio dura pudorem,
Auxilium patribus quo nullum firmius usquam est.
Probra etenim effrontes faciunt, bonitasque modestos
Et venia, ac natos præsertim laudis amantes:
Cogere quos nequeas, verbis sed flectere possis
Ira patris flamma ut stipulæ, mox cedit in auras.

Somnus, merumque, inimica diligentiæ.) *Columella libro* XI. *de Re rustica cap.* I. Somni & vini sit abstinentissimus; quæ utraque sunt inimicissima diligentiæ. nam & ebrioso cura officii pariter cũ memoria subtrahitur, & somniculoso plurima effugiunt. quid enim potest aut ipse agere, aut cuiquam dormiens imperare?

Sors destinata ne quidem effugitur Deo.) *Pythia Cræso respondit, teste Herodoto libro* I. *capite* 91.
αὐτὸν πεπρωμένον μοῖραν αἰδυίαν τ' ἐστὶ καὶ θεῷ φυγέειν.

Spectanda cauſſa non fortuna eſt in malis.) *Albutius Silus libro* IX. *Controv. 1.* Non me movet periculum meum. ſemper nos in malis noſtris, nõ fortunam, ſed cauſſam ſpectavimus.

Spe præmij non curat Æſculapius.) Iulianus Imperator Epiſtola ad Iamblichum:

Ὁ δ' οὖν ἥλιος, ὥσπερ ὅταν αἴγλῃσι καθαρθεὶς ὅλος λάμπῃ, οὐδὲ ἀποκείνῃ ᾧ πρὸς τὴν αἴγλην ἐλθόντος, ὁ μὴ τὸ οἰκεῖον, ἐργάζεται. οὕτω δὴ καί σε χρεὼν ἀφθόνως τὰ παρ' ἐμοῦ καλὰ, οἷα φῶς, τὴν ἑλλάδα ἅπασαν ἐπαρδεύοντα, μὴ ἀποκνεῖν, εἴ τις ἢ αἰδοῦς ἢ δέους ἕνεκα ᾧ πρὸς σε, τὴν ἀντίδοσιν λυσωπεῖται. οὐδὲ γὰρ ὁ Ἀσκληπιὸς ἐπ' ἀμοιβῆς ἐλπίδι τοὺς ἀνθρώπους ἰᾶται, ἀλλὰ τοῦ οἰκείου ἔργου φιλανθρωπεύμα, καθάπερ μάθημα, πανταχοῦ πληροῖ. ὃ δὴ καὶ σὲ χρεὼν ὥσπερ εἰ ψυχῶν ἐλλογίμων ἰατρὸν ὄντα ποιεῖν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὡς ἄγγελμα ἅπασι σώζειν. οἷον ἀγαθὸν τοξότην, ὃς κἂν μὴ τὸν ἀντίπαλον ἔχῃ, πάντως ἐς τὸ καιρίον ἀεὶ τὴν χεῖρα γυμνάζει. Vt inquam, Sol cum purus totus ac lucidus radijs collucet, non diſpiciens, an quod lumini occurrit, ſit conſentaneum, ſuum munus perficit: ſic te oportebat liberaliter bona tua, tanquam lucem, in univerſam Græciam effundere, neq; eo deſiſtere, quòd aliquis metu aut verecundiâ erga te impeditus, reſpondere tibi ſcribendo non audeat. Neque enim Æſculapius mercedis ſpe homines curat, ſed humanitatem ſuam, tanquam diſciplinam aliquam in omnes homines explicat. Idem te facere oportuit, cùm ſis animorum ſtudioſorum medicus, & omnibus in rebus virtutis præceptum ſervare: ut bonus ſagittarius, qui tametſi adverſarium non habeat, tamen ſemper ma-

per manum exerceat, ut opportuno tempore ea utatur.

Spes ſæpe fallit impudentem audaciam.) *Voces Phœdri ex Fabula Æſopica* XLIV. *f.*

Stridore minimo Elephantum terreas ſuis.) *Uſurpari poteſt, contra nimium impotentes: Licet omnia videantur poſſe, invenire tamen parem ſuum, quamvis maximè contemptibilem.*

Stuporis eſt ab eodem lædi ſæpius.) *Phalaris Epiſtola* II. Κατηγορῶ δὲ ἐμαυτοῦ τῆς ἀνοήτου, ὅτι σφηνηλακιζόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις, οὐ σοφρονίζομαι: Accuſo me ipſum ſtuporis, quod frequenter ab ijſdem læſus, non diſco ſapere.

Sua imputant errata feminæ viris.) *Ariſtides Oratione contra criminantes, quod non declamaret:* Εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα φαίνοιτο, συγκαλύψασθε ἐπ' ἀμφοτέροις, οἱ μήτε χρῆσθαι πολεμεῖν, καὶ πρὸς τὰς γυναῖκας μιμεῖσθαι. ἃς φασιν ἐπιδοὺς αὐτῇ μηδὲν ὧν δεῖ τῇ γνώμῃ ποιῶσι, τοῖς ἀνδράσι προστρέπειν τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἁμαρτήματα καὶ κακά. Si hæc ita ſe habere deprehendantur, utrinque vos obnubite, qui nec uti paratis audeatis, & mulieres inſuper imitemini, quas aiunt ſolere, poſtquam nihil ipſis è ſententia ſuceſſerit, maritis errata & peccata ſua tribuere.

Sub hebete multas Rege uxor patrat neces.) *Tacitus libro* XI. *Annal. cap. 28.* Subibat ſine dubio metus, reputantes hebetem Claudium & uxori devinctum, multasque mortes juſſu Meſſalinæ patratas.

Subeunda ſolum invidia res ob maximas.) *Reſtexit hunc Tiberius Imp. apud Tacitum, ubi inſit libro 3. cap. 54. f.* Credite Patres conſcripti me quoq; non

esse offensionum avidum: quas cùm graves & plerunque iniquas pro Republicâ suscipiam, inanes & irritas, neque mihi aut vobis usui futuras jure deprecor. *Plutarchus libro de Adulatoris & Amici discrimine.*

Ἐπὶ τοίνυν ὁ μὲν Θουκυδίδης φησὶν, ὅστις ὑπὲρ μεγάστης τὸ ὑπὶ φθονον λαμβάνει, οὕτω βουλεύεται. τὸν δὲ φίλον σωθήκη τὸ ἐν ξυνθετῇν ἐπαχθὲς ἐν τοῖς μεγάλων αἰσχρὸν δέχεσθαι καὶ σφόδρα ἀφορέντων· ἂν δ' ὑπὲρ πᾶσι καὶ πρὸς πάντα δυσκολαίνῃ, καὶ μὴ φιλικῶς ἀλλὰ παιδαγωγικῶς προσφέρηται τοῖς σωνήθεσιν, ἀμβλὺς ἐν τοῖς μεγίστοις γουθετῶν ἔσται καὶ ἄπρακτος, ὥσπερ ἰατρὸς ῥιμὺ φάρμακον ἢ πικρὸν, ἀναγκαῖον δὲ καὶ πολυτελὲς, εἰς πολλὰ χρήσιμον καὶ τὸν ἀναγκαῖα διελῶν, τῇ παῤῥησίᾳ καθαιρεῖ χρήμενος.

Porrò sicut Thucydides ait, qui ob rem maximam subit invidiam, eum rectum sequi consilium: ita & amicus debet molestiam castigandi in magnis modò rebus, & in quibus plurimum est situm momenti, in se recipere. Si enim omnibus in rebus difficilem se præbeat, ac cum familiaribus pædagogi potius quàm amici more agat, admonitiones eius in summis rebus hebetes erunt & inefficaces: cùm medici instar libertatem acre medicamentum aut amarum quidem, sed necessarium & precio sum in multa minuta & non necessaria inutiliter absumpserit.

Summæ nihil tuti uspiam potentiæ est.) *Adeo eis insidiantur maximi, mediocres, infimi. Tranquillus in vita Augusti cap.* XIX. Nam ne ultimæ quidem sortis hominum conspiratione & periculo caruit, &c. *Nimirum omni loco, omni tempore, ab omnibus sibi metuant,*

tuant, necesse est, Principes etiam optimi: qua non iudicio eis imminent parricidæ, sed morbo, sed conscientia.

Summas opes, summam virtutem existimes.) *Sunt verba avari alicuius, servata à Grammaticis. quibus accedit illud Horatii:* O cives, cives quærenda pecunia primùm est; Virtus post nummos.

Summum Deo sacrificium obedientia est.) *Iosephus lib.* VI. *Antiq. Iud. cap.* 8. ὁ δ' ὃ προφήτης, οὐχὶ θυσίαις ἔλεγλυ ἥδεσθαι τὸ θεῖον, ἀλλὰ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ δικαίοις. οὗτοι δέ εἰσιν, οἱ τῇ βουλήσει καὶ ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ καθαπτόμενοι, καὶ μηδὲν ἄλλο προσχήσεσθαι καλῶς ὑφ' ἑαυτῶν νομίζοντες, ἢ ὅτι ἂν ποιήσωσι τοῦ θεοῦ κελεύοντος. καταφρονεῖσθαι γὰρ οὐχ ὅταν αὐτῷ μὴ θύῃ τις, ἀλλ' ὅταν ἀπειθεῖν δοκῇ. ὠφελεῖ δὲ τῶν οὐχ ὑποτασσομένων οὐδ' ἀληθῆ καὶ μόνῳ τῷ θεῷ κεχαρισμένῳ θρησκευόντων θρησκείαν, οὔτ' ἂν πολλὰ καὶ πμελῆ καταθύσωσιν ἱερεῖα, οὔτ' ἂν κόσμον ἀναθημάτων ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πεποιημένων προσφέρωσι, δέχεσθαι ταῦτ' ἄμωμος, ἀλλ' ἀποστρέφεται, καὶ μίασμα τῆς πονηρίας, οὐκ εὐσέβειαν ἡγεῖται. τοῖς δὲ ἐν καιρῷ θύουσι καὶ ὅσιον ἔχουσι, καὶ πεθναῦσι μᾶλλον ἢ προσβλῶσαί τι τούτων αἰσχρουμένοις ἐπιτέρπεται. καὶ οὔτε θυσίαν ἐπιζητεῖ παρ' αὐτῶν. καὶ προθυόντων δ' ἂν ἢ λιτὰς, πενίας ἥδιον τῶν πμιωτάτων ἢ προσὶ τῶν πλουσιωτάτων δέξιοῦται. Ad hæc Prophetа respondit non sacrificijs delectari Deum, sed viris bonis ac justis. hos autem esse, qui voluntati & mandatis eius obsequuntur, nihilque à se rectè fieri putant, nisi quod juxta eius præcepta fiat. Contemptum enim eius consistere non in non sacrificando, sed in non obediendo: & qui non obediunt, unicuique hoc & verum sacrificium non offerunt, ab his Deum nec multas

saginatas victimas, nec donaria ex auro argentove fabricata vel postulare vel admittere: sed aversari hęc ut malitiæ magis quàm pietatis argumẽta. Contra qui id solùm meminerunt quod ab ipso jussum est, & mori mallent quàm inde discedere, his delectari, ac ne victimas quidem ab his requirere, quòd si etiam sacrificare aliquid libuerit, pauperem honorem gratiùs ab his accipere, quàm à quocunq; alio vel ditissimo.

Sunt verba naturalia haud arbitraria) *Est è Gelliæ libro* x. *Noctium Atticarum, cap.* 4. *m.*

Superbia est tumorque, regnum divitum.) *Voces sunt Salviani è libris posterioribus de Gubernatione divina.*

Superstitiosus odit & metuit Deos.) *Plutarchus libro de Superstitione cap.* VIII. Ὁρᾷς οἷα περὶ τῶν θεῶν οἱ δεισιδαίμονες φρονοῦσιν, ἐμπλήκτους, ἀπίστους, ἀμετα-βόλους, πιμωρητικοὺς, ὠμοὺς, μικρολύπους ὑπολαμβά-νοντες· ἐξ ὧν ἀνάγκη καὶ μισεῖν τὸν δεισιδαίμονα καὶ φο-βεῖσθαι τὸν θεόν. πῶς γὰρ οὐ μέλλει, τὰ μέγιστα τῶν κα-κῶν αὐτῷ δι' ἐκείνους οἰόμενος γεγονέναι, καὶ πάλιν φυή-σεσθαι; Vides quid de diis sentiant superstitiosi? stupidos, infideles, mutabiles, vindictæ cupidos, crudeles, & qui minimis rebus offendantur eos esse putant. unde necesse est superstitiosum & odisse Deos & metuere. quid ni putant enim? cùm ab ijs maxima sibi illata esse, illatumq; iri mala existimet.

Suspecta cuinam medici fiat potio?) *Nemini eaque causa est, quod multos principum occiderint. Libanius loco communi in medicum veneficum:* Ἀπὸ τῶν τοίνυν τῶν ὄντως ἰατρῶν ἀρξώμεθα, ἀπὸ τῶν ἐν νοσήμασι καὶ τῷ λέγειν τὴν ἰσχὺν, φαρμακοποσίαν ἐφάσκειν εἶναι, καὶ τοῦτ-

πλὼ ἔχειν μόνλω εἰς σωτηρίαν ῥοώλω, ϗ μὴ δεῖν ὀκνεῖν. ἐπείθοντο οἱ πάντες τούτῳ πειθόμενοι· πῶς δὲ οὐκ ἔμελλον ἰατρῷ πείθεσθαι; πῆς δ' ἂν ὑποπτεύσειεν ἰατροῦ κύλικα. His igitur pactis & conventis ingressus extollens verbis vim morbi, aiebat potione medica opus esse, & hoc solum momentum habere ad salutē, neq; cunctandum esse. Omnes ei credebant obtemperantes. Quid ni autem medico paruissent? & quis suspectum traheret medici calicem?

Suspecta cui non sit maris serenitas.) *Belle adplicat Maximus Tyrius Dissertatione* XXXI. Ἐγὼ γὰρ κοὐ θαλάττῃ ἀπιστῶ, κἂν νλιεμὸς ᾖ, κἂν γαλιλαίλω ἔχῃ. ὑποπτεύω γὰρ αὐτῆς τὴν ἡσυχίαν. εἰ δέ με βούλει πιστεῦσαι γαλιλαίῃ, ἄγε λαβὼν εἰς πέλαγος ἀσφαλὲς, ἔνθα δὴ οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ Δύετ', --- ἀλλὰ μάλ' αἴθρη Πέπαται, αὐνέφελος, λάχνη δ' ὑπιδέδρομεν αἴγλη συγκεκλήρωται δὲ ἡ ψυχὴ τοιούτῳ πάθει· καὶ μέχρις ἂν αὐτῇ ἀπῇ μὲν ὁ κυβερνήτης, ἀπῇ δὲ καὶ ἡ τέχνη, κἂν γαλιλαίλω ἴδῃ, χειμῶνα δέδιε, κἂν χειμῶνι ἐντύχῃ, γαλιλαίλω ποθεῖ. ἀνδρὸς γὰρ βίος πρὸς ἡδονὴν νενάληται καὶ λύπλω ἐπομένου, κοῦφος καὶ ψοφοδεὴς, ἡ ἀπιστος, ἡ θαλάσσης πάσης ἀδηλότερος. Ego nec mari credo, quamvis venti sileant, quamvis sit tranquillum. Suspectum est enim hoc silentium. Nam si serenitati me velis confidere in illud quod mutationē nō recipit, me deducas mare necesse est. Quod neq; tempestas insana, nec humidus unquam Imber agit.

——— semperque innubilus æther
Cingit, & hinc illinc lux circum candida surgit.

Eadem est animi nostri ratio, eodem jactatur modo. Si enim Gubernator absit, absitque ars, licet

serenitatem videat, tempestatem metuit rursus: in tempestate si versetur, serenitatẽ expetit. Vita enim hominis voluptati dediti, mobilis, meticulosa, infida, omnisq; est Salo incertior.

Suspecta quæque extremum habet periculum.) *Heliodorus lib.* IX. *Æthiopicon*: Πᾶν ὑπόπτον καὶ φοβερὸν τὸ κατ' ἔσχατον κινδύνου γιγνόμενον: Omnia sunt suspecta & formidabilia, quæ in extremo periculo eveniunt.

Suus pudor quidam est etiam impudentiæ.) *Hoc vult Epigramma* 35. *Martialis libri* I.

Incustoditis, & apertis, Lesbia, semper
Liminibus, pecças, nec tua furta tegis
Et plus spectator, quàm te delectat adulter:
Nec sunt grata tibi gaudia, si qua latent.
At meretrix abigit testem veloq; seraq;:
Raraq; Summœni, fornice rima patet.
A Chione saltem, vel ab Helide disce pudorem:
Absconduntur spurcas hæc monumenta lupas.

Tabulæ pares ubi sunt, absolvitur reus.) *Declamator aliquis lib.* III. *controversia* II. Non est absolutus parricida, sed dubius. Vt absolvaris, multis tibi sententijs opus est: ut damneris, unâ. Non absolverunt reum, sed sæculo pepercerunt. Mirare in hac civitate misericordiæ, in qua lex absolutionem dat paribus tabulis? Quæris quàm multis non placeas? si unum adjecero, parricida es.

Tabulas sequitur semper novas seditio.) *Versus aliquantulum consulerentur verbis transpositis*: Seditio tabulas semper insequitur novas. *De re ipsa videndus in vita Solonis Plutarchus, sed magis Tullius lib.* II. *de Officiis cap.* 22. *& seqq.*

Tace-

Tacere ſumma aliquando eſt eloquentia.) *Plin. lib. 7. Epiſt. 6.* Multum me intra ſilentiũ tenui. accepi enim, nõ minus interdum oratorium eſſe tacere, quàm dicere: atq; adeò repeto, quibuſdã me capitis reis vel magis ſilentio, quàm oratione accuratiſſimâ profuiſſe, &c. *Inde Cicero lib.* XIII. *Epiſtola ad Atticum 40.* Hoc loco ego ſumpſi quiddam de tua eloquentia; nam tacui.

Tam Muſa bellè Bacchum ac Nympha diluat.) *Reperias rationem apud Plutarchum, quæſt. 1. §. 3. lib. 1. Sympoſiacon; qui conſulatur.*

Tandem & ſui fortunam criminis pudet.) *Petitum è Phædri fabulis Æſopicis, fine libri ſecundi.*

Tanto beatior es, quanto collectior.) *Apuleius Apologia 1.* Atqui ego contra, quantulacunque tibi hæc vidẽtur, multa etiam & nimia arbitror, & cupio me ad pauciora coercere; tanto beatior futurus, quanto collectior. Namq; animi, ita res corporis, ſanitas expedita; imbecillitas laciniosa eſt; certumq; signũ eſt infirmitatis, pluribus indigere, prorſus ad vivendũ, velut ad natandum, is melior qui onere liberior.

Te patere vinci linguâ, ſi re viceris.) *Puto velle, permittendam libertatem omnem loquẽdi eis, quos viribus iam antea ſuperaveris. Sic Auguſtus privigno ſuo, apud Sueton. lib.* II. *c.* LI. Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimiũ indignari, quenquam eſſe, qui de me malè loquatur. Satis eſt enim, ſi hoc habemus, ne quis nobis malè facere poſſit.

Tenax amoris gluten, animus mutuus.] D. Nazianzenus Oratione 1. Ἐπαινήσαιμι ἂν μᾶλλον μὲν ὑμᾶς πόθου, καὶ τὸ ἀντιποθουμένων ἀλλήλοις· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἰσχυρὸν πρὸς ἀγάπην, ὡς ἀντιδιδομένη.

At verò me ad reditum impulerunt, maximè quidem vestri desiderium, & quia vos mutuo mei desiderio teneri sentiebam. neq; enim quicquã ad amorem ita firmum ac robustum est, ut mutuus affectus.

Tentatio si nulla, nulla oratio est.) *Verba D. Augustini ex Epistola* CXX.

Terram subire vivum, haud Neronium est.) *Allusum apparet Tranquilli istis, de Nerone Imp. c.* 48. Ibi hortante eodem Phaonte, ut interim in specum egestæ arenæ concederet, negavit se vivum sub terram iturum.

Terrere fortem, majus est quàm occidere.) *Libanius Declamatione* III. Εἰ δὲ πολλῷ μεῖζον εἰς δόξαν ἓ μεῖον τὸν ἀντίπαλον κλεῖναι, τὸ φεύγοντα δεῖξαι· τὸ μὲν γὰρ ἐστὶν ἀνδρείᾳ χρώμενον, τῇ τύχῃ βλαβῆναι· τὸ δὲ μὴ συμμίξαι, τοῦ φαίνειν ὅτι ἔχει, πολὺ λείπειν. κλείνει μὲν πολλάκις τὸν ἀγαθὸν ὁ χείρων. φοβεῖ δὲ μόνον ὁ βελτίων. Majus verò multo est ad gloriam, adversarium ad fugam impellere, quàm interficere manentem: siquidem hoc est à fortuna laedi, fortis viri partes explendo: illud autem, manus scilicet nõ cõserere, excusationem habet nullam, præterquam timiditatis. peior meliorem persæpe interimit: terrorem qui præstantior est, solus incutit.

Thesaurus usque plenus beneficentiæ est.) *Provide Basilius Imperator cap.* V. Πλοῦτον οὖν σπορπίζων ὅπη τὴν ἐπὶ γῆς, πλοῦτον σαυτῷ ἀθάνατον ἐν οὐρανῷ, καὶ περιποιήσεταί σοι καὶ τὰ ἐντεῦθεν ἀγαθά. καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀδαπάνητός ἐστι τῆς δαπάνης ὁ πλοῦτος ὁ σπορπιζόμενος· καὶ γὰρ σωτηρίαν, καὶ δι' ὁμολογίαν πάλιν κομίζεται· καὶ οὐ μόνον ἐντεῦθεν τοὺς κεκτημένους αὐτὸν πλουσίους ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖθεν μακαρίους ἀποδείκνυσι. Divitias ergo

ergo caducas ſuper terram ſpargens, immortales tibi coacervas in cœlo; ita tamen ut nihilominus etjam terrenas hîc inſuper acquiras. Siquidem inexhauſtus eſt beneficentiæ theſaurus: dum enim ſpargitur, colligitur: & dum donatur, recipitur: neq; ſolùm eos qui illum poſſident, facit hîc opulentos, ſed illic etiam beatos.

Timere multos non vis? unicum time.) *Eſt Carpathii è capite* XXIV.

Tolle arbitros, tollisq; munificentiam.) *Nimirum ea ſumus omnes philautia, ut nihil faciamus conſcientiæ cauſa cuncta fama. itaq; nemo Arceſilaum imitatur, ac clam ſuccurrit egentibus; ſed populum potius advocat ac donat publicè; ſin minus, at nulli non obvio id ipſum iactat, atq; ita plus quàm publicat.*

Tonante demum fit Cato felix Iove.) *Videatur Plutarchus in vita Catonis Maioris, cap.* XXXIV.

Tota humilitas noſtra eſt, ſeipſum cognoſcere.) *Verba D. Auguſtini ex Tractatu* XXV.

Toti parum adde, ſi totum haud vis perdere.) *Locum habet in beneficiis, quorum priora fovenda ſunt uſquequaq; recentioribus. Plinius libro* III. *Epiſt.* 4.

Eſt ita naturâ comparatum, ut antiquiora beneficia ſubvertas, niſi illa poſterioribus cumules. nam quamlibet ſæpe obligari, ſi quid unum neges, hoc ſolùm meminerunt, quod negatum eſt. *Poteſt etiam dici eis, qui ſegnius virtutibus inſtant in ipſo vitæ quaſi termino. D. Chryſoſtomus Homil.* VII. *ad Hebræos:*

Εἰσὶ γὰρ εἰσὶν οἱ πολλῷ τῷ ἀρχῷ μετὰ ἀκμὴν ζήσης πολλοὺς πολεμίους πολεβάλλουσιν, ὕστερον δὲ μικρὸν τῷ πάντι πολεσθεῖναι μὴ βουλήθεντες, τὸ πᾶν ἀπώλεσαν. Nemo ergo ſit puſilli & abjecti animi, neque in hac

animum

animum desponden concidat. Sunt enim qui in principio quidem prompto & alacri animo aggrediuntur, postea autem toti parum nolentes adijcere, totum perdiderunt.

Totum evenire quisque credit quod timet.) *Ennodius libro 1. Epistola 26.* Sed anxietas provincialium totum credit evenire posse quod metuit.

Tragœdiæ non sunt implendæ pauperes.) *Arrianus libro 1. Dissertationum in Epictetum cap. 24.* Καὶ μεμνησθῶ ὅτι ἐν τοῖς πλουσίοις καὶ βασιλεῦσι καὶ τυράννοις αἱ τραγῳδίαι τόπον ἔχουσιν· οὐδεὶς ὑπὸ πένητος τραγῳδίαν συμπληροῖ, εἰ μὴ ὡς χορευτής. οἱ δὲ βασιλεῖς, ἄρχονται μὲν ἀπ' ἀγαθῶν· στέφετε δώματα· εἶτα δεύτερον ἢ τέταρτον μέρος· ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου; ἀνδρεάποδον, ποῦ οἱ στέφανοι; ποῦ τὸ διάδημα, οὐδέν σε ὠφελοῦσιν οἱ δορυφόροι; ὅταν οὖν ἐκείνων τινὶ προσίῃς, τούτων μέμνησο, ὅτι τραγῳδῶ προσέρχῃ, οὐ τῷ ὑποκριτῇ, ἀλλ' αὐτῷ τῷ Οἰδίποδι. Et memineris, in divitibus, in regibus, in tyrannis tragœdias habere locũ: nullum pauperem complere tragœdiam nisi pro histrione: Reges autem auspicari quidem à bonis: CORONIS ÆDES EXORNATE: postea sub tertium aut quartum actum, HEI HEI CITHÆRON CUR ME INFANTEM SUSCIPIS? Mãcipium, ubi sunt coronæ, Vbi djadema? Nihilne te juvant satellites? Cùm igitur istorum aliquem accesseris: horum memento, te tragœdum convenire, non quidem histrionem, sed ipsum Oedipodem.

Tragœdia orta fermè ab ignorantia est.) *Lucianus initio ferè libelli qua depingit calumniam*: Καὶ ὅλως, ἐφ' ἑκάστου τῶν πραττομένων οὐ διαλείπομεν τὸ

πολὺ

πολλαὶ ὀλιθαίνοντες. τοι γάρ τι μυελίας ἤδη τῆς προαγω-
γὸς διδασκάλοις ἁρμοὰς εἰς τὰ λοίσιμα τὸ τοιοῦτον πα-
ρέσχηται, τοῦ Λαβδακίδας, καὶ τοῦ Πελοπίδας, καὶ τὰ
τούτοις ἀλλοκοτωλήσια· ἀλλ' εὖ γὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῇ σκη-
νῇ ἀναβοώντων κακῶν, ὄροι τις ἂν ὑπὸ τ' ἀγνοίας, κα-
θάπερ ὑπὸ τραγικοῦ δαίμονός τινος μεχανορημεύσα. De-
nique in rebus humanis nihil tam fauſtè feliciter-
que agitur, quòd non error aliquis interpolet.
Hinc ſunt innumeræ illæ tragicæ clades, fata Lab-
dacidarum ac Pelopidum, aliæ item aliorum cala-
mitates. ferè enim quicquid malorum ſcenæ ac
pulpita clamant, ab ignorantia ceu tragico Deo
compoſitum proficiſcitur.

Tributa tantum Principes augent mali.) *Ut enim quiſque eſt melior, ita aut contentus eſt tributis prioribus, vel adeò ipſamet adhuc imminuit. Gloriosè admodum Iulianus Imperator Antiochenſibus.*

Ἡμῶν γὰρ οὐδεὶς ἀργὸν, οὐδὲ κῆπον ἐπρίατο παρ' ὑμῖν, οὐδὲ οἰκίαν ὠκοδόμησεν, οὐδ' ἔγημε παρ' ὑμῶν, οὐδ' ἐξέδωκεν εἰς ὑμᾶς, οὐδὲ ἠργαθημεν τῶν παρ' ὑμῖν καλῶν, οὐδ' ἐζηλώσαμεν ἀσυμφορον πλοῦτον, ὃ δ' ἐνεμά-
μεθα τὰς πρόσοδους, οὐδὲ προδωσασθαι ὑμῖν ἀνεχό-
μεθα τινὰς τῶν ἐν τέλει οὐδ' ἐπείσαμεν τὸν δῆμον εἰς πα-
ρασκευὰς δείπνων ἢ θεάτρων, ὧν οὕτως ἐποιησαμεν πυ-
φαν, ὥστε ἄγων σχολὴν ἀπὸ εὐδείας τῶν ἀναπαύσεων εἰς
τοὺς ἀπόρους αὐτῶν τῆς ἀθλιότητος ξυνέθηκεν, οὐδ' ἐπε-
γράψαμεν χρυσίον, οὐδὲ ἠτησαμεν ἀργύριον, οὐδὲ ἠυ-
ξήσαμεν φόρους, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἐλλείμμασιν αἰεὶ τοῖς
πᾶσι τὸ εἰθισμένων εἰσφορῶν τὸ πέμπον.

Noſtrum

Noſtrûm enim nemo agrum, nemo hortum apud vos coemit, neque domum ædificavit, neque uxorem à vobis duxit, aut dedit, neque ea quæ apud vos pulchra ſunt, amavimus, neque Aſſyrias opes expetivimus, neque præfecturas depaſti ſumus, neque abuti poteſtate ſua erga vos magiſtratum aliquem paſſi ſumus, neque populo ſplendidorum conviviorum, theatrorumve auctores fuimus: imò tantam ei immunitatem & ubertatem rerum omnium dedimus, ut liber ab inopiæ metu, anapæſtos luſerit in eos, qui tantum bonorum ei largiti ſunt: non aurum imperavimus, non argentum exegimus, neque tributa amplificavimus, ſed præter reſiduum nondum perſolutum, quintam de conſuetis vectigalibus partem remiſimus. *Sed & de valente Auguſto ſcribit Ammianus libro* XXXI. *cap. 40.* Provinciarum æquiſſimus tutor: quantum ſingulas, ut domum propriam cuſtodiebat indemnes. Tributorum onera ſtudio quodam molliens ſingulari. nulla vectigalium admittens augmenta. in requirendis reliquorum debitis non moleſtus. Foribus & in peculatu deprehenſis judicibus inimicus aſper & vehemens.

Triplex funiculus difficilius rumpitur.) *Sariſberienſis Epiſtola* LII. Sed quia Principum diſſenſio interitus regnorum eſt, Principum veſtrorum concordia remedium tantorum malorum nobis fore videtur. funiculus quippe triplex difficilè rumpitur. &c.

Turpe erga amicos utier prætextibus.) *Phalaris Tyrannus, Epiſtola* LXXXIII. Ἀλλὰ φειδοῦς δ' φαίη δεῖ πρὸς φίλους.

Turpe

Turpe hostibus, sed amanti cedere turpius.) *Imperator Manuel capite* LXXXVIII. *præceptorum regiorum ad filium*: Οὐχ οὕτω σοι σεθοικέναι σκοπεῖν, ὅπως μὴ ἡμῖν τῶν ἀγωνιζομένων ἔλαττον, ὥσπερ μὴ τῶν σε φιλούντων ἀποληφθῆναι πρὸς τὴν ἀγαθὴν τῆς ἀγάπης ἅμιλλαν. κἂν πολέμιος ἐχθρὸν κατενέγκῃ, κἂν ἀνὴρ ἄνδρα ἕτερον, πολλοὶ τῇ τύχῃ λογιοῦνται τὴν νίκην. ἡ δὲ φιλούντων οὐδ' ἂν εἷς συγγνοίη τὸ φιλεῖν ἐπισταμένων. ὥστ' αἰσχρὸν μὲν τῶν ἐχθρῶν, αἴσχιον δὲ τῶν φιλούντων ἥττων φανῆναι. Minimè hoc tibi tantopere spectandum, ne viribus adversariorum succumbas; atque ne ab iis, qui te amant, in illo præclaro dilectionis certamine super eris. licet hostis hostē, licet adversarius alterum prostraverit; multi tamen fortunæ victoriam acceptam ferent. At illi, qui ab amantibus amando vincitur, ne quidem unus ignoverit eorum, qui rectè diligere norunt. Quamobrem turpe quidem hostibus; sed turpius, amantibus inferiorem esse.

Turpis salute pro patria nullus timor.) *Fabii sunt verba apud Plutarchum in vita ipsius capite* X.

Οὕτω μὲν τ' ἂν (ἔφη) δειλότερος ἢ νῦν εἶναι δοκῶ φοβούμενος, εἰ σκώμματα, καὶ λοιδορίας φοβηθείς, ἐκ πέσοιμι τῶν ἐμαυτοῦ λογισμῶν. καίτοι τὸ μὲν ὑπὲρ πατρίδος, οὐκ αἰσχρὸν δέος. ἡ δὲ περὶ δόξαν ἀνθρώπων, καὶ βλασφημίας καὶ ψόγους ἔκπληξις, οὐκ ἀξίου τηλικαύτης ἀρχῆς ἀνδρὸς, ἀλλὰ δουλοδόντος ὧν χρῆσθαι αὐτὸν ἢ διαφθείρειν κακῶς φρονούντων περιήκει. Næ ego, inquit, quàm nunc videor, timidior sim, si probri & contumeliæ metu à rationibus abducar

abducar meis. Atqui pro patria haud turpe fuerit timere. at expaveſcere ad hominum opinionem, calumnias & opprobria, non tanto digni imperio viri, ſed ſervientis eſt illis, quibus imperare ipſum & malè conſultos deceat reprimere.

Tutò tacet, cui fari honeſtè non licet.) *Verba ſunt, ſuper Socrate qui nullam advocationem admiſit pro innocentia ſua, Maximi Tyrii diſſertatione* XXXIX.

Tutum eſt Deo tutore patrimonium.) *D. Cyprianus ſermone 1. de Eleemoſyna:* Patrimonium Deo creditum, nec Reſpublica eripit, nec fiſcus invadit, nec calumnia aliqua forenſis evertit. In tuto hereditas ponitur, quæ Deo cuſtode ſervatur.

Vbi arma non ſunt, ibi loquaris liberè.) *Petronii Arbitri Satyrico:* Itaque ut experimentum oculorum caperem, convertit ille ſolutum gaudio vultum & miſerere, inquit, frater: ubi arma non ſunt, liberè loquor. eripe me latroni cruento, &c.

Vbi deſinunt vires, ibi fraus incipit.) *Ita eſt: ratò quis dolis utitur, cui ſuperſunt vires. Juſtinus libro* XI. *cap.* XI. Contra Rex Perſarum Darius, fiduciâ virium, nihil aſtu agere; affirmans ſuis, occulta conſilia victoriæ furtivæ convenire. *& Salluſtius Jugurthinæ cap.* LXI. Sed quoniam armis parum procedebat, inſidias regi per amicos tendere, & eorum perfidiâ pro armis uti parat Metellus. *Diodorus Siculus libro* XIX. *Bibliothecæ cap.* XXXVII. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν, Ἀντίγονος μὲν χειμάζων ἐν ταῖς μεγάλαις τῆς Φρυγίας, καὶ θεωρῶν τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀθενεστέραν οὖσαν τῆς τῶν πολεμίων, ἔσπευδεν ἀνελπίστως αὐτοῖς ἐπιθέσθαι καὶ καταπλήξαι, In Aſiâ per id tempus, Antigo-

Antigonus in Gada malis Mediæ hybernãs, ubi vires ſuas infirmiores quàm hoſtium animadvertit; Præter ſpem invadere illos, & ſtrategemate circumvenire, maturavit.

Convenire iſtis mihi viſa Luciani verba ex libro de Calumnia: Οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἐπὶ τῶ δρομέων γίγνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς σαυλήγγος ἀΐξας καταπεσούσης, μόνον ἔμπροσθεν ἐφίεμένος καὶ τὴν ἀφετηρίαν ὑποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἂν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων, τῷ σπουδαίων ἅδην κακεργάζεται, οὐδὲν τῶν κατὰ τὸν ἀγωνισὰς πολυπραγμονῶν· ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος, καὶ ἄναθλος ἀνταγωνιστὴς, ὑποτρόχους τοὺς πόδας ἐλπίδα, ἢ τὴν κακοτεχνίαν ἐτοιμάζεται· καὶ ἓν μόνον ἐς ἅπαντα σπουδάζει, ὅπως τὸν τρέχοντα ἀπόπληκτον ἢ ἐμπόδιον ἀπεργάσεται, ὡς εἰ τοῦτον ἀφέλοι, σὺν οὐδενὶ ποτὲ νικήσων ἀγῶνι. Tale quiddam in gymnico curſu fieri conſuevit, ubi ſi quis eſt curſor ingeniuus, ſtatim raptis carceribus primas affectans, & animum ad ſtadij metas adijciens, ſpe victoriæ è robore ſuo concepta, neque ſequenti incommodat, nec; omnino laboris huiuſce ſocijs quicquam ſtruit remoræ. Contra qui malitioſus, imbellis, iners, cõtendit curſu cum alijs, deſperatis viribus in fraudem intentus agitur, atque in univerſum hoc unicum ſpectat, quâ currentem occupet, impediat, ac intercludat: & ni ſuccedat actus, non eſt ut ullo alio modo vincere poſſit.

Vbi Dominus odit, fit nocens, non quæritur.) *Verba Senecæ, ex tragœdia Agamemnonis nomine inſignita, verſ. 278. Volunt autem, plecti eos, quos ſuæ Reges odere, vel ſine ullo inſtitiæ prætextu. Tacitus de Nerone libro XV. Annal. cap. 69.*

Igitur non crimine, non accusatore existente, quia speciem judicij induere non poterat ad vim dominationis conversus, Gerelanum tribunum cum cohorte militum immittit, jubetque prævenire conatus consulis, &c. *De Gallo Cæsare Ammianus libro* XIV. *capit.* 2. Nec vox accusatoris ulla, licet subditi, in his malorum quærebatur acervis; ut saltem specie tenus crimina præscriptis legum committerentur; quod aliquoties *fecere Principes sævi*: sed quidquid Cæsaris implacabilitati sedisset, id velut fas jusque perpensum confestim urgebatur impleri.

Vbi charitas, ibi lex supervacanea est.) *Quia videlicet*, ubi est amor, Tuum Meumque inde exulat, *sunt q; omnia communia.*

Vbi crimen admissum est, ibi caussam audias.) *D. Cyprianus libro* 1. *Epistola* 3. Nam cùm statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter ac justum, ut uniuscuiusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, &c. *Eodem modo ferè solet in noxios ibi animadverti, ubi sepultus ille quem occiderant; tanquam eo ipso ei parentaretur, quo multa spectant, quæ legere erit Sophoclis Electra versu* 1517. *item libro* XI. *Iustini, capit.* 2. *p. libro Polybii* 1. *cap.* LXXXVI. *m. Diodori Siculi libro* XIV. *cap.* 62. *m. Curtii libro* VIII. *cap.* 33. *f. Valerii Maximi libro* IX. *cap.* 2. *Tranquilli Augusto cap.* 13. *Iosephi libro* XIII. *Antiq. Iud. c.* 19. *m. Suetonii Galba cap.* 20. *f. &c.*

Vbi Hannibal est ibi belli arx, ibi caput.) *Potest extendi ad alium, quem non è vulgo Ducem: quemadmodum & illud quod legitur in Seneca Agamemnone versu* 795. Vbi Helena est, Troiam puto.

Vbi

Vbi Imperator, ibi & fortuna lautior) *Vsurpatum Synesio, qui adeatur Epistola* CII.

Vbi opus ad unguem spectat, arduissimum est.) *Rationes suppeditat Plutarchus libro* II. *Symposiac. cap. 3. §. 1.*

Vbi quis furit, crimen voluntas non habet.) *Salvianus libro* VI. *de Gubern. Dei:* Quid aut irreligiosius, quàm petere aliquid injuria Dei: aut quid stultius, quàm quid petas non considerare: aut quid tam perditi luxus, quàm in luctu res desiderare luxuriæ: aut quid amentius, quàm in malis esse, & malorum intelligentiam non habere? Quanquam in ijs omnibus nulla res minus culpanda est, quàm amentia: quia voluntas crimen non habet, ubi furore peccatur. Quo magis hi, de quibus loquimur accusandi sunt, quia sani insaniebant.

Vbiq; mors est; mille ad hanc patent viæ.) *Sumptum ex Senecæ Thebaide, versib. 151. & 153.*

Vbiq; muscæ mensa, ubiq; prandium est.) *Quia excludi nusquam potest præimpudentia. Videatur Lucianus Encomio muscæ.*

Vel actionum maxima omnium otium est.) *D. Nazianzenus Epistola* XXXII. Ἐγκαλεῖς ἡμῖν ἀργίαν καὶ ῥᾳθυμίαν, ὅτι μὴ τὰ σὰ Σάσιμα κατειλήφαμεν, μηδὲ ὑπισκοπικῶς κινούμεθα, μηδὲ ὥσπερ κυσὶ βρῶμα ῥιπτὸν ἐν μέσῳ κατ' ἀλλήλων ὑμῶν ὁπλίζομεθα. ἐμοὶ δὲ μεγίστη πρᾶξίς ἐστιν ἡ ἀπραξία. Desidiam & inertiam nobis obiicis, quia Sasima tua recusavimus, nec Episcopatus cupiditate incitamur, vobis, non secus atq; esca canibus in medio projecta arma induentibus. Mihi verò maxima actio est otium.

Vel falsa opinione gravabitur pudor.) *Apuleius*

Apologia 1. Est prudentis animi & verecundi, ut mea fert opinio, vel falsa vituperatione gravari; cùm etiam hi, qui sibi delicti alicuius conscij sunt, tamen cùm malè audiunt, impendio commoveantur & obirascantur.

Vel mente sola animoque furtum perpetres.) *Videatur, præter Iureconsultos, Gellius libro* XI. *Noct. Attic. cap. 18. f.*

Vel vultu in ipso Regium elucet decus.) *De eo videantur, præter poetarum testimonia, sententia Xenophontis in Convivio Polybii libro* IV. *Histor. cap. 77. Plutarchi in Lycurgo cap.* VIII *p. item in Pompeio cap.* II. *Æmilii Probi in vita Iphicratis, Velleii Paterculi libro* II. *Histor. cap. 94. p. Iustini libro* XXIV. *Philippicarum cap. 6. f. Diodori lib.* XX. *c. 93. Taciti lib.* XII. *Annal. cap. 51. ut & lib.* II. *Histor. cap. 1. m. aliorum q3 nullo numero.*

Veniam impetrat sibi ipsi, ignoscit qui alteri.) D. *Augustinus apud Prosperum sententia* XXXVIII. Nec frustra sperat parcendum peccatis suis, qui ignoscit alienis.

Venter mola est: supra modum nil inijce.) D. *Chrysostomus Homilia* XI. *in 1. ad Corinthios:* Καθάπερ μύλῃ τινὰ τῶν χαλεπῶν ἡμῖν ἐνέθηκεν ὁ θεὸς, σύμμετρον αὐτῇ δόναμιν δοὺς, καὶ τάξας μέτρον ἐπὶ τὸν ὅπερ αὐτῷ ἀλεῖν δεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ἂν οὖν τις ὑπερβάλῃ πλείονα, ἅπαντα πρήσεται τὰ μέλη τῷ σώματι λυμαίνεται· ἐντεῦθεν νόσοι, καὶ ἀσθένειαι, καὶ ἀμορφία: καὶ γὰρ ὅταν ὑπὸ πόνου μόνου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ἀργίας ποιεῖ ἡ τροφὴ τὰ κακά. ὅταν γὰρ ἐρεύγηται συνεχῶς ἀηδῶν, καὶ στόμαχον οἴνου πίνῃ, καὶ πλέον ἢ λέοντα ἐρυθαίνηται, καὶ τὸν σφυγμὸν ἀφῇ, καὶ τὰ διάκρισιν ἀπολέσῃ

πᾶσιν

πᾶσαν, καὶ πλαδαρὸν μὲν ἡ σὰρξ γίνεται, ὑφαιμοι δὲ καὶ διαπεφαμμέναι αἱ βλεφαρίδες, καὶ πάχος πλέον τοῦ δέοντος, καὶ πολυσαρκία φλεγμὴ, ἐννόησον πόση γίνεται ἐντεῦθεν ἀηδία. Sicut quandam molam Deus nobis ventrem indidit, data facultate justa symmetria ei conveniente, & certa constituta mensura, quam ipsum quotidie oportet molere. Si quisquã ergo plura injecit, ea non confecta universo exitium afferunt. Hinc morbi & imbecillitates, & deformitates; & non solum morbidam, sed & turpem faciunt deliciæ eam quæ est pulchra. Quando enim injucunda assiduè eructat, & putridum vinum spirat, & plusquam par sit rubescit, & qui mulieri convenit numerum corrumpit, & omnem perdit decorem, & honestatem, & flaccida quidem fit caro, sanguinea autem & intensa supercilia, & maior quàm par sit crassitudo, & supervacanea carnis excrescentia, cogita quanta hinc sit insuavitas & mollitia.

Verba optimè balbus Balborum intelligit.) *Sunt verba D. Hieronymi contra Iovianum.*

Verbis loquatur quisque sæculi sui.) *Petitum è Gellii libro 1. Noctium Atticarum.*

Verbo magis puerum arguas quàm verbere.) *Simeocatta Epistola* LXIV. Γυμναστικοὶ μὲν παιδοτρίβαι ἀνήμεροί τοῖς παισὶ, σωφροσύνης δὲ διδάσκαλοι. ἐπὶδὴ γὰρ φρονήσεως ἔτι καὶ νόμων οἱ παῖδες εἰσὶν ἀνεπίδεκτοι, ἀπαλοῦς χαλινοῦμεν τοὺτων ἀκρασίαν. ἰθὺς γὰρ παῖδας λύγοις μᾶλλον ἢ μάστιξιν ἐκπαιδεύομεν. Gymnastici quidem pædotribæ, duri sunt erga pueros; temperantiæ verò magistri, cùm enim nondum neq; prudentes sint pueri, neque legibus exsequendis utiles, minis coercemus eorum immodestiam. nam pue-

ros verbis magis, quàm virgis coercemus.

Veteres triremes littus abiectæ occupant.) *Videatur Plutarchus in vita Themistoclis cap.* IV.

Veterrimus homini amicus, amicus optimus.) *Tale quid inveniamus in Plauti Truculento actu I. sc. II. vers. 70.*

Vi non bene agitur, causſa ubi potest agi.) *Apud Tacitum Oratores Parthi:* Ideo nondum ipsum Vologesem commotum, quia causa qũàm vi agere mallet. *lib.* XIII. *Annal. cap.* 37. *f.*

Vicinitatem avari habent pro injuria.) *Salvianus contra Avaritiam libro I.* Videtis, quas parari opes à parentibus filijs Deus jubeat, non pecuniarios Thesauros, nec graves metallo aureo saccos, habentes quidem multũ ponderis, sed plus tamen iniquitatis: non superbas ac præeminentes excelsis arcibus domos: nõ supra humanos visus elata culmina, nec inserta nubibus aerio habitatore fastigia: non deniq; fundos interminabiles, & notitiam possessoris sui excedentes, qui consortes pati indignum æstiment, & vicinitatem injuriam putent.

Victus semel, nulli hostium est formidini.) *Quia animus victi demigravit in pectus victoris: atq; ita hic duos animos habet, ille nullum. quare non solum prælio victus contemnitur adversario, sed & cæteris omnibus. Unde non falsò Catilina militibus suis apud Sallustium cap.* LVIII. Si vincimus omnia nobis tuta erunt, commeatus abundè, municipia atq; coloniæ patebunt. si metu cesserimus, eadem illa adversa fient: neq; locus neq; amicus quisquam teget, quem arma non texerint.

Videtur optimum omne quidquid quæritur.)

Hoc

Hoc eſt, quidquid abeſt, quidquid non eſt ad manum, quidquid è longinquo petitur. Vitium autem illud, luxuriæ eſt.

(: Vigente bruma ventilabrum fabrica.) *Eſt ex præceptis Myſonis, cuius item meminit Plutarchus in quæſtionibus Romanis, numero* LXXXIV.

Vileſcit omne quidquid eſt præter Deum.) *Verba ſunt D. Auguſtini in Pſalmum* XXXI.

Viliſſima eſt mors duriter viventibus.) *Athenæus libro Deipnoſophiſt.* Φχσὶ δέ τινες, καὶ ἄνδρα Συβαρίτην ἀποδημήσαντα τῆ Σπάρτη, καὶ σιτεσιαθέντα ἐν τοῖς Φειδιτίοις εἰπεῖν, εἰκότως ἀνδρειότατοι ἁπάντων εἰσὶ Λακεδαιμόνιοι· ἔλοιτο γάρ τις ἂν φρονῶν μυριάκις ἀποθανεῖν, ἢ οὕτως ἀπελοῦς βλαίτης μεταλαβεῖν: Narrant & quidam Sibaritam civem Spartam profectum; cùm in Phiditiis cœnaſſet, dixiſſe, non ſine cauſa fortiſſimos eſſe omnium viros Lacedæmones. Quemvis enim, ſi mens conſtet, millies potius optaturum mortem, quàm tam vilis ac ærumnoſi victus communionem.

Vincas facilius quoſdam quàm perſuadeas) *Sunt voces D. Hieronymi contra Luciferianos.*

Vinci unicam Natura non ſinit famem.) *Livius lib. v. c. 48. m.* Interim Capitolinus exercitus ſtationibus vigilijsq; feſſus, ſuperatis tamen humanis omnibus malis, cùm famem unam Natura vinci non ſineret, diem de die proſpectans, &c.

Vincuntur ipſo ſæpe conſilia impetu.) *Velleius libro* II. *Hiſtor. cap. 32. p.* Diſſuadebant optimates; ſed conſilia impetu victa ſunt.

Vindicta docili multa patet ſolertiæ.) *Factum ex ſententia Phædri, quam ponit lemmate fabulæ* XXVIII.

Vindicta quævis proxima est injuriæ.) *Ita non solum placuit Philosophis, sed etiam Thucydidi, cuius verba examinat Plutarchus cap.* VIII. *libri de his qui serò à Numine puniuntur.*

Vinum illicò, sed non & mustum inebriat.) *Ratione differentiæ, utiliter requiras è Plutarchi libro* III. *Symposiacon quæst.* 7.

Violenta quosque mors consumit optimos.) *Lampridius de Imp. Alexandro Severo c.* LXII. Thrasybulus mathematicus illi amicissimus fuit: qui quũ ei dixisset, necessitatẽ esse ut gladio barbarico periret, primò lætatus est, quod sibi mortem bellicam & imperatoriã crederet imminere: deinde disputavit, ostenditq; optimos quosq; violenta morte cõsumptos, quum diceret ipsum Alexandrum, cuius nomen teneret, Pompeium, Cęsarem, Demosthenem, Tullium, & cæteros insignes viros, non quieta morte oppetisse.

Virtus amici mortui haud exstinguitur.) *Est opinio Tullii, quam persequitur in Lælio suo cap.* XXVII.

Virtus magè solida nascitur quàm fingitur.) *Sunt voces Valerii Maximi, quarũ ratio invenienda libro* V. *dictorum factorumq; memorabilium cap.* 4. *sub exemplo* Scbytarum.

Virtus nequit succumbere multitudini.) *Videtur intelligendum de virtute militari; paucasq; dexteras fortes atq; exercitatos, infinitam hominum vim profligare vel ex facili: quod ipsum omnis testatur antiquitas.*

Virtutis est res, continere gaudium.) *Dictum est Ennodii, ex præfatione Carminis* VII.

Virtutis expers verbis jactat glorias.) *Est è Phædri fabula num.* XI.

Virtu-

Virtutem egeſtas, divitiæ vitium tegunt.) *Simile quid legas in Theognidis ſententiis verſu 1056.*

Vis imperare regiè? ſervi Deo.) *Multa his adſinia habentur apud Manuelem in præceptis educationis regia cap.* VII.

Vis claudere os inimici? ante os claudas tuum.) *Ioannes ille oris aurei Homilia* X. *ad Theſſalonicenſes:* Οὐχ ὁρᾷς ἐν τοῖς οἰκίαις, ὅταν κατὰ λιχνὸ καὶ ἐπ' εὐθείας δύο θύραι στήκωσι, καὶ σφοδρὸς ἄνεμος ᾖ, ἂν τὴν ἑτέραν κλείσῃς, καὶ ἀντίπνοια μὴ ᾖ πάνυ, οὐδὲν ἰσχύσει ὁ ἄνεμος, ἀλλὰ τὸ πολὺ τῆς ἰσχύος ἀποτέμνεται: οὕτω καὶ νῦν, δύο εἰσὶ θύραι, τὸ στόμα τὸ σὸν, καὶ τὸ τοῦ ὑβρίζοντός σε καὶ ἐμπαροινοῦντος. ἂν ἀποκλείσῃς τὸ σὸν, καὶ μὴ δῷς ἀντίπνοιαν, ἔσβεσας ὅλον τὸ πνεῦμα: ἂν δὲ ἀνοίξῃς, ἀκώλυτον γίνεται. μὴ τοίνυν αὐτὸ σβεννύωμεν. ἔστι δὲ πολλάκις, καὶ μηδενὸς ἐπιχειροῦντος, σβεσθῆναι τὴν φλόγα, ὅταν τὸ ἔλαιον ἐκλίπῃ. ὅταν ἐλεημοσύνῃ μὴ ποιῶμεν, σβέννυται τὸ πνεῦμα. Non vides in ædibus, quando ex adverſo & directè ſteterint duæ Ianuæ, ſitque ventus vehemens, ſi alteram clauſeris, & adverſus non fuerit flatus, nihil poteſt ventus, ſed magna pars eius virium præciditur: Ita nunc quoque duæ ſunt Ianuæ, os tuum, & eius qui te contumeliis afficit & convitiis. Si tuam clauſeris, & flatum adverſum non dederis, extinguis totum ſpiritum. Sin autem aperueris, non poteſt cohiberi. Ne eum ergo extinguamus. Sæpè autem contingit, ut etſi nihil irrumpat, extinguatur flamma, quum defecerit oleum.

Vis ſcire qualis Rex ſit? voci attendito.) *Æquè enim cognoſcitur rex ex ſermone, quàm quivis alius. Traiani præceptor Oratione 1. de Fortuna vel*

Virtute Alexandri Magni, cap. XII. Δεύτερον δὲ αὐτὸ καὶ τὰς Φωνὰς ἴδωμεν, ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἤθη βασιλέων καὶ δυναστῶν μάλιστα τῆς Φωνῆς αἱ ψυχαὶ σημαίνουσιν. Secundo loco dicta eius consideremus: quando aliorum etiam Regum atque Principum mores & ingenia vocibus potissimum animi patefaciunt.

Vita invidiam; ipsa nil periculosius.) *Senecæ libro* VII. *Controversia* VI. Actius Postumus hoc colore usus est: Nihil est, inquit, invidia periculosius. hanc sapientes viri, veluti pestiferam vitandam esse præcipiunt.

Vitiare scripturas quæ abundant non solent.) *Ita sanè asseverat lex* XCIV. *De regulis iuris.*

Vivus vidensque suum imperium amisit Nero.) *Suetonius in monstri illius vita, capite* XLII. *m.* Consolantique nutriculæ, & aliis quoque principibus similia accidisse memoranti: se verò præter cæteros inaudita & incognita pati respondit, qui suum imperium vivus amitteret.

Vix est ut haud idem sit mendax debitor.) *De Persarum moribus loquens Herodotus libro* I. *scribit inter alia cap.* CXXXVIII. Αἴσχιστον δὲ αὐτοῖσι τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται· δεύτερα δέ, τὸ ὀφείλειν χρέος· πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἕνεκα, μάλιστα δὲ ἀναγκαίην φασὶ εἶναι τὸν ὀφείλοντα, καὶ τὰ ψεύδεα λέγειν. Turpissimum apud eos ducitur, mentiri: secundo loco, æs alienum debere; cùm ob alias multas causas, tum quòd necessum sit eundem qui debet, mendacio quoque obnoxium esse.

Vix invenias aliquem qui displiceat sibi.) *Variis rebus adplicari potest. Seneca pater accommodavit*

Orato-

Oratoriæ. ita enim inſit de Scauro præfatione libri X. *Controverſiarum*: Declamantem audivimus, noviſſimè quidem cum M. Lepido; ita ut, quod difficillimum erat, ſibi diſpliceret.

Vix nuntiet bonus, nedum Deus mala.) *Philo Iudæus libro de Legatione ad Caium*: Πέδιλα Ερμῆς ὑποδεῖται πτερῶν τάχους ἔχοντα. Διὰ τί; ἆρα οὐχ ὅτι πρέπει τ' ἑρμηνέα καὶ προφήτην τῶν θείων, ἀφ' ὧν καὶ Ερμῆς ὠνόμασται, τὰ ἀγαθὰ διαγγέλλοντα; κακοῦ γὰρ οὐχ ὅτι θεὸς, ἀλλ' οὐδὲ σοφὸς ἀνὴρ γίνεται μηνυτής· ποδωκύτατόν τε εἶναι καὶ μονονοὺ πτηνὸν φέρεσθαι διὰ ταχυδρομῶν ἀνυπέρθετον, ὅπως τὰ λυσιτελῆ φθάνοντα διαγγελίζεσθαι πρέπει, καθάπερ τὰ παλίμφημα μέλλοντα, εἰ μὴ ὑπηρέται τις αὐτὰ ἠσυχάζεσθαι. Mercurii pedibus alata ſubligantur talaria. Quamobrem? nimirum quia decet deorum internuncium atque interpretem, unde illi Græcum nomen eſt, læta nunciantem (mala enim vix vir ſapiens, nedum Deus, nunciare ſuſtineat) eſſe quam celerrimum, & præpetibus pennis ferri velociſſimè: quãdoquidem in hujuſmodi rebus properatio requiritur, ſicut in diverſis quieſcere ſatius fuerit.

Vix perpetrantur res magnæ abſque affectibus.) *Quare, videatur Plutarchus in vita Homeri cap.* IX.

Vix Rex amat, cui obligatum ſe putat.) *Plinii Panegyricus ad Traianum capite* LXI. *f.* Vtriuſque cura, utriuſque vigilantia obſtrictus es, Cæſar: ſed in principe rarum, ac propè inſolitum, ut ſe putet obligatum, aut ſi putet, amet. debes ergo Cæſar, & ſolvis.

Vix vel caſam veris amicis impleas.) *Nedum magnatis*

gnatis, alicuius ædes, nedum principis palatium. Phædrus fabula XLVIII.

Cùm parvas ædes sibi fundasset Socrates,
(Cujus non fugio mortem, si famam adsequar,
Et cedo invidiæ, dummodo absolvar cinis.)
Et populo sic nescio quis, ut fieri solet:
Quæso tam angustam talis vir ponis domum?
Vtinam, inquit, veris hanc amicis impleam!

Vna loquuntur voce leges cum omnibus.) *Dictum Ciceronis, ex libro altero de Officiis, capite* XII. *m.*

Vni senectæ debita est facundiæ.) *Causas cur videsis apud Lucianum libello de Hercule Gallico?*

Votis parentum aurem adplicat piam Deus.) *Verba Symmachi è libri* V. *Epistola* XXXI.

Vox umbra facti: ergo utrumque consonet.) *Phalaris Epistola* XXXV.

Καὶ ἔδωρεῖσθαί τι σοι πρὸς τὸ μέλλον, καὶ ἔγκρίφειν πεπαύσομαι Πολυγνῶτι. πέπαυσο γὴ καὶ σὺ τὰ ἐμοῦ πρὸς πολλοὺς ἐπαινῶν. τοῖς γὰρ ἔργοις μου κατηγορῶν, δι' ὧν οὐδὲν προσδέχῃ τῶν πεμπομένων ἀπ' ἐμοῦ, τοῖς λόγοις με ἐγκωμιάζεις· οὐδὲ τοῦτο σημεῖόν ἐστιν, ὅτι λόγος ἔργου σκιὰ πρὸς τοὺς σωφρονεστέροις πεπίστευται. Et à donando tibi quicquam in posterum, & à scribendo mox cessabo, Polygnote: cessa autem & tu à laudibus, quibus me apud multitudinem extollis. factis enim me accusans, non recipiendo ea quæ tibi à me missa sunt, sermonibus me celebras: neq; hoc intelligis, quod sermo facti umbra esse à modestioribus creditus sit.

Vocem audire se Danistæ ubiq; credit debitor.]

Verba

Verba sunt D. Ambrosii ad septimum caput Tobiæ. Ceterum adponenda erant potius Trochaicis.

Vrbs nulla templis, nulla Divis urbs caret.] *Quo ipso probatur communi opinione Gentium, credi esse Deum, &c.*

Vrbes procellas, rura portus nominēs.] *Libanius in Comparatione ruris atq; urbis:* Ἔπι τίνων ὁ μὲν ἀγρὸν οἰκῶν ἐλθὼν εἰς ἄστυ σκοτοδινιᾷ, καὶ πρὸς τὴν παλιν τὸ ταχίσην εἰς τὸν ἀγρὸν ἐλθεῖν πόθῳ τ ἡσυχίας. οἱ δ' ἐν τοῖς ἄστεσιν, ὁπόταν ἀναπνεῦσαι βουληθῶσιν, εἰς τοῦ ἀγροὺς θέουσι· τὰς μὲν πόλεις, κλυδωνας, τοὺς δ' ἀγροὺς, λιμένας νομίζοντες. καὶ ἡ μὲν γνώμη ῥᾴων δ' ἦν· τὸ δὲ σῶμα κουφότερον. Adde quod is qui ruri habitat profectus in urbem, vertigine laborat, & quàm celerrimè in agrum reverti tentat, quietis desiderio. at cùm oppidani conquiescere constituerunt, ad agros accurrunt; dum urbes quidē, procellas; agros verò portus reputant: proinde ruri animus statim alacrior, & corpus levius efficitur.

Vrbium pendet salus à pœnis atque præmiis.) *Versus longior est quàm ut sedem habeat inter Iambos. adscribendusq; magis Trochæis. de re ipsa nulla est Controversia. hoc ipsum omnes clamant auctores, sacri, profani, medioxumi.*

Vt esse servus vult herum, esse sic solet.) *Carmen est è Plauti Mostellaria Actu* IV. *Sc.* II. *nu.* 16.

Vt Luna, sic Sors fronte eadem haud permanet.) *Tale quid legi quoq; apud Plutarc. c.* LXII. *Demetrii.*

Vti licet populo Deûm donariis.) *Hactenus, ut necessitate præteritā restituat suis locis cum fœnore.*

Vti dolo, servile mage est, quàm regium.) *Appositè huc adscribatur fragmentum Polybii, cùm & hnic*

seculo

ſæculo magis vigeat vitiũ quod ibi taxat, quàm ſuo. extat autem lib. XIII. *Hiſtor. his planè verbis:* Καθάπερ ἐπὶ τ ὑδροπικῶν ἀδέποτε ποιεῖ πιῶλαν, ἀδὲ κόρον τ ἐπιθυμίας ἡ τ ἔξωθεν ὑγρῶν ἀπόθεσις, ἐὰν μὴ τιὼ ἐν αὐτῷ τῷ ζώματι διάθεσιν ὑγιαίνῃ τις· τὸν αὐτὸν τρόπον ἀδὲ τ πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν οἷόν τε κορέσαι, μὴ ἀ τιὼ ἐν τῇ ψυχῇ καλίαν λόγῳ τινὶ διορθωσάμενον. Ἐγὼν τ' τινες ὠφὶ τ τοιαύτιν κακοπραγμοζωίαν, ἰὼ δὴ βασιλικὼ μὴ ἀδαμῶς ἀδεὶς ἂν εἶναι φήσειεν· ἀναγκαίαν ἧ βέλον) λέγειν ἔνιοι πρὸς τ πραγματικὸν τρόπον, διὰ τιὼ νυῦ ἐπιπολάζουσαν κακοπραγμοζωίαν. οἱ μὴ ἀχαροὶ πολὺ ἡ ἧ τοιούτ μέρος ἐντὸς ἦσιν. τοσοῦτον γὰ ἀπηλοτριῶν τ ἧ κακομηχανεῖν ὠφὶ τοὺ φίλους, χαίειν ἧ τῷ τοιούτῳ σιωαύξειν τὰς ζφετέρας δυναστείας, ὥς ἀδὲ τοὺ πολεμίους ἡρουῶτ δι' ἀπάτης νικᾶν, ἀπολαμβάνοντες ἀδὲν ἧττον λαμπρὸν, ἀδὲ μιλὼ βέβαιον εἶναι τ κατορθωμάτων. ἐὰν μή πο ἐκ ἧ φανῆς μαχόμενοι ἡττήσῃ τ ψυχαῖς τοὺ ἀντιταττομένους. Διὸ ζ σιωετίθεν τὸ πρὸς ζφᾶς μήτε ἀδήλοις βέλεσι, μήτ' ἐκηβόλοις χρήσιωθ καὶ' ἀλλήλων· μόνιμ ἧ τ ἐκ χφρὸς ἧ συσκάδιν γιγνομένιν μάχην, ἀληθινὴν ἀπελαύνειν εἶναι κρίσιν πραγμάτων. ἢ ἧ τοὺ πολέμους ἀλλήλοις πρὸ ἄλεγον ἧ τὰς μάχας, ὅτε πρόθοιντ' ἀμφικινδυνεύειν, ἧ τοὺ τ' πρὸς, εἰς ὃς μέλλοιεν ἐξιέναι, ὠφελεῖν ἐξαίρετοι. Νιῶ ἧ ἧ Φαύλα φασὶν εἶναι κρατηγὸν τὸ πρόθυμως ἰὼ πρᾴτειν τ πολεμικῶν. βραχὺ δέ τι λείπεται ὠφελεῖν Ρωμαίοις ἴχνος ἔτι τ ἀρχαίας αἱρέσεως ὠφὶ τὸ πολεμικά. ἧ γὰ πρόθυμοι τοὺ πολέμους, ἐ τ ἐνέδραις ἀπαγωνίως χρῶντες, ἧ τιὼ μάχιν ἐκ χφρὸς ποιοῦντ ἧ συσκάδιν. ταῦτα μὴ ὁμῶ εἰρήσθω πρὸς τὸν ὑπερπολάζοντα νυῦ ἀστεῖον δέον ἐν τῇ κακοπραγμοσύνῃ ζῆλον ὠφὶ τοὺ ἡγουμένους, ἔν τε τῇ πολιτικαῖς ἧ πολεμικαῖς οἰκονομίαις. Quemadmodum aqua intercute laborãtium cupiditatem nemo unquam ſedaverit, neque ſatiaverit liquoris exter-

externi admonitione, nisi qui affecti corporis morbum prius sanaverit: ita planè cupiditatem augendi census exsatiare nemo queat, quin animi vitium ratione correxerit. Fuit cui in tractandis negotijs dolus malus placeret, quem Regi convenire nemo sanè dixerit. etsi non desunt, qui in tam crebro usu hodie doli mali, necessarium eum esse dicant, ad publicarum rerũ administrationem. Cæterùm Achæi ab eiusmodi mente quàm longissimè aberant. qui quidem dolosas erga amicos machinationes imperij amplificandi gratia, usq; adeo abhorrebant, ut ne hostes quidem per fraudẽ vellent vincere. Quippe qui victoriam nullam neq; satis illustrem, neque stabilem ducerent, nisi quis propalam hostes aggressus, animos ipsis virtute sua fregisset. Propterea convenerat inter ipsos, ut neq; occultis telis alter in alterũ uteretur, neq; missilib. è longinquo jactis. Cernendi namq; controversias solam putabant legitimam esse rationem, cum pede collato pugnatur comminus. Iccircò etiam quoties armis decertare statuissent, & bella, & prælia sibi invisem denunciabant; loca item ad quæ aciei instruendæ causa essent venturi. Nunc, si quis Imperator suum aliquod consilium bellicum minus occuluerit, vitio id illi vertunt. Adhuc apud Romanos veterum institutorum rei militaris leviter impressa vestigia quædã manent. nam & bella indicunt, & insidijs rarò utuntur, & comminus rem gerentes pugnam edunt statariam. Hæc nos dicta voluimus adversus istud, quod supra modum inter principes viros nunc viget, & ceu mutua æmulatione quadam alitur, studium

dium dolo malo utendi in administratione rerum sive civilium, sive bellicarum.

Vtinam hac carere possemus molestia.) *Notum est huiusmodi voces usurpatas à Catone circa fœminas.*

Vulgus simul ad fortunam offendit frangitur.) *Versus concinnatus ex verbis Phædri fabula* LXXIII.

Vulgus se dignum quid sit cognitum haud habet.) *Factum è sententia Plautina Amphytruonis actu 1, sc. 1. versu 30.* Facit ille quod vulgò haud solent, ut quid se sit dignum sciat.

Vultu parentes lædere ipso item est scelus.) *Vsurpatum scitum, & Ciceroni, & Symmacho, & Salviano, aliisq;.*

Vxor quid faciat, in manu non est viri.) *Petitum ex Terentii Hecyra.*

Vxoris est dos prima morigeratio.) *Salvianus Epistola Palladiæ:* Hæret sensibus meis sanctum piæ præceptionis arcanum: morigeram me, ut puto, ante omnia viro esse jussistis.

IN TEO-

IN TROCHAICOS.

A Gradu ſcalæ ſecundo haud eſt venire ad ſeptimum.) *Eo verſu, carpere eſt iſtos, qui ſaltu promoventur ad honores dignitatesq; politicas militaresve; iſtos, inquam, qui initia magiſtratuum capiunt ab imperio ſummo. De quare, ex Hiſtoricorum hortis, florida multa congeſſimus ad illa Livii libro* XXXII. *cap. 7. f.* Neque ipſe conſul memorabile quidquam geſſit, Comitiorum cauſa Romam revocatus, quæ ipſa per M. Fulvium & M. Curium tribunos plebis impediebantur, & Titum Qu. Flamininū Conſulatum ex quæſtura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturamque faſtidiri: nec per honorum gradus documentum ſui dantes nobiles homines tendere ad conſulatum, ſed tranſcendendo media, ſumma imis continuare: *Ut etiam ad hæc Taciti libro* III. *Hiſtor. cap. 56.* Sed præcipuum ipſe Vitellius oſtentum erat, ignarus militiæ, improvidus cōſilij. quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus urgendo trahendove bello modus, alios rogās, & ad omnes nuncios vultu quoque & inceſſu trepidus, dein temulentus.

A minore ad magna ſcelera adſcendit uſque pravitas.) *Dio Chryſoſtomus Oratione* VII. Ἐὰν δ' ἀεὶ παλαιὰ ἔθη καὶ ἐσπιρρώμενά νοσήματα χρόνῳ, ὥσπερ λαίλαπι, μήτι γε παντελῶς ἐᾶν ἀθεραπεύτως ἔχειν, καὶ ἀπηλαγκέναι

ἀλλὰ σποπῶντα τὸ δυνατὸν ἀμηγέπη, σέλλειν καὶ κολάζειν· ὡς οὔποτε φιλεῖ τὰ μοχθηρὰ μένειν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλὰ ἀεὶ κινεῖται καὶ προέισιν ἐπὶ τὸ αἰσχρότερον, μηδενὸς ἀναγκαίου μέτρου τυγχάνοντα. Si verò antiquæ conſuetudines, & morbi ætate roborati civitates occupaverint, non tamen omnino relinquendi ſunt incurati & impuniti: ſed videndum quantum poſſibile eſt, ut aliquo modo contrahantur, punianturque: eo quod nunquam flagitioſa manere ſoleant in eodem ſtatu, ſed ſemper moveantur, procedantq; ad petulantiora, quum modus neceſſariò obſervandus non eſt conſtitutus.

Bene igitur iuvenalis Satyra XIII. *v. 240.* nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit
Ejectum ſemel attritâ de fronte ruborem?
Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum vidéris uno
Flagitio? &c.

A malis ceſſatio, veniæ eſt opus, non gloriæ.) *Voces ſunt D. Ambroſii in cap.* VI. *ad Epheſios.*

A muſis alienum id omne eſt, Iupiter quod non amat.) *Plutarchus cap.* VIII. *p. de Superſtitione:* Μυσικὴν φησιν ὁ Πλάτων, ἐμμελείας καὶ εὐρυθμίας δημιουργὸν, ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν οὐ τρυφῆς ἕνεκα καὶ κνήσεως ὧν δοθῆναι, ἀλλὰ τὸ τῶν τῆς ψυχῆς φθορῶν καὶ ἁρμονιῶν παρεγχώδες καὶ πεπλανημένον ἐν σώμασι, μούσης τε καὶ χαίροντος ἐνδείᾳ πολλαχῇ δι' ἀηδίαν καὶ παραμέλειαν ἐξυβρίζον, αὖθις εἰς τάξιν ἀνελίττουσαν οἰκείως καὶ φιλάγουσαν παρεῖναι. Ὅσα γὰρ μὴ πέφυκε ζῶα (ἔφη Πίνδαρος) αἰτίζοντα βοὰν Πιερίδων αἴονται. καὶ γὰρ ἀφυγελαίνεται καὶ ἀχαναχλεῖ· καὶ τοὺς τίγρεις φασὶ φθεγγομένης συνιζομένους ἐκμαίνεσθαι καὶ παρεκτείνεσθαι, καὶ τέλος αὐτοὺς ἀφ-

τὰς Ἀφροδίτας. Musicam ait Plato concinnitatis opificem hominibus à dijs datam, non luxus gratia & pruritus aurium: sed quoniam animi circuitiones turbulentæ & vagæ in corpore Musæ & Gratiæ inopia, sæpenumerò incontinentia & errore luxuriant: ut rursum in ordinem eius opera redigi possint. nam, ut Pindarus ait,

Quæcunq; Iupiter non dilexit,
Perturbantur vocem Pieridum audientia:

Etenim efferantur, & indignãtur. quomodo tigres aiunt circumsonantibus tympanis in rabiem agi, ita ut ad extremum seipsas dilanient.

A tuis crudelius necaris quàm ab extraneis.) *Egesippus libro* v. *Excidii Hierosol. cap.* 2. Ideo in te regnat seditio, pax sepulta est, ut crudelius à tuis pereas, quàm si ab alienis perires, &c.

Absit ut citò de amicis perperam quis sentiat.) *Petita sunt ex Epistolis Ioannis Sarisberiensis.*

Absque amicitia nec ædes ulla, nec stare urbs potest.) *Desumptum ex Tullii Lælio cap.* 7. *p. ut & versus sequens.*

Absque amico ne quidem jucunda nobis patria est.) *Egregiè D. Chrysostomus Homilia* 11. *in Epist. ad Thessalonicenses:* Ἀλλὰ πάντας ἡδονὰς ὑπερβάλλει ἡ τῆς φιλίας, κἂν τὸν τοῦ μέλιτος εἴπῃς. ἔστι γὰρ πρὸς γλυκὺς γίνεται, φίλος δὲ οὐδέποτε ἕως ἂν ᾖ φίλος: ἀλλὰ μᾶλλον αὔξεται ἡ ἐπιθυμία, καὶ πόρον οὐδέποτε λαμβάνει ἡ ἡδονή. καὶ τῆς παρούσης ζωῆς φίλος ἡδύτερος. πολλοὶ γοῦν μετὰ τὸν τῶν φίλων τελευτὴν, οὐκ ἠξίωσαν ζῆσαι λοιπόν. μετὰ φίλου καὶ ὑποφερεῖαν τὶς ἐνέγκῃ: χωρὶς φίλου οὐδὲ τὸν αὐτοῦ οἰκῆσαι ἔλοιτο ἄν. μετὰ φίλου καὶ πενίαν φορητόν: τοῦτο γὰρ καὶ ὑγεία καὶ πλοῦτος ἀφόρητον.

ἄλλον ἑαυτὸν ἔχῃ. Sed omnes exuperat voluptas amicitiæ, etiamsi mellis voluptatem dixeris. Nam id quidem affert satietatem, amicus autem nunquam dum fuerit amicus: sed augetur potiùs desiderium, & satietatem nunquam affert voluptas. Vitâ quoq; præsente amicus est jucundior. Multi quidem certè post mortem amicorum, ne optarunt quidem amplius vivere. Cum amico etiam exilium tulerit quispiam. Absque amico autem ne suam quidem patriam habere voluerit. Cum amico etiam paupertas est tolerabilis. Absque eo autem & sanitas, & divitiæ sunt intolerabiles. Alterum habet seipsum.

Absque amore jocisq; vita suavis esse cui queat?) *Fictum ex Horatianis lib. 1. Epist. 6. f.*

Absq; animo haud movetò corpus, nec animum absq; corpore.) *Præceptum Platonicum, quod pulcrè excutit Plutarchus fine libri de sanitate tuenda.*

Absq; feris simul ac tyrannis trunca virtus Herculi est.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XXXV. Τὸν μὲν γὰρ Ἡρακλέα οὐδὲ ἄλλοθεν οἱ ἄνθρωποι προσέθεσαν Φέροντες τῷ Διὶ, εἰ μὴ μέσης πρὸς καὶ ὁμιλίας αἰσχρὰς συγκαμψύνης αὐτοῖς. ἐὰν ἀφέλῃς αὐτοῦ τὰ θηρία καὶ τοὺς λῃστὰς καὶ τὰς ἄνω καὶ κάτω ὁδοὺς, καὶ τὰ λεῖα ἐκεῖνα πάντα, ἠκρωτηριάσας τὴν ἀρετὴν τοῦ Ἡρακλέους. Herculem non aliunde quàm è media cum periculis luda sustulerunt, Iovique adscripserunt homines. Cui si feras demas & tyrannos, si plurima illa sursum deorsumq; itinera, & adversa omnia, Herculis virtutem mutilasti.

Absq; nervis ambulare posse hominem medici negant.) *Petroni Satyrico:* Quid tandem agas quæro, & an tuis pedibus perveneris domum. ne-

gant

gant enim medici ſine nervis homines ambulare poſſe.

Abſque perſecutione nullus ſervus eſt Dei.) *Eſt dictum D. Auguſtini ad Pſalmum* LXX.

Abſtinere honore, ambitio ſæpius præpoſtera eſt.) *Tacitus libro* XVI. *Annal. cap.* 17. Mella quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abſtinuerat, per ambitionem præpoſteram; ut eques Romanus Conſularibus potentiâ æquaretur.

Accipiat potius pugil plagam, quàm ut vitet turpiter.) *Deſumptum è Ciceronis lib.* II. *Tuſculan. quæſt. cap.* 17.

Acrius urit re ſecunda interpolata adverſitas.) *Ennodius libro* VII. *Epiſtol.* 2. Quantum ad faſcem mœroris adjungit interrupta tribulatio, quando ut acrius urat adverſitas proſperorũ mutatione blanditur. Ad cuius unquam onus acceſſit, quod continuatæ ſarcinam calamitatis abjecit? &c.

Ad leges natura rerum humanas non componitur.) *Papirius Fabianus lib.* II. *controverſia* v. Exſpectata; poteſt parere. non reſpondet ad propoſitum, nec ad certum diem fœcunditas. ſui juris rerum natura eſt, nec ad leges humanas componitur: modò properat, modò vota præcurrit, modò lenta eſt & demoratur. exſpectata modò; pariet.

Ad metalla quis damnatos negitet eſſe divites?) *Eodem certè modo divites ſunt quo avari, qui eximmẽſis opibus nihil attingere audent. multa huc facientia, hauriamus ex Ioh. Chryſoſtomi Homil.* XXIII. *ad* 1. *Cor. ubi oſtendit avaros peiore longè eſſe conditione quàm qui pœnæ mancipati laborant in aurifodinis.*

Ad parentũ liberi ferè mores deducimur.) *Sunt è Ciceronis libro 1. de Officiis cap. 32.*

Ad peccata conniveto civium, rebus malis.) *Nec civium modò, ſed & ſociorum, tam domi quàm foris, cùm bellum eſt. & Livius lib.* XXV. *cap. 3.* Ea fraus indicata M. Æmilio Prætori priore anno fuerat, ac per eum ad Senatum delata, nec tamen ullo Senatuſcõſulto notata, quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore offenſum nolebant. *Conſulatur idem libri* XXIII. *cap. 22. ut & libri* XXIV. *cap. 45. m. lib.* XXVI. *cap. 15. p. libri* XXXIII. *cap. 13. p. Cæſar vero lib.* III. *Belli civilis cap. 60. p. Tacitus lib. 1. Hiſtor. cap. 59. pr. Salluſtius cap.* XLVIII. *coniurationis Catilinæ. Ammianus lib.* XXV. *cap. 2. f. Demoſthenes Olynthiaca II. ante finem; nec non Epiſtol. 1. m. Polybius lib.* V. *cap. 25. f. Diodorus Siculus lib.* XVI. *Bibliothecæ cap. 80. p. lib.* XVIII. *c. 25. m. Plutarchus in vita Bruti, cap. 51. f. Fabii cap. 35. p. Philopœmenis cap. 27. p. & quis non?*

Ad rationem nemo, cuncti ad ſimilitudinem vivimus.) *Seneca lib. de vita beata cap. 1.* Nulla res nos majoribus malis implicat, quàm quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno adſenſu recepta ſunt; quorum exempla multa ſunt; nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem vivimus. inde iſta tanta coacervatio aliorum ſupra alios ruentiũ. *Tacitus lib.* IV. *Annal. cap. 33. p.* Pauci prudentia honeſta à deterioribus, utilia ab noxijs diſcernunt; plures aliorum eventis docentur.

Ad ſapientiæ ſtudium ingens læva Sors viaticum eſt.) *Maximus Tyrius Diſſertatione* XXXVII. Καὶ γὰρ πολλάκις αἱ ἀπὸ τῆς τύχης συμφοραὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια: Sæpenumero ad Philoſophiam commeatum ſuppedi-

ſuppeditat fortunæ infelicitas. *Videatur & Apuleius Apologia 1. in verbis ſupra laudatis.*

Adfectus ſupercilij eſt, juſto eſſe ſubjectum amplius.) *Ennod. lib. 1. Epiſt.* XV. Idem eſt, terminum in arrogantia non tenere, quod in humilitate tranſcẽdere. ſupercilij affectus eſt, juſto amplius eſſe ſubjectum. familiare eſt graviter hiantib. novas invenire blãditias, & grandis cothurnus in eloquentia ſimulare formidinem, vel examen metuere de laude ſecurum. Adjuvat perſæpe natus claritudinem patris.) *Tacitus de Mella lib.* XVI. *Annalium c. 17.* Idem Annæum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis, &c. Admiratio ingens verba nõ parit at ſilentium.) *De Muſonio Gellius lib.* V. *Noct. Attic. c. 1.* Præterea dicebat magnã laudem non abeſſe ab admiratione: admirationem autem quæ maximè eſt, non parere verba, ſed ſilentium. idcirco, inquit, poetaram ſapientiſſimus auditores illos Vlyxi labores ſuos illuſtriſſimè narrantis; ubi loquendi finis factus, non exſultare, nec ſtrepere, nec vociferari facit: ſed conſiluiſſe univerſos dicit, quaſi attonitos & obſtipides delinimentis aurium ad origines uſq; vocis permanantibus.

Admirere alios homines nimis potius, quàm tempſeris.) *Præceptum Plutarcho proditum cap.* XXVIII. *libelli quo quærit.* Quomodo quis ſuos in virtute parandâ ſentire poſſit profectus.

Admodum multos Fames, at plures crapula abſtulit.) *Sententia Theognidis, aliis deinceps ſcriptoribus crebrò uſurpata.*

Adſtringas magis natos meritis quàm pactionibus.) *Verba Pauli Iureconſulti, lib.* IV. *Sentent. tit. 5.*

Adversus clientem nemo dicit testimonium.) *Videatur inter alios etiam M. Cato apud Gellium lib.* v. *Noctium Atticarum cap.* 13.

Ædes in quas lac asininum infertur certè morbida est.) *Aut memoria me decipit, aut tale quid legi in Plutarchi Demetrio.*

Ægrius maledicta inimici quàm malefacta concoquant?) *Plutarchus cap.* XLVII. *Timoleontis:* Οὕτως ὑπὸ λόγων μᾶλλον ἢ πράξεων πονηρῶν αἰτιᾶσθαι πέφυκασιν οἱ πολλοί· χαλεπώτερον γὰρ ὕβρεως ἢ βλάβης φέρουσιν. ἡ τὸ μὲν ἀμύνεσθαι δι' ἔργων, ὡς ἀναγκαῖον, δέδοται τοῖς πολεμοῦσιν· αἱ δὲ βλασφημίαι, θείοσιν μίξασαι ἡ κακίας γίνεσθαι δοκοῦσιν. Ita multos lingua solet magis quàm tetra facta pungere: gravius enim contumeliam ferũt homines quàm detrimentum. Quippe offensio per manum hostibus, ut necessaria concessa est, virulentia vero linguæ ex effuso odio videtur vel improbitate prodire.

Ægri à morte, de morbo ipso sera disputatio est.) *Quemadmodum sæpe cõtingit: & meminit Divus Nazianzenus Oratione* XL.

Æquè odisse satellites oportet quàm tyrannidem.) *Libanius pro Tyrannicida:* Εἰκὸς μὲν οὖν ἡμᾶς τούτους μὲν θυσίαις θεραπεύειν, τοῦτον δὲ τιμαῖς ἀμείβεσθαι. καὶ τῆς δημοκρατίας ἄρξασθαι πάλιν ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ δίδοντος, τῷ καθελόντι τὸν τύραννον χάριτας. οἱ μὲν οὖν δορυφόροι καὶ πάντες οἱ τῆς ἐκείνου μισθοφορᾶς μεμνημένοι, δίκην διδόασιν, ὅσοι μὴ φυγάδες ᾤχοντο. καὶ καλῶς τοῦτο γίνεται. δεῖ γὰρ, μὴ τυράννους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ἐκείνων ἡρημένους μισεῖν. Quamobrẽ æquum est nos victimis Deos colere: hunc verò honoribus prosequi. atq; ab integro Remp. restauratã auspicari à lege,

à lege, quæ ei, qui Tyrannum sustulit præmium tribuit. Satellites profectò, & omnes qui à partibus illius steterunt, pœnas pendunt, quicunq; non arripuerunt fugam. idq; rectè fit. Neq; enim tyrannos tantùm odisse par est, sed & eos qui se illorum factioni adiunxere.

Æquitatem difficulter servat præstans omnibus.) *Rationem reddit Cicero lib. 1. de Officijs c. 19. unde verba isthæc petita.*

Æstimamur de sodale ignoti nostris morib.) *Ennodius lib. v. Epist. 26.* Ego ut tarde amicos eligo, ita in his indemutabiliter persevero. Mihi adsum, quoties opinionem vestram astris æquavero: quia apud quos ignoti sumus moribus nostris, de sodalibus æstimamur.

Ætatem unimus cubili nunquã committit suã.) *Versus Plauti ex Truculento, act* IV. *sc.* V. *vers. 16.*

Aleæ leges iniquas jura non solvunt fori.) *Conqueritur istud D. Ambrosius Homil.* XI. *in Tobiam.*

Alitum quascunq; pennas penna aquilina devorat.) *Hodie etiam usurpatur erga eos qui rem iniustè partam admiscent rectè partæ. De pennis aquilæ meminit & Plin. lib. x. Hist. nat. c 3. f. & Plutaarch. lib. v. Symposiacon quæst.* VII. *aliq; qui nunc non occurrunt.*

Alteri esse non potes, quin sis tibi ipse iniurius.) *Rationem huius rei præclarè reddidit Hierax, libello de iustitia; cuius fragmentum à Ioan. Stobæo productum Sermone 10.*

Alteri potest optare. quis quod jã ipse perdidit.) *Ennod. Apologetico pro Synodo:* Sed credo vivit in istis & in malæ conversationis suæ morte, consiliũ; & potest optare quis alteri quod ipse jam perdidit.

Alteri qui formam uxoris laudat ſæpe ea excidit) *Laus enim talis, maxima eſt lena; ut dixit neſcio quis. Inveniri autem viros qui bona ſua poſſidere nequeũt tacitè, exemplo eſt Candaules & Otho, de quibus notum ſatis eſt ex Herodoto & Tacito.*

Alterius memor, & ſui immemor inconſultus eſt amor.) *Eſt ex Salviani libro III. contra Avaritiam*: Inconſultus namque & ſtultus amor eſt, alterius memor & ſui immemor.

Alterius quei conſervet pudorem amiſit qui ſuum?) *Apuleius Apologia II.* Sed ſum ego inſcius, qui poſtulo ut alienum pudorem cõſerves, qui tuum perdideris?

Alveos in plures amnes diduc, lenior fluet.) *Variis rebus accommodari poteſt; ad coniurationem ſcilicet, eam ſtatim debilitandam ſi capita eius invicem ſeparaveris, ad amorem inter plures diviſum; de quo ultimo ſic Plutarchus cap. III. de Amicorum multitudine:* Ὅθεν τὸ ζΦόδρα Φιλεῖν καὶ Φιλεῖσθαι, πρὸς πολλοὺς οὐκ ἔξιν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ ποταμοὶ πολλὰς ἀφίστεις καὶ κατατομὰς λαμβάνοντες ἀσθενεῖς καὶ λεπτοὶ ῥέουσιν, οὕτω τὸ Φιλεῖν σΦοδρὸν ἐν ψυχῇ πεΦυκὸς, εἰς πολλοὺς μεριζόμενον ἐξαμαυροῦται. διὸ καὶ τῶν ζώων τὸ Φιλότεκνον, τοῖς μονοτόκοις ἰσχυρότερον ἐμΦύεται. Itaque valde amare & amari inter multos locum non habet. Sed ſicuti amnes in multos diviſi alveos, imbecilli fluunt ac tenues: ſic vehemens amor in animo ſi diſſipetur in multos, enervatur. unde fit ut ea etiam animalia prolem ſuam magis ament, quæ unum tantùm gignunt.

Amplitudines virtutum nullis cohibe finibus.) *Gellius lib.* IV. *Noct. Attic. cap.* 9. Ingenium autem & offi-

& officium & forma, & disciplina, & consilium, & victoria, & facundia, sicut ipsæ virtutum amplitudines, nullis finibus cohibentur; sed quanto maiora auctioraque sint, etiam tanto laudatiora sunt.

An quis armis, aut fide ante Germanos mortalium est?) *Legati Frisiorum apud Tacitum asseverant*, nullos mortalium armis aut fide ante Germanos. *lib.* XIII. *Annal. cap.* 54. *f.*

An reus est sententiam qui dicit inter Iudices?) *Tale quid nonnunquam contingere, ut nimirum accusatus quis nihilominus admittatur in iudicum consessu, liquebit vel ex Taciti libro* XII. *Annalium cap.* 54. *f.* *nec non libro* XIII. *cap.* 23. *f.* *ubi felix Samaritarum præses, & Burrhus præfectus prætorio inter iudices ostentantur.*

Angeli est in ipsa carne præter carnem vivere.) *D. Nazianzenus Oratione* XXXI. Πῶς γὰρ οὐκ ἀγγελικὸν τὸ σαρκὶ συνδεδεμένον, μὴ κατὰ σάρκα ζῆν, ἀλλ' εἶναι τῆς φύσεως ὑψηλοτέρας. An non planè angelicum, eam, quæ carnis vinculis alligata sit, non modo carni consentaneo vivere, sed natura ipsa excelsiorem esse?

Annus ac dies monet hominẽ sperare ne immortalia.) *Planè factum ex Horatianis libri* IV. *Oda* 7.

Ante discrimen feroces, sunt pavidi in periculo.) *Videtur potissimum intelligendum de militibus, quorum ii qui valent lingua, raro valent manu. Exprobrat dictator apud Livium libro* VII. *cap.* 15. Ecquis sequeretur eorum qui modò ducturi fuerint, in castris feroces, in acie pavidi? &c. *Etiam Annibal apud eundem Historicum libro* XXIV. *cap.* 45. *f.* Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lin-

gua

gua iacta abiatis: en nunc minor res est. heic experiri vim virtutemque volo: expugnatæ Nolam. *Similia legere est eiusdem Patavini libro* XXVI. *cap. 2. f. libro* XXVIII. *cap. 32. f. libr.* XXIX. *cap. 19. f. aliisq; locis pluribus; quos produximus ad ista Taciti lib. 1. Historiarum cap. 35.* Ignaviſſimus quiſque &, ut res docuit, in periculo non auſurus, nimii verbis, linguę feroces, &c.

Appetis dominatum demens præmaturè præcocem.) *Apparet dici in iuvenem cupidum regere alios, qui ipſum ſe fortè non poterat. Est autem verſus Afranii citatus à Gellio lib. X. cap. 11.*

Applicandæ leges rebus potius quàm res legib.) *Tale quid laudabiliter facere ſolitum Solonem, in vita eius meminit Plutarchus cap.* XXXVI.

Approperato, ne poſt tempus prædæ præſidium pares.) *Verba Plauti ex Aſinariæ Actu II. Scena II. verſ. 28.*

Arborum frugumque vota; ſedere diutinas nives.) *Id eſt, nihil magis optant arbores fruges q; quàm ut nives diutius eis incumbent: non ſolùm, quia animã terræ evaneſcentem exhalatione includunt & comprimunt, retroq; agunt in vires frugum atq; radices, verùm quod & liquorem ſenſim præbent purum leviſſimumq; : ut iam taceam ſic præterea cuſtodiri à frigore et ventis ſata ſtirpeſque.*

Arctè habent ſuos parentes contenteq; liberos.) *Sumptum è Plauti ver. 64. Aſinariæ Act. I. Sc. I.*

Arduum eſt alibi vixiſſe, alibique cauſam dicere) *Verbum fuit Catonis maioris, cum octogenario maior cauſam diceret; meminitq; Plutarchus libro quo quærit an ſeni ſit gerenda Reſpublica, cap.* V.

Armatura

Armatura fortiori idem bonũ eſt quod mœnia.)
Aiax armis fraudatus apud Libanium: Ἀλλὰ γυμνὸς τ̃ ἀσπίδ@· ἔρημ@ τ̃ πανοπλίας· ἄοπλ@ ἐναπίφλωκ· τ̃ τ̃ ἀρίστειας ὀργάνων στερισκόμεν@ ἐλέγχομαι. καλεῖ πόλεμ@ Αἴαντα. πανοπλία τάξεως ἡ χρεία· περὶ ὃ ἄστε@ ἡ μάχη· ἐξιέναι, στρατεύεσθαι, παρατάττεσθαι προσήκει· πῶς οὖν στρατιώτου μοίρᾳ τ̃ πανοπλίας στερόμενος; πῶς ὁ γυμνὸς ὃ θώρακος φοβήσω; τεῖχος ἀρίστεως ἡ πανοπλία νενόμισται· φρούριον ἄῤῥαγες ἡ πανοπλία πεπίστευται· κ' ἀπ τ̃ ἀσπίδ@ νικηφόρ@ ὀνομάζομαι. Verùm nudatus clypeo: deſtitutus armatura: prodeo inermis; ſtrenuitatis inſtrumentis fraudatus comperior. Ajacem bellum vocat: caſtrorum uſus: prælium ante urbem. egredi, militare, ſtare in acie convenit. Qui dimicabo armis privatus? Qui abſque lorica terrebo? Murus ſtrenui viri armatura cenſetur. E clypeo victor nuncupabor.

Arrogantis eſt negligere de ſe quis quid ſentiat.) *Voces Ciceronis è libro 1. de Officiis cap. 28.*

Arte quis potior fuerit docet tandem experientia.) *Dictum eſſe Pindari, nemini ferè ignotum eſt, cuius perplurima verſib. iſtis interſparſa, res ipſa cum ſatis clamet, cur ideo indicem ex ſupervacuo?*

Auctior redit quandoq; ſpreta in tempore gloria.) *Livius lib.* II. *cap.* 47. *f.* Omni acto triumpho depoſitus triumphus clarior fuit. adeo ſpreta in tẽpore gloria interdũ cumulatior redit. *cui genuinum eſt iſtud Dionis Caſſii lib.* XXXIX. Τότε οὖν ὁ Κάτων ἐν δόξῃ τινὶ ἀπίνικίων ἀγὰ ταῦτ' αἰσίων ἐγένετο. καὶ οἱ ὕπατοι γνώμην ἐν τῷ συνεδρίῳ ἐποιήσαντο, στρατηγίαν αὐτῷ δοθῆναι, καίπερ μηδέπω ἐκ τ̃ νόμων παρεσκευασμένον. καὶ ὃν ἀπέδειξαν μὲν (αὐτὸς γὰρ οὐκ εἶπε) τιὼ ἢ δὴ ἄκλαυσαν ἢ ἐκ τούτου

μείζονα

μείζονα ἔχε. Igitur Cato eam de se tum opinionem præbuit, ut honoribus qui victoribus habentur, dignus existimaretur: consulesq; in senatu præturam ei decernerent, quam ei leges nondū concedebant. Eam Cato respuit neque gessit: hocque ipso suam sibi gloriam auxit.

Aucupum modo, adsentator vocem Regum est æmulus.) *Plutarchus in præceptis Reipublicæ gerendæ, cap.* VII. Οἱ μὲν οὖν αὐλικοὶ κόλακες, ὥσπερ ὀρνιθοθῆραι, μιμούμενοι τῇ φωνῇ καὶ συνεξομοιοῦντες ἑαυτοὺς ἐποδύονται μάλιστα καὶ θηράγουσι δι' ἁπάντης τῆς βασιλέως· τῷ δὲ πολιτικῷ μιμεῖσθαι μὲν οὐ πρέπει τὸν δήμου τρόπον, ἁρμόττει δὲ καὶ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον οἷς ἁλώσιμός ἐστιν. Enimverò adulatores aulici aucupū more vocem suam ad imitationem regum componūt, ītaque eos subeunt & decipiunt. Rempub. autem gerenti non convenit mores populi imitari: nosse eos, eaque se iis ratione accommodare, qua capi singulos posse cernit, operæ est.

Audiant senem juvenes, juvenem audiere quem senes.) *Augusto dictum istud adscribi scio, sed non occurrit etiam auctor, puto tamen esse Plutarchum.*

Audiens Ducis dicto haud est miles re gesta malè.) *Cæsar Iulius de se ipso libro priore Belli Gallici capite 40. §. 3.* Scire se quibuscunque exercitus dicto audiens non fuerit, aut malè re gesta fortunam defuisse, aut aliquo facinore comperto, avaritiam esse convictam. suam innocentiam perpetua vitæ felicitate, Helvetiorum bello esse perspectam. *nec aliter rem esse, multis exemplorum testimoniis ostendi; quod ad cladem quidem, ad librum* XII. *Annalium Taciti capite 47. m. quod ad avaritiam; ad eundem*

auctorem

auctorem libro 1. Historiarum cap. 60. p.

Auferas iniquè multis, uni post quod præbeas.) *Ut si Princeps è tributis collectam pecuniam admodum invidiosè, donet alicui Purpuratorum suorum, &c.*

Avida simul & nescia est potiundi honoris vanitas.) *Verba Divi Prosperi, è lib. 111. de vita contemplativa cap. 10. p.*

Auribus sunt delicatis, est quibus sors prospera.) *Quia nunquam ferè admiserunt in aureis suas, alias voces quàm byssinas. Interim nec à vero abit alterius versus sententia:* Auribus sunt delicatis sors quibus non prospera est; *quamvis forsan verius substitueretur* permorosis. *nam calamitas amaritiem miram ingenerat moribus, procliveſq; reddit animos in iram; adeò ut ad quodvis ferè verbum exacerbentur, abeantque in querelas. Videatur Phocion Plutarchi sub initio; & Seneca lib. 11. de Ira cap. 19. & 20.*

Aurum habenas Pravitatis, aurum virtutis regit.) *Mirum dictum, & tamen verum; uti suprà hausimus ex Epistola Simocatti* x.

Auro malumus carere & gemmis quàm arrogantia.] *Voces Hieronymianæ ex Epitaphio Fabiolæ.*

Aut cum Rege nil loquendum est, aut loquenda veritas.) *Dictum fuisse Solonis cum ignominiosè despiceretur à Cræso ob sermones cum eo liberos, innuit Ioannes Tzetzes Chiliade* v. *Historia S.*

Ἰδὼν ὃ ξένον αἴζωπος οὕτω παροῳχθέντα,
Σόλων, εἶπε, φιλόσοφε, τοῖς βασιλεῦσι πρέπει,
Ἢ τὰ θυμήρη λέγειν μοι, ἢ μηδὲ ὅλως λέγειν.
Ὁ δὲ φησὶν, ὦ αἴζωπε, τοῖς βασιλεῦσι πρέπει
Ἢ λέγειν τὴν ἀλήθειαν, ἢ μηδὲ ὅλως λέγειν.

Con-

Conſpicatus autem Æſopus hunc ſic deſpectum,
Solon, inquit, Philoſophe, regibus decet
Vel jucunda quidē dicere, vel non omnino dicere.
Ille autem inquit: Æſope, regibus decet
Vel dicere veritatem, vel non omnino dicere.

Aut Regem non alloquare, aut alloquare ſuaviter.) *Notum Ariſtotelis præceptum, quo proſecutus eſt propinquum ſuum Calliſthenem*; Aut quàm rariſſimè loquaris cum Alexandro, aut quam jucundiſſimè. *& itta ſanè faciendū eis quibus animus eſt ſeneſcere in aula. Verùm qui omnia in ſe reponunt, neq; quidquam deſiderant, ij profectò cur liberrimè loquantur, nihil prohibet, imò cuncta ſuadent; vel ideo ne priorem morum amittant gloriam. nervoſe Horat. lib. 1. Epiſt. 16. verſ. 77.*
Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu,
Rector Thebarum, quid me perferre patiq;
Indignū coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,
Lectos, argentum. tollas licet. In manicis &
Compedibus ſævo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus, ſimulatq; volam, me ſolvet. Opinor,
Hoc ſentit, Moriar: mors ultima linea rerum eſt.

Aut regit ſuperbè multitudo, aut ſervit infimè.) *Livius lib.* XXIV. *cap. 25. f.* Hæc natura multitudinis eſt; aut ſervit humiliter, aut ſuperbè dominatur: libertatem quæ media eſt, nec ſpernere modicè, nec habere ſciunt. *Inde argumentatio Conſiliariorū Druſi apud Tacitum libro 1. Annalium cap. 29. f.* Nihil in vulgo modicum; terrere, ni paveant: ubi pertimuerint, impune contemni, &c.

Axitioſæ annonā caram è vili concinnant viris) *Verſus, Grammaticis citatus, é Plauti Aſtrabâ.*

Balneum reficit defeſſos, victores encomiū.) *Eſt è ſcite dictis Pindari.* Balbu-

Balbutire patri cum natis parvulis ſuaviſſimum eſt.) *Aurea videntur omnia, quæ lego apud Chyſoſtomum. quid mirum igitur ſi ſæpius mihi advocatur? Idem igitur Homiliâ* XXXIII. *in Epiſt. 1. ad Corinthios:* Διὰ τοῦτο κὴ πατέρες κἂν ἁπάντων ὦσι φιλοσοφώτεροι, & ῥητορικώτεροι, κὴ αἰσχυνόν) τοῖς παισὶ συμψελλίζοντες, κὴ οὐδεὶς ἐγκαλεῖ τῶν ὁρώντων, ἀλλ' οὕτω καλὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα δοκεῖ, ὡς καὶ ἀρχῆς ἄξιον εἶναι. κἂν πονηροὶ ὦσιν τὴν πάλιν, οὗτοι μένουσι διορθοῦντες, ἐπιμελόμενοι, συσπέλλοντες αὐτῶν τὰ ὀνείδη, κὰ οὐκ αἰσχυνόντων· ἡ γὰρ ἀγάπη οὐκ αἰσχύνει, ἀλλὰ καθάπερ χρυσαῖς ποὶ πτέρυξι συγκαλύπτει πάντα τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀγαπωμένων. Propterea patres etiamſi ſint omnium Philoſophi maximi, & in dicendi facultate præſtantiſſimi, non erubeſcunt ſimul balbutire cum filijs, neque quiſquam ex ijs, qui vident id reprehendit, ſed videtur eſſe adeò pulchrum & honeſtum, ut ſit etiam in votis. Et ſi rurſus fuerint mali, ij manent corrigentes, curam gerentes, & probra eorum coercentes. Charitas enim non probrum nec dedecus reputat, ſed veluti pennis aureis operit omnia peccata eorum qui diliguntur.

Barbaræ ſtatim patent Duci veterano aſtutiæ.) *Tacitus libro* XIII. *Annal. cap. 38.* Cuicunq; mortalium, nedum veteri & providò duci, barbaræ aſtutiæ patuiſſent.

Barbarûm æmulationes ſunt in amore acerrimæ.) *Plutarch. c.* XLIII. *de Artoxerxe & Cyri concubinâ:* Ταυτὶῳ ὁ Δαρεῖος αἰτήσας, ἰδίαν τὸν πατέρα. δύσζηλα γὰρ τὰ βαρβαρικὰ πρὸς τὸ ἀφρόδισιον, ὥσπερ μὴ μόνον τὸν εἰσελθόντα κὰ ἐξιόντα παλλακῆς βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν πορείᾳ εἰσεξελθόντα καὶ διελέγ-

σαντα τὰς ἀμαξας ἐφ' αἷς ἡμίζοντες, θυνάτῳ ἡλαύζεσθαι. Hanc Darius quum petiſſet, momordit patrem. Barbari enim in amoribus gravi æmulatione præditi ſunt, ut non ille modò qui appellaverit & attigerit regis pellicem, verùm etiam qui propius in itinere præterlatus fuerit & prævectus, quibus portantur plauſtra, capite luat.

Belligerandum cum tyrannis, non eorum cum bonis.) *Unde etiam factum, ut Romani eiectis Tarquinijs, cenſerẽt reddenda eis bona, ut eſt apud Livium libro* II. *cap.* 4. *p. Adeatur præterea Plutarchus in vita Arati cap.* XV. *m.*

Benevolentiam quamcunque conſuetudine augeas.) *Verba Ciceronis è Lælij cap.* 9. *p.*

Bella ne quidem ſuo gerunt cum genere beſtię.) *Voces D. Auguſtini lib.* XIX. *de civitate Dei.*

Bis alibi forſan peccare, verum in bello non licet.) *Plutarchus in Apophthegmatis Ducum, c.* LXIII.

Λάμαχον ἐπετίμα τινὶ τῶν λοχαγῶν ἁμαρτόντι· ἐπὶ δὲ φήσαντος μηκέτι ἕξειν τὸ ποιήσειν, Οὐκ ἔστιν (εἶπεν) ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν. Lamachus Centurionem quendam commiſſi erroris cauſa verbis increpabat, ac reſpondenti, poſthac ſe nihil tale admiſſurum, hoc referebat: In bello non licet bis peccare.

Bis peccat, qui pretium meriti ab improbis deſiderat.) *Deſumptum è Phædri lemmate Fabulæ* VIII. *his verbis:*

Qui pretium meriti ab improbis deſiderat,
Bis peccat: primùm quoniam indignos adjuvat:
Impunè abire deinde quia jam non poteſt.

Bos item ſeneſcit, exſtãt opera multa, ſed bovis.) *Translatum ex trito illo:* Γηρᾷ γ' ὁ βοῦς, πὰ δ' ἔργα πεδ.ὰ ἓ βοός.

Blandos

Blandos usque atque usque amicos, certos hostes ducito.) *Imo hostibus longè pejores, quod nolim mihi credi, sed Imperatori Græco, qui sic ad filium:* Ἥ που φίλῳ σοι σαφὴς, ὃς κινώνων σοι τῶν ἔργων, καὶ πάντα τοῦ συνοίσοντος ἀεὶ τὸ χαίρειν πίθηται. ὁ δὲ πρὸς χάριν βλάπτουσαν ὑπηρετούμενος, μισοπόνων τε καὶ πολεμίων αὐτῶν οὐδὲν διενηνόχεν, εἰ μὴ καὶ σοῦ ἐχθροὺς ὑπερήλασε, κολακείας πλανῶν, καὶ μονονουχὶ τὸν νοῦν λυμαινόμενος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶν τῷδε τῷ μέρει ἐκείνων μᾶλλα πλεονεκτεῖ, πρὸς τῷ βλαβερὸς εἶναι. ἐκεῖνοι μὲν ἡμῖν λυπηροὶ, καὶ τοῦ λυποῦντος ἀπαλλαξείοντες ἐσμὲν ἔκαστος· ὁ δὲ καὶ βλάπτων, ἡδὺς νομίζεται· καὶ διὰ τοῦτο φιλητέος μᾶλλον, ἢ μισητέος δοκεῖ. καὶ τὸν μὲν ἐχθρὸν καὶ καταλλάξαι δυνατὸν, καὶ καπηγορεῖν ἧττον ἀδυνατον. τὸν δὲ λανθάνειν δυνάμενον, ἔσπευσεν ἔξω βελῶν· πρὸς ᾧ τὶ ἀπάτῃ ἐπεκλείσεται, ἐξ ὧν τρέφεται λωβώμενος, καὶ κατ' αὐτῶν θηρεύμενος. καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ μᾶλλα δεινὸν, ὅτι τῷ μετὰ ἀπατᾶν, κερδαίνει· τῷ δὲ κερδαίνειν, προσκαλεῖται πρὸς τὴν ἀπάτην· καὶ λοιπὸν ἐς ἄπορον μονονουχὶ τὸ κακὸν προέρχεται. Omnino tibi certus amicus est, qui admissus in societatem rerum gerendarum, blandicias ei, quod expedit, postponit. qui verò gratiæ captandæ, quæ sit nocitura, servit; nihil ab odio persequentibus, & hostibus ipsis differt: siquidem non etiam peior est hostibus, qui adsentando decipit, mentemq; tantùm nõ corrumpit. Imò præterquam quod noxius est, etiam hac illos in parte superat. hostes enim molesti sunt nobis atq; graves, & quisq; sic comparati sumus, ut re molestiam nobis exhibente liberari cupiamus. at hic, etiam quum nocet, jucundus esse putatur. ideoq; potius amorem, quàm odium mereri videtur. Hostis præterea, fieri potest, ut

reconcilietur; nec eo minus, ut prosternatur: hic verò, quum latitare possit, extra omnem teli jactum consistit, & ad fraudem sese convertit, absumens à quibus alitur, & in eosdem belluino more sæviens. atq; hoc sanè gravissimum est, quod fallendo lucrifacit; lucrifaciendo, in fraudem allicit: ac proinde malum modò non in infinitum progreditur. *Sic Manuel cap.* XXI. *Præceptorum educationis regiæ.*

Bruta naturam magis sequuntur, quàm humanum genus.) *Quippe uti loquitur Plut. libello de Amore prolis:* Ἄκρατον γὰρ ἐν ἐκείνοις ἡ φύσις καὶ ἀμιγὲς καὶ ἁπλοῦν φυλάττει τὸ ἴδιον· ἐν δὲ ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ τῆς συνηθείας (ὃ τοὔλαιον ὑπὸ τῶν μυρεψῶν πέπονθε) πρὸς πολλὰ μιγνυμένη δόγματα καὶ ἕξεις ἐπιθέτους, ποικίλη γέγονε καὶ ἰδία, τὸ δὲ οἰκεῖον οὐ τετήρηκε. In brutis quidem proprietates suas natura sinceras simplicesque conservat. inter homines ratio & consuetudo eas, sicut oleum solent seplasiarij, multis permiscēs opinionibus ac judicijs adscitijs non patitur simplices manere, sed multipliciter variat.

Campus amplus Iustitiæ, at Benignitatis amplior.) *Illius enim usus erga homines tantum est, huius etiam in bruta animalia: cum nimirum equos canesq; ætate inutiles, non abijcimus sed alimus. Pie admodum Charonensis Philosophus, in Catone Maiore, cap.* XI. Οὐ γὰρ ὡς ὑποδήμασιν ἢ σκεύεσι, τοῖς ψυχροῖς ἐχουσι χρηστέον, κοπέντα καὶ καταρριφέντα τῆς ὑπηρεσίας ἀπορρίπτοντας, ἀλλ' εἰ δεῖ μηδὲν ἄλλο, μελέτης ἕνεκα τοῦ φιλανθρώπου, προσεθιστέον ἑαυτὸν ἐν τούτοις πρᾶον εἶναι καὶ μείλιχον. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδὲ βοῦν ἂν ἐργάτην δεῖ χώρας ἀποδοίμην, μήτε πρεσβύτερον ἄνθρωπον, ἐκ χώρας σιτοφόρου καὶ διαίτης συνήθους, ὥσπερ ἐκ

περ ἐκ παιδιᾶ μεδιτώμενον, ἀντὶ κεραμάτων μικρῶν, ἀχρηστόν γε τοῖς ἀνουμένοις, ὥσπερ τοῖς πιπρασκουσι, γενησόμενον. Neq; enim animantibus eſt ut calceis & utenſilibus utendum, quo feſſa etiã miniſterijs proijciamus attrita: ſed ſi nihil aliud, meditandæ certè humanitatis cauſa debemus in his nos ante ad manſuetudinem & benignitatẽ aſſuefacere. Equidem ne bovem quidem ego operariũ ob ſenium, nedum affectum ætate hominem, ex loco uſitato & vitâ conſuetâ, velut ex patria migrantem, pecuniola aliqua venundem, inutilem juxta ementibus ac vendentibus futurum.

Captus hoſtis, non iam eſt hoſtis: nomen geſtat ſupplicis.) *Libanius Vituperatione Achillis*: Καί τι τὸν οὐκ οἶδεν, ὡς ὁ πολέμιος οὐκέτ' ἐστὶ δυσμενής· ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς τῆς νικησάσης μεταβαλὼν τὴν προσηγορίαν, ἱκέτης, ἀντ' ἐχθροῦ καλούμενος. Atqui quis neſcit captum hoſtem non jam pro adverſario habendum? cum ipſa victoria mutet nomen illius, & appellari faciat pro hoſte ſupplicem.

Caritati raritas ſermonum infert diſpendium.) *Sumptum ex Ennodij lib.* III. *Epiſt.* 2. *quemadmodum & carmen ſequens è lib.* VI. *Epiſt.* 6.

Caritatis pars magna, erga pauperes miſeratio.) *Dictum D. Nazianzeni Oratione* XVI.

Caritate ſeptum oportet eſſe, haud armis, Principem.) *Citatur ex veteri auctore à Salviano libro* V. *de Gubernatione Dei.*

Caſtigatio valet cui mixta eſt obſecratio.) *Benè D. Chryſoſtomus Homilia* IX, *ad* II. *Timoth.* Ἂν τε γὰρ χωρὶς ἐλέγχων ὑπομιμήσῃς, δόξεις εἶναι θερμὸς, καὶ οὐδεὶς ἀνέχεται· μετὰ δὲ τὸ ἀποδειχθῆναι, τότε κατά-

δέχεται πλὴν ὑπὸ τιμήσιν, σφέτερον ἢ ἑταμὸς ἔσαι. ἂν τε ἐλέγξῃς μὴν, καὶ ὑπὸ τιμήσῃς, ζοφοδρῶς ἢ, καὶ μὴ ὑπὸ δέκλησιν σφετσαγάγῃς, πάλιν τὸ πᾶν ἀνατέτραπται. ἀφόρητον γὰρ ἔλεγχος καθ' ἑαυτὸν, ὅταν μὴ καὶ ὑπὸ δέκλησιν ἀναμεμιγμένον ἔχῃ: καθάπερ γὰρ ἡ τομὴ καίτοι ζωτικὸς οὖσα, ἂν μὴ πολλὰ τὰ ὑπὸ δάκνυσθαι τὰς ἀλγηδόνας ἔχῃ, οὐκ ἀνέχεται κοπτόμενος, καὶ τεμνόμενος ὁ καάμνων. Si absq; argumentis increpes, temerarius esse videberis, nullusq; te perferet: ubi verò præcessit probatio, tunc & increpationem faciliùs suscipit, alioquin impudens fiat. Quòd si arguas vehementer, & increpes, observationēq; subducas, rursus omnia perdis. Quippe reprehensio per se intolerabilis est, nisi habeat admixtam obsecrationem: sicut & sectio, salutaris licet sit, nisi plurima dolorem consolentur, non eam sustinet languidus.

Causa non facit Tyannos, infortunium facit.) *Ælius Spartianus initio vitæ Pescennini Nigri*: Rarũ ac difficile est, ut quos tyrannos aliorum victoria fecerit, benè mittantur in literas, &c.

Causa fœnus perfidiæ, fœnus radix mẽdacij est.) *Verba D. Ambrosii Homilia* VIII. *in Tobiam.*

Cernimus mage in alijs quàm in nobis, ubi delinquitur.) *Voces Ciceronis lib. 1. de officijs cap. 41.*

Cætera à servis, regendi sed servi ipsimet abs hero.) *Opinionẽ fuisse M. Crassi, τὰ μὲν ἄλλα διὰ τῶν οἰκετῶν χρῆσθαι, τοὺς δ' οἰκέτας δι' αὑτοῦ κυβερνᾶν, retulit in vita eius cap.* III. *Plutarchus.*

Circui sepulcra luctum si lenire vis gravem.) *Simocatta Epistola* LXXXV. Εἰ λύπης ἐθέλεις κρατεῖν, περιπόλα τοὺς τάφους. καὶ τῶν πάθους ἕξεις τὸ φάρμακον. τὰς μέριμνας τῶν ἀνθρώπων δαιμονίας ἐπόψῃ περιτέ-

ρων κόνε-

ϕως ηόνεως κεκλημένους τὸ φύσημα. Si mœrorem vis vincere, circuì sepulchra, & passionis invenies remedium. & maximas hominum fortunas ulterius cinerem videbis esse nihil.

Civium manu perire præstat quàm cum civibus) *Dictum Leonis Byzantini, de quo sic in Niciæ vita capite* XLV. *Plutarchus:* ὁ δ' ὢν Νικίας χαλεπῶς ἤνεγκε τὴν φυγὴν ἢ τὴν ἀποχώρησιν, οὐ τῷ μὴ δεδιέναι τοὺς Συρακοσίους, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὰς ἐκείνων δίκας καὶ συκοφαντίας φοβεῖσθαι. δεινὸν μὲν οὖν οὐδὲν αὐτόθι προσδοκᾶν ἔφασκεν. εἰ δὲ συμβαίη, μᾶλλον αἱρεῖσθαι τὸν ὑπὸ τῶν πολεμίων θάνατον, ἢ τὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν· οὐχ ὅμοια φρονῶν οἷς ὕστερον ὁ Βυζάντιος Λέων εἶπε πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, Βέλομαι γὰρ (ἔφη) μᾶλλον ὑφ' ὑμῶν, ἢ μεθ' ὑμῶν ἀποθανεῖν. Enim vero graviter ferebat Nicias mentionẽ fieri fugæ & decessus, nõ quin timeret à Syracusanis, sed quòd populum Athenienſem plus, illiusq; judicia & calumnias formidaret. nihil autem ferebat se ibi gravius expectare. Sin quid accideret, malle ab hostibus sibi quàm civibus infligi mortem; non idẽ sentiens, ac postmodum Byzantius Leo est apud cives suos loquutus, Præopto, inquit, per vos quàm vobiscum mortem oppetere.

Civium si res valet privatim, & publicè valet.) *Videatur super eo Plutarch. in Catone Maiore c.* LVI.

Civium salute cõtinetur & salus tua.) *Verba Ciceronis ex lib. 1. de finibus bonorum & malorum cap.* x. *f.*

Civitas haud libera est, in qua non est æqualitas.) *De Valerio Dionysius lib.* XI. *Antiquitatis:* Τελευτῶν ἔφη μὴ οἰκεῖσθαι πόλιν ἐλευθέραν εἶναι, ἐξ ἧς ἂν τις τὴν ἰσότητα ἀνέλῃ: Ad extremum dixit, non posse civitatem esse liberam, è qua tolleretur æqualitas.

Civitatis ſunt æternæ & ipſa æterna gaudia.) *Verba D. Auguſtini è libris de Civitate Dei.*

Clarior doctrina multò eſt crebra exẽpla quam juvãt.) *Ita affirmat Plutarchus lib. de Animæ procreatione, è Timæo, cap.* XLIII. *& alioqui*, longum iter eſt per præcepta breve & efficax per exempla, *ut loquitur Seneca Epiſt.* VI.

Clariores longè morum quàm maiorum imagines.) *De eo non inſulſa D. Nazianzenus Orat.* XXVIII.

Cogitatio honeſta mentem purat, turpis inquinat.) *Depromptum è cap.* VI. *lib.* III. *Proſperi de vita contemplativâ.*

Coguntur alijs parare lucra, qui nolunt ſibi.) *De Cyro Traiani præceptor in Apophthegmatis Regum:* Ἔλεγε ὁ Κῦρος ἑτέροις ἀναγκάζεσθαι τἀγαθὰ πορίζειν τοὺς αὐτοῖς μὴ θέλοντας; Dicebat Cyrus, qui ſibi illis nollent, eos cogi alijs commoda parare.

Commodum malus fert è re nulla, ex omnibus bonus.) *Dictum Manuelis Imp. inter præcepta, quibus filium inſtruit ad imperium.*

Commodi privati cauſſa, iniquè prodas publicum.) *Cicero in Oratione ſua apud Dionem Caſſium lib.* XLIV. Δεινὸν γὰρ εἰ τοὺς μὲν στρατηγοῦντας πόσθ' ὑπατεύοντας πάντα ἀπ' ὀρθῆς τῆς διανοίας ποιεῖν ἀξιώσομεν, κἂν ἄρα πῶς σφαλῶσιν, ἀζημίους παρ' αὐτῶν καὶ τῆς τύχης ἀπαιτήσομεν· ἐν ᾧ δὴ τῷ βουλεύεσθαι, ἐν ᾧ κυβερνῶντι τῆς ἡμετέρας αὐτῶν γνώμης ἐσομεθα, τὰ κοινῇ συμφέροντα τῶν ἰδίων ἕνεκα πλεονεξιῶν σφήσομεθα. Iniquum fuerit, quum prętores Conſulesq; noſtros omnia ex præſcripto rectæ rationis agere jubeamus, ijſq; etiã fortuna præſtanda ſit, ſi quid minus recte geſſerint, nos in deliberando, ubi ſuam quilibet ſententiam

in ſua

in ſua poteſtate omnino habet, privatarum cupiditatum cauſa commodum reipublicæ prodere.

Comparare vis amicum? abſentem tolle laudib.) *Semper enim aliquis erit, qui id ei renuntiet; nec quiſquã adeo ferreus eſt, qui ab eo maneat alienus à quo laudatur.*

Comparat vivum theſaurum, amicum quiſquis comparat.) *D. Nazianzenus Oratione* VI. Φίλε πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα· τ ὄντων οὐδὲν οὐδέ τις σταθμὸς τῆς καλοντῆς ἀξίας. Φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιὰ, καὶ ὠχυρωμένον βασίλειον. Φίλος πιστὸς, θησαυρὸς ἔμψυχος. Φίλος πιστὸς, ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολλοῦ. Amico fideli nulla eſt comparatio: & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem illius. Amicus fidelis protectio fortis, & munitum palatium. Amicus fidelis vivus theſaurus. Amicus fidelis ſuper aurum & lapidem precioſum multum.

Commodius nil eſt quàm ſemper cum ſapientia loqui.) *Exſtat totidem literis, ſed poſitura paullulum, aliâ in Satyrico Petronij.*

Conjecturas ſequimur omnes fermè, non ſcientiam.) *Sunt verba Philonis Iudæi initio libri de legatione ad Caium: quem omnes mortales arbitrabantur optimam Principis repræſentaturum imaginem, cùm contrariam potius exhibuerit.* Concha margaritam, tellus aurum fert, ſpinæ roſam.) *Legitur tale quid apud D. Hieronymum lib. de virginitate ad Euſtochium, quo licebit uti, cùm agitur de re, quæ cùm in ſpeciem abiecta ſit, producat tamẽ pretioſiſſima: vel de homine qui fronte habituq; minus præ ſe ferat, quàm pectore claudat.*

Conſiliarijs imputanda haud ſunt peccata Principum.) *Quia in eorum manu probare vel improbare. Conſulatur Ariſtides Oratione* II. *pro Quatuor viris.*

Cur autem vel malum consulium luere non debeant, pulcre expressit Darius Rex apud Curtium lib. III. *cap. 32. pr. qui legatur.*

Consilio quavis nocentem dignum pœnâ judico.) *Id est, qui datâ operâ & deliberato peccat, non casu. fictum ex istis Phædri Fabulâ* LXXXIV. Hoc argumento veniam dari docet, qui casu peccat, quàm qui consilio est nocens: Illum esse quavis dignum pœna judico.

Consilium datum ab omnibus; pauci sumpsere periculum.) *Ita fere solet, quemadmodum exemplorum non inani farragine ostendi ad illud Taciti lib.* III. *Historiar. cap. 73.* Mox, quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exsequi.

Constitit plerisq; magno, habuisse cõiuges Deas.) *Nam certè, Peleus, Anchises, Orion, Emathion, minimè vixere ex animi sui sententiâ, pluribus circumvoluti calamitatibus, uti notum est vel ex poetis.*

Consul ac Dux fastuosus sit, Tribunus serviat.) *Videtur usurpatum fuisse à Caio Curione: nam tale quid de ipso refert, his verbis Plutarchus Quæstione Romana* LXXXI. *f.* Ὁ γὰρ ὕπατος τῷ στρατηγῷ πρόσκειται τὸν δὲ δήμαρχον (ὡς Γάϊος Κουρίων ἔλεγε) καταπατεῖσθαι δεῖ, καὶ μὴ σεμνὸν εἶναι τῇ ὄψει, μηδὲ δυσπρόσοδον, μηδὲ τοῖς πολλοῖς χαλεπὸν, ἀλλ' ὥσπερ τἄλλων, τοῖς δὲ πολλοῖς δὶ μεταχείρισον. ὅθεν οὐδὲ οἰκίας αὐτῷ κλεῖσθαι νενόμισται θύραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἀνέῳγε καὶ μεθ' ἡμέραν, ὥσπερ λιμένι καὶ καταφυγῇ τοῖς δεομένοις· ὅσῳ δὲ μᾶλλον ἐπιπνεῖται τῷ ζώματι, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξεται τῇ δυνάμει. καινὸν γὰρ αὐτὸν ἀξιοῦσι τῇ χρείᾳ, καὶ πᾶσιν ἐφικτὸν, ὥσπερ βωμὸν, εἶναι, τῇ δὲ τιμῇ πιοῦσιν ἱερὸν καὶ ἄγιον καὶ ἄσυλον. Fastus Consulem prætoremque decet:

decet: tribunum plebis (ut dicebat C. Curio) conculcandum se præbere convenit, neque maiestatem in vultu præ se ferre, aut aditus ad se difficiles facere, vel molestum multitudini, sed propter hanc aliis odiosum, popularibus autem tractabilē promptumque esse. Eam ob rem id quoq; receptum fuit, ut tribunorum januæ nunquam clauderētur, sed noctes diesq; apertæ essent, tanquam portus & perfugium ope indigentibus. Quanto autem submissiùs se pro sua persona gerit, tanto magis augetur potentiâ tribunus. Publicus enim, existimatur, quod ad usum attinet, omnibusq; accessus veluti ara: Estq; honoris gratia sacrosanctus & inviolabilis.

Consulit benè is, cui usus, charitas, os liberum, est.) *Divus Nazianzenus Iambo de tribus virtutibus* XVIII.

Τριῶν γὰρ ὄντων ὡς λέγουσιν οἱ παλαι
Οἷς ἦ ἀγαθὸν σύμβουλον ὠφελίας χρεών,
Εμπειρίας τε, φιλίας τε, καὶ παῤῥησίας.
Τούτων αὖ. οὐδὲν ἡμῖν ἔνδεές.

Nam terna cùm sint, ut vetus sensit cohors,
Pollere debet optimus monitor quibus,
Rerum usus ingens, charitas, os liberum,
In me requires prorsus ex tribus nihil.

Contra se ipse misericors est, qui vult prodesse improbis.) *Tanquam qui gelu rigentem colubram sustolleret, & sinu suo foveret. quippe à refecta illicò necabitur.*

Contra vim, tutela Templorum, aut nulla, aut precario est.) *Unde intelligimus illud Taciti lib. 1. Historiarum cap.* XLIII.

Piso

Piſo in ædem Veſtæ pervaſit, exceptuſq; miſericordia publici ſervi, & contubernio eius abditus, non religione, nec cæremonijs, ſed latebra imminens exitium differebat, &c. *Sed & apud Livium legitur de Perſeo, deſtituto ab omnibus ſuis, in aſylo Samothraciæ, libri* XLV. *cap. 7. p.*

Tum ſeſe filiumq; Octavio tradidit, Fortunam Deosque, quorum in templo erant, nulla ope ſupplicem juvantes, accuſans. *Demoſthenes Epiſtola* II.

Ὁρῶν ὂν μὲν τὴν ἄνοιαν τῶν ἀνθρώπων μεγάλην, τὸν δὲ εἰς τὸ παρὸν δεινὰ μὲν καὶ βαθεῖαν· μεταθεὶς εἰς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἐν Καλαυρείᾳ, καθῆμαι· οὐ μόνον τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα, ἣν ἔχειν τὸν θεὸν ἐλπίζω μοι καὶ ἀρχήν (οὐ γὰρ τοῦτο οἶδά γε. ἀφ' ἑτέροις ἐστὶν ὡς ἂν βούλωνται πράξαι, λεπτὸν καὶ ἄδηλον ἔχοντα τὸν κίνδυνον τὸν ἀσφάλειαν) ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἐνθένδε ἑκάστης ἡμέρας ἀφορῶ· εἰς ἣν τοσαύτην ἔνοιαν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ὅσης παρ' ὑμῖν ἐγὼ τυχεῖν. Gùm verò hominum benevolentiam, inſignem quidem illam, ſed vires in præſentia eſſe minores cernerem: digreſſus in Neptuni templum, in Calauria, me contuli: non modò quòd propter numinis religionem me ibi tutiorem fore ſpero (nec enim id exploratum habeo. nam quæ res in aliorum poteſtate ſitæ ſunt, eæ ſpem tenuem & obſcuram periclitanti ſuppeditant) ſed eò etiam, quòd hinc quotidie patriam intueor: in quam tantæ mihi ſum benevolentiæ conſcius, quantam utinam à vobis conſequar.

Contrahunt amicitiam omnia, diſſipant diſcordiam.) *Ideſt, quidquid eſt in rerum natura, adſpirat ad concordiam, refugitque diſcordiam.*

Corpo-

Corporis trunci ſacerdos, ominis res eſt mali.) *Declamator aliquis apud Senecam lib.* IV. *Controv.* 2. Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vitanda eſt. hoc in victimis notatur, quantò magis in ſacerdotibus.

Corporis manus totius dicas propugnaculum.) *Verba D. Ambroſii lib.* V. *Hexam. cap.* 9.

Corporis morbum Medicina; animæ morbum mors amovet.) *Utiq; inveteratum. Phalaridis epiſtola principe, legimus ad Alciboum:* Πολύκλειτος ὁ Μεσσήνιος, οὗ κατηγορεῖς πρὸς τοὺς πολίτας προδοσίαν, ἰάσατό μου νόσον ἀνήκεστον. οὐκ ἀγνοῶ δ', λύπας διαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα. σὲ δ' οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν. ζώματος μὲν γὰρ ἀρρωστίαν, θεραπεύει τέχνη· ψυχῆς δὲ νόσον, ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος, ὃν ἀνέπαφθέστατον αὐτὴ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οὐκ ἀκουσίων, ὧν ἐμοὶ προτρέπῃς, ἀλλ' ἑκουσίων ὧν αὐτὸς εἴργασαι, προσδέχου. Polyclitus Meſſanenſis, quem apud cives proditionis accuſas, morbum meum immedicabilem ſanavit. Non ignoro autem, quod fauſtus hic nuncius dolorem tibi atque lachrymas ſit allaturus. Te verò ne ipſe quidem artis princeps Æſculapius, cum omnibus diis, ſanare poſſit. Malam enim corporis valetudinem, ars medica ſanat: animæ autem morbum, medicus ſanat mors: quam tu minimè invidioſam pro multis magnisque maleficiis, non præter voluntatem patratis (ad qualia me hortaris) ſed ſponte commiſſis (qualia ipſe patraſti) expecta.

Crebra Regum civib. minimè uſui eſt mutatio.) *De Claudio Tacitus lib.* XII. *Annal.* 11. *cap. f.* Hinc

verſus

versus ad legatos, extollit laudibus alumnum urbis; spectatæ ad id modestiæ: ac tamen ferenda Regum ingenia, neque usui crebras mutationes, &c. *Usui? imò exitio. argutè populus Romanus apud eundem scriptorem lib. 1. Histor. cap. 50.* Propè eversum orbem, etiam cùm de principatu inter bonos certaretur, &c.

Creditum tibi aurum enixè serva, verba sed magis.) *Manuel Imp. filio suo cap.* LXXXI. Πίστευθέντα δέ σοι λόγον φύλαττε. φύλαττε, ἤ εἴ τις ἄν σοι χρυσίον ἀδρὸν παρέθετο. Credita fidei tuæ verba non aliter custodies, ac si quis ingentem auri vim apud te deposuisset.

Credulos magnidicis verbis fallere, haud est arduum.) *Lucianus libro de Electro, seu Cygnis:* Πολλοὶ τοιαῦτα ἐξαπατηθῆναι ἔνι, πιστεύοντας τοῖς πρὸς τὸ μεῖζον ἐκάστοτε ἐξηγουμένοις. In multis etiam aliis facilè ac prõptum est credentes decipere, iis quibus singula quęque iusto magnificentius narrare atque extollere moris est.

Crimen facti habet, tacitum intra se ullum qui volvit scelus.) *Formatum ex illis Iuvenalis Satyra* XIII. Nam scelus intra se tacitũ qui cogitat ullum, facti crimen habet.

Crimen est iam, inter nocentes cernere aliquem innoxium.) *D. Cyprianus lib. 11. Epist. 2.* Nullus de legib. metus est: de quæsitore, de judice, pavor nullus: quod potest redimi, non timetur. esse iam inter nocentes innoxium, crimen est: malos quisquis nõ imitatur, offendit. *Floridius adhuc Lactantius libro* V. *Divin. Inst. cap. 9.* Nam & veritas ideo semper invisa est, qp is, qui peccat, vult habere liberũ peccandi locum, nec aliter se putat malefactorũ voluptate

securius

ſecurius perfrui poſſe, quàm ſi nemo ſit, cui delicta non placeant. Ergo tanquam ſcelerum, & malitiæ ſuæ teſtes exſtirpare funditus nitũtur, & tollere, gravesque ſibi putant, tãquam vita eorum coarguatur. Cur enim ſunt aliqui intempeſtivè boni, qui corruptis moribus publicis, convicium bene vivendo faciant? Cur non omnes ſunt æquè mali, rapaces, impudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulenti? quin potius auferantur, quibus coram malè vivere pudet, qui peccantium frontem, & ſi non verbis, quia tacent, tamen ipſo vitæ genere diſſimili feriunt, & verberant. Caſtigare enim videtur, quicunq; diſſentit.

Criminoſior culpa eſt, ubi ſtatus eſt honeſtior.) *Salvianus lib.* IV. *de Gubernat. Dei.* Ex hoc ipſo utiq; deteriores ſumus, ſi meliores non ſumus, qui meliores eſſe debemus. Criminoſior enim culpa eſt, ubi honeſtior ſtatus: ſi honoratior eſt perſona peccãtis, peccati quoq; major invidia. Furtum in omni quidem eſt homine malum facinus; ſed damnabilius abſq; dubio, ſi ſenator furatur. Aliquando cunctis fornicatio interdicitur: ſed gravius multò eſt, ſi de clero aliquis quã ſi de populo fornicetur. Ita & nos qui Chriſtiani catholici eſſe dicimur, ſi ſimile aliqd barbarorum impuritatib. facimus, gravius erramus. Atrocius enim ſub ſancti nominis profeſſione peccamus. Vbi ſublimior eſt prærogativa, major eſt culpa.

Cujus nõ robur ſtrategi nutrias præconio?) *Ennodius lib.* IV. *Epiſt.* I. Boni Imperatoris eſt, probatam in acie militis animare virtutem; ut fortitudo laudis pabulis invitata, in ſecundis congreſſib. dediſcat lucis affe-

cis affectũ. Cuius robur ducis præconio non nutritur? quib. se denegent etiam minus valida tyronis membra conflictibus, quando rectoris testimonio videt sibi non perire quod gesserit? Sola via est qua ad præliandum crescat intentio, quotiés bene gesta non dolet oblivio.

Cui mens nulla est, omnia timet, confiditq; nemini.] *Plutarchus in vita Cleomenis, cap.* XLVII. Ἱερον δὲ τῷ Πτολεμαίῳ, τὸ ἀφρενείας ἐπιλιγόσης τὸ δειλαίου, καὶ θαῤῥαλέον εἰωθέναι, ἐν τῷ μηδὲν φρονεῖν, καὶ πάντα δεδοικέναι καὶ πᾶσιν ἀπιστεῖν ἀσφαλέστατον δοκοῦντος εἶναι, φοβερὸν ἐποίει τὸν Κλεομένην τοῖς αὐλικοῖς, ὡς ἰσχυρὸν ἐν τοῖς ξένοις. καὶ πολλῶν ἐν ἀκοῇ λεγόντων ὅτι θαῤῥαλέος ἐν τούτοις τοῖς πρόσθεν ἑαυτοῖς ἀναῤῥέφεται. Pòst imbecillitate Ptolemæi timiditatem intendente, & quum omnia formidare omnibusque diffidere, ut solet ubi nulla est mens, tutissimum esse videretur, Cleomenē reddidit aulicis, quòd valeret apudillos, formidolosum: multosque audires qui dicerent, versari hunc inter oves leonem.

Cui damnato gratulandum est, ei ius dicas leniuso) *Argentarius libro septimo, Controversia 8.* Non est sollicitè de eo judicandum, cui damnato gratulandum, &c.

Cui valetudo aut senecta adversa, castris exeat.) *Tales enim milites certè impetrant missionem caussariam; uti pluribus probavimus ad illa Taciti libro* XIII. *cap.* 35. Igitur dimissis quibus senecta aut valetudo adversa erat, supplementum petivit.

Culpa fontis est, non alvei, parcè rivus si fluit.) *Verba D. Hieronymi Epistola ad Vigilantiam.*

Culpa paucorum cõmuni iure inique deroget.)

De eo

De eo quoque, non omnibus obvia diximus ad taciti librum XIII. *cap.* XXVII. Disserebatur contra: paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere; nihil universorum iuri derogandum: quippe latè fusum id corpus, &c.

Cum bonis satius jacere est, cùm malis quam vivere.) *Cestius Pius Suasoriâ* VII. Ita dubium est, an satius sit cum illis jacere, an cum his vivere? *sermo est de eis qui perierant triumvirali proscriptione.*

Cùm malus blãditur telo tum utitur novissimo.) *Acutè dictum; nec dissimiliter admodum Ennodius Dictione* I. Tu prædonis nescisti timere sævitiã; tu blandimentorum, quod in malitiosis nocentius telum est, scuto constantiæ venena respuisti; quoties te, qui certamine non potuit, insidiosâ honorificentiâ lacessivit? &c.

Cuncta cogit experiri vis malorum etiam feras.) *Plinius libro* VIII. *cap.* 17. *f.* Miremur posteà vestigia hominum intelligi à feris, cùm etiam auxilia ab uno animalium sperent. Cur enim non ad alia jere? aut unde medicas manus hominis sciunt? nisi fortè vis malorum, etiam feras omnia experiri cogit.

Curetes bello Ætolîque pereunt ob caput suis.) *Sic est; minimis de causis nascuntur crudelia bella. Divus Nazianzenus. Elegiaco de hominis externi vilitate, ac præsentium rerum vanitate:*

Ὡς τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες,
Δήουν ἀλλήλους εἵνεκα πορνιδίου.
Κουρῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι,
Ἀμφὶ συὸς κεφαλῇ, θελξίπε χοιριάδος.

Horrida miſcebant certamina, ſeque necabant
Argivi, atque Phrygum, pro meretrice phalanx.
Aſpera Curetes Ætolis bella movebant,
Pro capite, agreſtis crinibus atque feræ.

Cupiditatem facilius contemſeris quàm expleveris.) *D. Proſper libro* II. *de vitâ contemplativa cap.* 15. Hoc levi onere poſthabito, plumbeum noſtris cervicibus aggeramus, quod citius poteſt deponi quàm ferri: quia & ipſa cupiditas, quæ nobis ſubiici ultrò volentibus hoc pondus imponit, contemni poteſt facilius quàm expleri: & ideo qui ſe illi volentes dediderint oppugnanti, voluntatem reſiſtendi ulterius non habebunt tyrannicè dominanti.

Curioſitas ſoror gemella eſt Invidentiæ.) *Plutarchus libro de Curioſitate cap.* x: Κακῶν οὖν ἱστορίας ὁ πολυπράγμων ὀρεγόμενος ἐπιχαιρεκακίας σωνέχεται πάθει φθόνος καὶ βασκανίας ἀδελφῷ. φθόνος μὲν γὰρ ἐστι λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἐπιχαιρεκακία δὲ, ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. ἀμφοτέρα δ' ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἀπελώδης γενναται τῆς κακοηθείας. Ergo malorum cognitionem curioſus affectans, eo tenetur morbo, quod gaudium ex aliorum adverſis rebus caprat. quod vitium eſt invidentiæ germanum. invidentia enim eſt dolor cõceptus ob res alterius proſperas. gaudium ſeu voluptatem quâ afficimur ob aliena mala, epichærecaciam uno verbo Græci dicunt. utrumq; horum naſcitur è malignitate, ſævo & belluino animi affectu.

Cymbalis tubiſque longe ſuavior vox tibiæ eſt.) *De Muſcâ in eius Encomio Lucianus:* Καὶ μὲν καὶ κεῖνο. πρόσεστιν αὐτῇ, τὸ μὴ καθ' ἡσυχίαν, ἀλλὰ μετ'

μετ' ᾠδῆς πέπαδαι, ὃν ἁπλωῶς, οἷα κωνώπων καὶ ἐμπίδων, ἅδε τὸ βαρύβρομον τ̃ μελιτ̃ων, ἢ τ̃ σφηκ̃ων τὸ φοβερὸν καὶ ἀπειλητικὸν ἐνδακνυμένης, ἀλλὰ πσ̃τόν ἐστι λιγυρότερα, ὅσον σάλπιγ(ος καὶ κυμβάλων αὐλοὶ μελιχρότεροι. Adde quòd non volat quietè & cum silentio, sed cum cantu & melodiâ: non item immitè & sævè, quemadmodum culices & muscellæ: neque cum gravi fremitu apum aut vesparum, horribilem ostentans sonum, & minacem: sed tantò volat his suaviùs musca, quantò sunt tuba & cymbalis tibiæ dulciores.

D.

DAmna non patitur perfecta charitas absentiæ.) *Sunt verba Ennodij libro* VII. *Epistolâ* 7.

Dant egeni operam voluptati; haud operam dant liberis.) *Et verò asseverat L. Æmilius apud Dionysium Halicarnassæum libro* IX. *Antiq. Romanæ:* Ἐπεὶ τοῖς γε ἀκλήροις ἐκ τ̃ν ἀποικιῶν χρήματα ἀπὸ μισθοῦ ἐργάζονται γλίσχρως διατρεφομένοις, ἢ δέχεσθαι μὴ ἐμφύεσθαι ἔρωτα γνησίας τέκνων, ἢ ἐμφύεται πονηρὸν ἐκφέρειν καρπὸν· ἐκ δὲ εὐτυχῆ, ἐκ ταπεινῶν τε συμπεφορημένα, οἷα ἐκ χώμης, καὶ ἐν καπηλείοις τεθραμμένα τὸ χαῖρε· Eos qui nihil rei familiaris habeant, quique ex alienis fundis quos mercede colunt, macre vivant, aut nullos omnino liberos sibi cupere; aut si procreandæ sobolis studium eos subeat, parum felices fructus provenire coniugii, nimirum humiles & mendicitati proximos.

Dat senectus orbitasq; plurimũ licentiæ.) *Valerius*

Maximus libro VI. *cap.* 2. A. Cæſellius vir juris civilis ſcientia clarus, quàm periculosè contumax? Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant formulam componeret. Hoc animi judicio victoriarum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem, cùm multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur, amicique ne id faceret, monerent: Duas res, quæ hominibus amariſſimæ videntur, magnam ſibi licétiam præbere reſpondit; ſenectutem & orbitatem.

De potentiore pœnas exigit ſublimitas.) *Ideſt, ipſa ſublimitas pœnæ loco eſt potentioribus. Sunt autem voces D. Cypriani ex libro* II. *Epiſtolâ* 2.

De virtute nullum adhuc trophæum erexit Pravitas.) *Etiam Ariſtides oratione cõtra proditores myſteriorum aſſeverat:* Ὅτι τῆς ἀρετῆς οὐδεμία πω κακία τρόπαιον ἔστησε: nullum adhuc vitium de virtute trophæum erexiſſe.

Dedecus ſubit poſtremum conjugem qui verberat.] *Non poſſim id clarius firmare quàm verbis D. Chryſoſtomi Homiliâ* XXVI. *in* I. *Corinth:* Καὶ πρὸς ὑμᾶς δὲ τοὺς ἄνδρας ἐκεῖνο φημὶ, μηδὲν ἔξω τοιοῦτον ἁμάρτημα, ὡς εἰς ἀνάγκην ὑμᾶς ἄγειν τὴν γυναῖκα τύπτειν. Εἶτί λέγω γυναῖκα; οὐδὲ δεσποινίδα μὲν οὕτω ἀνδρὶ τύπτειν ἐλευθέρῳ, καὶ χεῖρας ἐπάγειν ἀνεκτὸν ἂν εἴη, εἰ δὲ δούλην τυπτῆσαι ἀνδρὶ πολὺ τὸ ὄνειδος, πολλῷ μᾶλλον κατὰ τὴν ἐλευθέρας ἀνατεῖναι τὴν δεξιάν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν ἄν τις ἴδοι νομοθετῶν, οἳ τὴν τοὺς τοιαῦτα παθοῦσαν, οὐκέτι ἀναγκά-

ἀναγκάζεσθαι σωνοικεῖν τῷ τυπτήσαντι, ἄτε ἀναξίῳ ὄντι τῆς πρὸς αὐτὴν ὁμιλίας. καὶ γὰρ ἐχάτης ἀγνωμοσύνης, τὴν τῆς βίᾳ κοινωνὸν, τὴν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ ἀνωτάτω σοι συνεφαπτομένην, ταύτην ὡς ἀνδραποδον ἀπημάζειν. διὸ καὶ τὴν τοιοῦτον ἄνδρα, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ἀλλ' οὐχὶ θηρίον, καὶ πατραλοίᾳ καὶ μητραλοίᾳ ἴσον εἶναι φαίην ἄν. Porrò autem viris quoque illud dico, nullum sit eiusmodi peccatum, ut vobis afferat necessitatem verberandæ uxoris. Et quid dico uxoris? Ne ancillam quidem verberare, & ei manus inferre, viro ingenuo fuerit tolerãdum. Si autem viro servam verberare est probrum, multo magis in liberam manus intendere. Hoc autem etiam ex externis videris legislatoribus, qui eam quæ talia est passa, non ampliùs cogunt habitare cum eo qui verberavit, ut qui sit indignus qui cum ea habeat consuetudinem. est enim extremæ iniquitatis, vitæ sociam, & quæ in rebus necessariis, & summè est tibi coniuncta, eam tanquam mancipium afficere ignominâ. Quamobrem eiusmodi virum, si vir est appellandus & non bestia, instar patricidæ & matricidæ ego dixerim.

Decipienti me semel, malè divi; at bis, faxint benè.) *Repeti debet* δὶς τοῦτο, faxint; *ut sint verba hominis prudentis, velitq; Deos male facere ei qui ipsum semel fallunt, non etiam qui bis: tanquam sit plus quàm stulti iterum impingere ad unum idemque saxum.*

Dedecet bonum, nedum Deum ipsum, pœnitentia.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XXX: Καὶ σοὶ ἔπεται τοῦτο δοκοῦν; φρενοῖ δὲ τε καὶ θεοὶ

αὐτοί. ἢ τἀναντίον, ἄτρεπτον τὸ θεῖον & ἀτελὲς καὶ ἀπαραίτητον; μεταπίθεσθαι γὰρ μεταγνώσκειν ἐστὶν οὐ μὴ ὅτι θεῷ, ἀλλ' ὅλως ἀνδρὶ ἀγαθῷ· ὁ γὰρ τρεπτὸς ἀνὴρ & μετανοητικὸς, εἰ μὲν εἰς τὸ βέλτιον ἐκ τοῦ φαυλοτέρου μεταπίθεται, πονηρῶς ἐβουλεύσατο. εἰ δὲ εἰς τὸ χεῖρον ἐκ τοῦ βελτίονος, πονηρῶς μετεπίθετο. τὸ δὲ θεῖον ἔξω πονηρίας. καὶ γὰρ ἤτοι ὁ αἰτούμενος ἄξιος τυγχάνειν ὧν ἠτήσατο, ἢ οὐκ ἄξιος. εἰ μὲν οὖν ἄξιος, τεύξεται καὶ μὴ αἰτήσας. εἰ δὲ μὴ ἄξιος, οὐ τεύξεται οὐδὲ αἰτήσας. Visne etiam ut hoc tuum verum credamus, flectuntur numina sæpe? An contra non flecti Deum, nec humana vota perficere, nec precibus moveri? Mutari enim aut pœnitentia duci, non Deo tantum, sed & bono viro indignum est. Homo enim qui facile à proposito deducitur mutatque sententiam, si à malo ad bonum abit, male consilium iniit: sin ad malum à bono, male consilium mutavit. Improbitas autem in Deum non cadit. Iam qui petit, aut dignus est id consequi, aut indignus. Si dignus est, consequetur etiamsi non petat. Si indignus, non consequetur etiamsi petat.

Dedecoras avos, eorum si virtutes negligis.) *Manuel Imperator capite* LXXXVIII. *educationis Regiæ:* Καὶ πῶς τις ἄλλως κρίνει; εἰ τῶν ἑαυτοῦ μὲν προγόνων οἱ παῖδες οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο μὴ πάσης τῆς οὐσίας κληρονομεῖν, τὸν δὲ ἐκείνων δεσπότην ὡς ἄγος ἀποβάλλεσθαι; ἔχεις πολλοὺς καὶ πρὸς πατρὸς, καὶ πρὸς μητρὸς ἀγαθοὺς προγόνους. ἔστι σοι φύσις ἀγαθὴ πρὸς θεοῦ δεδομένη. μὴ λαβοῦ φύσιν ἀγαθὴν καταχρῶσα, τῷ μὴ ζηλοῦν τοὺς ἀγαθοὺς τῶν προγόνων. Et quonam pacto quis aliter

aliter de eis ſtatuat? ſi quum ferre liberi nequeant, quin hæreditate maiorum ſuorum facultates univerſas adeant, virtutem eorũ quaſi piaculum quoddam reiecerint? Habes tam à patre, quam à matre multos egregios avos. Habes indolem bonam, divinitùs tibi conceſſam. Cave, præclaram indolem, præclaros avos haud æmulando, dehoneſtaveris.

Dedecus ferè imperii probro privato jungitur.) *Voces Ciceronis è capite* XII. *Catonis maioris.*

Deeſſe terra in quâ vivamus, in quâ obeamus, non poteſt.] *Boiocalus apud Tacitum lib.* XIII. *cap. 56. Annalium:* Deeſſe nobis terra in quâ vivamus, in quâ moriamur non poteſt.

Delitet privata ſub communione inſcitiâ.) *Theologus Oratione* XX: οὔκουν ἀπιθανόν τισὶ παῤῥῆσιν, ὅτι τὸ δοκεῖν πᾶσιν, ἀλλὰ σκαιὸς καὶ ἀπαῤῥήτους ὑποπλήπτεον τοὺς οὕτως ἔχοντας, οἳ βούλοιντ' ἂν ἅπαντας εἶναι καθ' ἑαυτούς, ἵν' ἐν τῷ κοινῷ τὸ κατ' αὐτοὺς κρύπτηται, ἕτοιμος δ' ἀπαῤῥήσιας ἐλέγχους διαδιδράσκωσιν. Quamobrẽ non idcirco eruditio cõtemnenda eſt, quòd ita quibuſdã videatur: quin potius ſtulti atque imperiti habendi ſunt, qui hoc exiſtimant: qui omnes ſui ſimiles eſſe cupiant, ut privata eorum inſcitia ſub communi deliteat, nec quiſquam ipſorum imperitiam prodat & coarguat.

Deme præmia iniquitati; nemo erit gratis malus.) *Salluſtius Oratione alterâ ad Iulium Cæſarem de Ordinanda Republica:* Perinde omnes res laudantur atque appetuntur, ut earum rerum uſus eſt: malitia prẽmiis exercetur. vbi ea dempſeris, nemo omnium gratuitò malus eſt.

Despotius etiam non dignis, quàm dignos ut negligas.) *Divus Nazianzenus Oratione* XIX. Πολλῷ γὰρ βέλτιον εἶναι, διὰ τὰς ἀξίας ὀρέγειν καὶ τοῖς ἀναξίοις, ἢ τοὺς ἀξίους ἀποστερεῖν διὰ τῶν ἀναξίων. Multò satius est ob eos, qui digni sunt, indignis quoque largiri, quàm dum metuimus ne de indignis bene mereamur, dignos etiam beneficio fraudare.

Despotius ne quis delinquat, quàm ob delictum præmia.) *De Nerone Tacitus libro* XIV. *Annal. cap.* 14. Ratusque dedecus amoliri, si plures fœdasset, nobilium familiarum posteros egestate venales in scenam deduxit: quos fato perfunctos ne nominatim tradam, maioribus eorum tribuendum puto. nam & eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quàm ne delinquerent.

Desipit, cui pœnitere comparatur præmio.) *Exprimere voluit credo, illud Demosthenis cuius meminit Sotron apud Gellium libro* I. *Noct. Attic. cap.* 8. Lais corinthia ob elegantiã venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat: conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat, quod popposcerat. poscebat autem illa nimium quantum. hinc ait natum esse illud frequens apud Græcos dictum adagium. ἐς παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. quòd frustra iret corinthũ ad Laidem qui non quiret dare quod poscceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit; &, ut sibi sui copiam faceret, petit. at Lais μυρίας δραχμὰς ἢ πέλαυνον popposcit. hoc facit numi nostratis denariûm decem milia. Tali petulantiâ mulieris atq; pecuniæ magnitudine ictus

expa-

expaviduſque Demoſthenes avertit; & diſcedens, Ego, inquit, pœnitere tanti non emo. Sed Græca ipſa, quæ fertur dixiſſe lepidiora ſunt, οὐκ ὠνοῦμαι, inquit, μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν.

Devoravit nata matrem Religio, gazam ut parit.) *Alluſum ad dicterium Divi Bernardi nemini non notiſſimum.*

Dies hic tertius cùm nihil edi: die quarto moriar fame.) *Verſus Pomponianus, ex Atellana, nomine Mævia, ut quidem prodidit Gellius libro* x. *cap.* 24. *Noctium Atticarum.*

Dicta cuncta tanti habẽtur, quanti is eſt qui protulit.) *Salvianus præfatione cõtra Avaritiam:* Omnia admodum dicta tanti exiſtimantur, quantus eſt ipſe qui dixit. ſiquidem tam imbecilla ſunt judicia hujus temporis, ac penè tam nulla, ut hi qui legunt, non tam conſiderent quid legant, quàm cuius legant: nec tam dictionis vim atque virtutem, quàm dictatoris cogitent dignitatem.

Dignitatis nulla cuſtos firmior modeſtiâ eſt.) *Neſcio an velit, nullos honores ſtatuarum ſignorumve durabiliores eſſe, quàm qui intra modum ſunt, non nimij, non inhumani; an verò eam potentiam ſtabiliorem quibus adſidet modeſtia. ſive hoc, ſive illud velit verſus, ſive tertium quid, verum dixit, & de primo quidem multa cumulavimus ad iſtud Taciti libro* II. *Hiſtor. cap.* 49.

Othoni ſepulcrum exſtructum eſt, modicum ac manſurum: *De altero non pauca diſſeruimus libro* XV. *Annaliũ Taciti cap.* 2. *ubi inter alia, ſic loquitur Vologeſes Rex:* Veſtra quidem vis & gloria in integro eſt, additâ modeſtiæ famâ, quæ neq; ſummis mortalium ſpernenda eſt, & à Dijs æſtimatur.

Dignus eſt honore honores quem premunt, non ſublevant.) *Hoc eſt quem inclinant potius, quàm erigunt. Ennodius libro* IV. *Epiſtolâ* VII. Occaſum neſciat caritas, quam ante culmina promiſiſtis. tantum circa me creſcat gratia, quantum vobis invicta ſunt faſtigia dignitatum: ne amicitiam quam fovit mediocritas, videatur abiuraſſe potentia. nam qui faſtum in ſublimitate caſtigat, docet ſe meruiſſe, quod adeptus eſt.

Dignior fide uſque, vita ſit, quàm ſermo Principum.) *De eo egregiè Baſilius Imperator capite* XVI. *in verbis ſuprà productis.*

Diſciplina eſt immortalis: eſt caduca pecunia.) *Sunt voces Salviani libro* I. *contra Avaritiam ad Parentes, quos monet non eos theſauros conferant in filios qui non pereant. videatur.*

Diſciplinæ animo coniunctæ nullo intereunt tempore.) *Verba ſunt Vitruvij ex proœmio libri de Architecturâ* VI.

Diſſimulatus intellectus, ſi non prodeſt, non nocet.) *Vtique ſi cuires eſt cum vulpe, aut lupo de quo non parcè diximus ad illud. Taciti libro* I. *Annal. cap.* 42. *de Archelao*: Ille ignarus doli, vel ſi intelligere crederetur, vim metuens, in urbem properat, &c.

Diſſolutus ſentiat quid de ſe quiſque negligit.) *Eſt hauſtum è capite* XX. *libri* II. *Ciceronis de Officiis.*

Dives avarus perit ab opibus, pauper avarus ab fame.) *Prolixè quidem, ſed energeticè. Divus Chryſoſtomus Homiliâ* XXIII. *in Epiſtolam Pauli* I. *ad Corinthios*: Οὐδὲν γὰρ ὕτως πολεμοποιὸν, ὡς φιλαργυρία: οὐδὲν ὕτω πλωτικὸν, καὶν ἐν πολέμῳ καὶν ἐν πενίᾳ φαίη.

φασὶ. φύει) γὰρ καὶ ἐν πενήτων ψυχαῖς τὸ καλεπὸν τοῦτο νόσημα, καὶ πολέσιν αὐτῶν ἐπιτρίβει τὴν πενίαν: κἂν ἀρετὴ πένης φιλάργυρος, οὐκ ἐν χρήμασιν ὁ πλοῦτος, ἀλλ' ἐν λιμῷ δίδωσι δίκλειν. ὃ γὰρ ἀνέχει τῶν μελέων αὐτῶν ἀπολαῦσαι μετὰ ἀδείας, ἀλλὰ καὶ τὴν χαστέρα λιμῷ κατατείνει, καὶ τὸ σῶμα ἅπαν γυμνότητι καὶ κρυμῷ τιμωρεῖται: καὶ τῶν δεσμωτῶν μᾶλλον ἀυχμηρῶν καὶ ῥυπῶν πανταχοῦ φαίνεται: καὶ ἀεὶ θρηνεῖ, καὶ ὀδύρεται, ὥσπερ πάντων ὢν ἀθλιώτερος, κἂν μυρίας πενεστέρας ἔχῃ. τοὺς κἂν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλῃ, πολλοὺς λαβὼν ἅπασι μώλωπας: κἂν εἰς βαλανεῖον, κἂν εἰς θέατρον, πλείονα λήψεται τραύματα, οὐκ ἀπὸ τῶν θεωρούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ὅταν ἴδῃ πολλὰς τῶν πορνευομένων γυναικῶν χρυσίῳ καταλαμπομένας. τοὺς κἂν τὴν θάλατταν πλέῃ, τοὺς ἐμπόρους πάλιν καὶ τοὺς μυριαγώγους ναῦς ἐννοῶν, καὶ τὰ ἄπειρα κέρδη, ἅδης ζῶν ἑαυτὸν ἡγήσεται. κἂν διὰ γῆς ὁδεύῃ, τοὺς ἀγρούς, τὰ ποιμνία, τὰ καταλύματα, τὰ βαλανεῖα, τοὺς ἐκ τούτων ἀποδόσεις ἀναλογιζόμενος, ἀβίωτον ἑαυτῷ τὸν βίον ἡγήσεται εἶναι λοιπόν. κἂν οἴκοι δὲ καθεικλείσῃς αὐτὸν, τὰ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς τραύματα ἀναξαίνων, καθ' ἑαυτὸν μειζόνως λυμαινεῖται τῇ ψυχῇ: καὶ μίαν οἶδε παραμυθίαν μόνον τῶν κατεχόντων αὐτὸν κακῶν, τὸν θάνατον, ἢ τὰ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν. ταῦτα δὲ ἴσχ' ὁ πένης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πλούσιος, ὁ τούτῳ πεῖσεσθαι τῷ νοσήματι, πείσεται, ἢ τοσούτῳ μᾶλλον τοῦ πένητος,

ὅσῳ

ὅσῳ καὶ σφοδροτέρα ἐπίκειται τούτῳ ἡ τυραννὶς, καὶ πολεμίων ἡ μέθη. διὸ καὶ πάντων πενέστερον ἑαυτὸν οὗτος ἡγήσεται: μᾶλλον δὲ ἔστι πενέστερος. ὁ γὰρ τῷ μέτρῳ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῆς γνώμης, ὁ πλούτος, καὶ ἡ πενία κρίνονται: καὶ ὀκνηρὸν μᾶλλον ἐστὶν ὁ πάντων πλωχότατος, ὁ ἀεὶ τοῦ πλείονος ἐπιθυμῶν, καὶ μηδέποτε ἴσην δυνάμενος τὴν πονηρὰν ταύτην ἐπιθυμίαν. Nihil adeò bellum procreat atque avaritia. Nihil adeò facit mendicum: seu in divitijs, seu in paupertate apparuerit. Naſcitur enim etiam in pauperum animis gravis hic morbus: nihil enim magis eorum atterit paupertatem: & ſi inventus fuerit pauper avarus, is non in pecuniis, ſed in fame dat pœnas. Nō enim ſuſtinet his uti modicis, ſed & vētrem fame vexat, & totum corpus nuditate & algore cruciat: & ſemper cernitur ſqualidior & ſordidior ijs qui ſunt in vinculis: & ſemper deflet & lamentatur, tanquam ſit omnium miſerrimus, etiam ſi ſint innumerabiles pauperiores. Iſte ſi etiam forum fuerit ingreſſus, abit multis acceptis vibicibus. & ſi in balneum, ſi in theatrum, plura accipiet vulnera, non ſolùm à ſpectatoribus, ſed etiam ab iis qui ſunt in ſcenâ: & quando viderit multas meretrices auro reſplendentes. Hic etiam ſi mare naviget, mercatores & naves plurimis mercibus oneratas cogitans, & lucra infinita, ſe ne vivere quidem exiſtimabit. Etſi per terram iter ingrediatur, agros, prædia ſuburbana, diverſoria, balnea, & quæ ex iis redeunt vectigalia reputans, exiſtimabit de cætero ne vitam quidem eſſe ſibi vitalem. Quòd ſi etiam domi eum incluſeris, quæ è foro accepit vulnera refri-

ra refricans, apud se magis affliget animum: & malorum quibus premitur unum videt solatium, nempe mortem, & hinc migrationem. Hæc patietur non solùm pauper, sed etiam dives qui in hunc morbum inciderit: & eo magis quàm pauper, quo vehementior eum premit tyrannis, & maior ebrietas. Quamobrem se etiam existimabit omnibus pauperiorem: atque adeò est pauperior. Non enim ex modo facultatum, sed ex mentis affectione judicantur divitiæ & paupertas: atque adeò ille est omnium pauperrimus, qui plura semper concupiscit, & qui nunquam potest sistere ac compescere improbam hanc cupiditatem.

Dives non est qui indiget aliquo, nec pauper, qui haud indiget.) *Petitum ex D. Ambrosii lib.* III. *Epistolâ 19.*

Dives sis licet, non es tamen dives dum navigas.) *Quia opes sint in alterius manu quàm tuâ. Libanius, in comparatione mercaturæ maritimæ atque agriculturæ:* Ἐγὼ γὰρ ἡδόμην ἂν γεωργοὺς πλουτοῦντας ἢ τοὺς πλέοντας ἀλλὰ δῶμεν εἰ δοκεῖ, πλέονα διδόναι τὰ κέρδη τὴν θάλατταν. ἀλλ' ἡ μὲν διδοῦσα, αὕτη καὶ ἀφαιρεῖται, καὶ μετὰ τῶν φορτίων πολλάκις καὶ ψυχὰς. καὶ τις ἀναχθεὶς μετὰ πολλῶν χρημάτων, ἢ συγκατέδυ τοῖς χρήμασιν, ἢ ἀπεσώθη γυμνός. καὶ πολλοὺς δὴ ἀνθρώπων ἀπειργάσατο τοῦτο ἡ θάλαττα. καὶ ὁ τῶν ἐμπόρων δὲ πορώτερος, ἕως ἂν πολὺ ἔτι πλέῃ ἔτι πλούσιός ἐστιν, ἐπὰν κέκτηται δὲ λέγει. ἀλλ' ἔστι τῶν ἀνέμων καὶ αὐτὸς καὶ τὰ ἐκείνου. ἤδη δέ τινες ὁρῶντες τὴν οἰκίαν, τοῖς ὅρμοις πολλάκις, ῥαγείσης ἐξαίφνης τῆς νεὼς ἐξέπνευσαν

πλοσαν ἐλεεινότεροι τῶν διαπνιγέντων. Ego verò magis agricolas copiosos quosdam, quàm nautas reperi. Sed donemus, plura suppeditare lucra mare ipsum, tamen rursum & aufert, cumque mercibus sæpe etiam vitam. Aliquisque provectus cum magnis opibus, aut unà cum his submersus, aut sine his nudus conservatus fuit: id quod plurimis usu venit in mari. Præterea omnium copiosissimus mercator, dum adhuc navigat, dives non est, neq; quicquam proprium possidet. Sed in potestate ventorum est cùm ipse, tum quicquid tenet. Ac jam aliqui cùm haberent in conspectu domum suam, appropinquantes portubus, subitò fracta navi animam exhalarunt, miserabilius quàm ii qui suffocantur.

Divites nihil sibi putant timendum, etiam rei.) *Portius Latro libro* x. *Controversiâ* i. Potens iste & gratiosus, & quod ne ipse quidē negat, dives fuit, & qui nihil unquam sibi putaret timēdum, etiam reo.

Diviti quoq; absq; iniuriâ esse publicò licet.) *Videtur innuere*, publicum, *hoc est* rempublicam, *comparare sibi posse divitas, quamvis non habeat calumniatores delatores*q;. *Vnde de Catone minore habemus apud Plutarchum cap.* XXIV: Ἐπιδεικνύμενος δὲ τὸ παμπληθὲς ἄβατόν τε καὶ καθαρὸν συκοφαντῶν, πλήρεις δὲ χρημάτων, ἐδίδασκεν ὅτι τῇ πόλει πλουτεῖν ἔξεστι, μὴ ἀδικουμένῃ. Quum jam ab sycophantis ærarium repurgasset, nullumque iis reliquisset ad id accessum, atque ære repleviisset: docuit posse rempublicam citra ullius injuriam esse locupletem.

Divitias odisse, quid nisi genus inanis gloriæ est?)

Declamator quis apud Senecam patrem libro V, *Controversiâ* 2. Vanum genus gloriæ est, odium divitiarum.

Docti postquam prodiere, desierunt esse boni.) *Convicium Senecæ in eruditos malis moribus.*

Doctores loquendi habemus homines, tacendi Deos.) *Sententia melior est quàm versus. De re autem ipsâ rectè Plutarchus libro de Garrulitate cap.* 11. *f.* Οὐδεὶς γὰρ ὅτῳ λόγῳ ὠφέλησε ῥηθεὶς, ὡς πολλοὶ σιωπήσαντες. ἔστι γὰρ εἰπεῖν ποτὲ τὸ σιγηθέν, ὕστερον σιωπᾶσθαί γε τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ἐκκέχυται καὶ διέφθορεν. ὅθεν [εἰμὶ] καὶ μὲν λέγειν, ἀνθρώπους, καὶ δὲ σιωπᾶν, θεοὺς διδασκάλους ἔχομεν, ἐν τελεταῖς καὶ μυστηρίοις σιωπὴν ἀγαλμάτων. Etenim nulla una ita oratio dicta profuit, ut multę silentio pressæ. quippe quod tacitum est, aliquando tamen dici potest: non item quòd dictum est, taceri, cùm iam effusum acditum sit. Vnde, puto, est, quod loquẽdi magistros habemus homines: tacendi Deos: adhibito ad sacrificia & arcanos ritus silentio.

Doctus in locis alienis civis est, non exterus.] *Lepidè id ipsum probat Vitruvius præfatione in librum* VI. *Architecturæ.*

Dona carent virtutis fructu, dona carent Sortis fide.) *Opinione quidem vulgi. Plutarchus libro de fortunâ Romanorum cap.* 1: Κατηγορεῖται δὲ ἀρετὴ μὲν, ὡς καλὸν, ἀνωφελὲς δὲ· τύχη δὲ, ὡς ἀβέβαιον μὲν, ἀγαθὸν δὲ. καὶ τὴν μὲν, ἄκαρπα πονεῖν λέγουσι· τὴν δὲ, ἄπιστα δωρεῖσθαι. Accusatur virtus, ut pulcra quidem, cæterùm inutilis quæ sit: fortuna, ut bona quidẽ, sed instabilis. & illius labores fructu, huius dona fide carere aiunt.

Dor

Dona plus examinant, quam iusta quæ sint; judices.) *Simocatta Epistola* XVII: Ἐμοὶ καὶ Σωσράτῳ συνεκεκρότητο δικαστήριον. ὁ δὲ Λεύκιππος ὅλας τὰς Φρένας διέφθαρτο· καὶ χρυσοῦ τὸ δικαστήριον θεάσασθαι ὠρέγετο. τοιοῦτον φιλόχρυσον πάθος κατεῖχε τὸν δύσμορον. ὅτε καὶ Σώσρατος ἐπιγνοὺς, χρυσῷ τὴν νίκην ὠνήσατο· ὁ τὸν λαιμὸν τοῖς δώροις τοῦ Λευκίππου ἐπέβυσε. ἡ παρθένος [δίκη] διέφθαρ[ται]· ὁ χρυσὸς τοῖς ἀνθρώποις τὸ νικᾶν ταλαν[τεύε]ι. ἡ ἰσόρροπος κρίσις ἀπόλωλε. δῶρα γὰρ μᾶλλον ἢ τὸ δίκαιον ἀξιόπιστον. Mihi & Sostrato indictum est tribunal. Leucippus autem toto animo perditus est, ut qui auro corrumpi passus sit judicium. talis in aurum affectus abripuit hunc miserum. quod cùm Sostratus sciret, auro victoriam redemit, & muneribus sufferciit fauces Leucippi. Virgo justitia vitiata est, & auro victoria appenditur hominibus. Iustum enim & momentaneum judicium periit, & dona magis æstimantur, quàm quod justum est.

Dote fretæ subservire postulant sibi viros.) *Versus Plauti Menœchmis actu v. sc. 2. v. 16.*

Dormientem inimicum an vigilem vincias, nil interest.) *Dictum D. Hieronymi.*

Durat ætatem mediocris honor, nimius vix vel diem.] *Plutarchus libello præcepta continente reipublicæ gerendæ cap.* LXIV: Τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τριακοσίων ἀνδριάντων οὐδεὶς ἔσχεν ἰὸν οὐδὲ πινὸν, ἀλλὰ πάντες ἔτι ζῶντος ἀφῃρέθησαν τὰς δὲ Δημάδου κατεχώνευσαν εἰς ἀμίδας. καὶ πολλαὶ τοιαῦται τιμαὶ πεπόνθασιν, οὐ μοχθηρίᾳ τοῦ λαβόντος

λαβόντ@ μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγέθ@ τοῦ δοθέντ@ δυσχεραινθεῖσαν. διὸ κάλλιστον καὶ βεβαιότατον ὀτέλλα λιμὴν φυλακτήριον. αἱ δὲ μεγάλαι καὶ ὑπερογκοι καὶ βάρ@ ἔχουσαι, ὥσπερ ἀπλησίως τοῖς ἀσυμμέτροις ἀνδριάσι, ταχὺ διεπέπτωκαν. At de CCC. ſtatuis Demetrii Phalerei nullam corrupit ærugo aut ſitus, ſed omnes vivente ipſo everſæ ſunt: Demadis ſtatuæ conflatæ ſunt in matulas. Multaque talia honoribus contigerunt, non tantùm ob eius cui decreti eſſent pravitatem, ſed etiam ob molem ſuam in odium adducti. Itaque tenuitas ſumtuum optimè ac firmiſſimè ad honorarii cuſtodiam facit: magna & immodica, itidem ut ſtatuæ non reſpondentes proportioni, ſubvertuntur.

Dux aliis minora mãdat, ſibi ſumit validiſſimũ.] *Tacitus de Germanico libro* II. *Annal. cap.* 20. Quod arduum ſibi, cetera legatis permiſit. *libro* XIII. *Annal. cap.* 39. Et corbulone irritum bellum traheretur, utq; Armenios ad ſua defendẽda cogeret, exſcindere parat caſtella. ſibi qui quòd validiſſimum in ea præfectura, cognomento volandum, ſumit. *addatur & Velleius Paterculus libro* II. *cap.* 105. *pr. Nazarius Panegyrico in Conſtantinum Auguſtum cap.* XXIX.

Dux bonus non tantùm à fronte verùm à tergo proſpicit.) *Inde dictum Sertorii*: Debere Imperatorem plus reſpicere quàm proſpicere, *apud Plutarchum capite* XXIX. *vitæ eiuſdem.*

E.

E ferociore pullo equam ars facit longè optimum.) *Fuit nimirum Themiſtoclis dictum:*

χὴ τὰς τραχυτάτας πώλας, ἀρίστους ἵππους γίνεσθαι. *inquit Plutarchus in vita eius capite* III.

E foro haud redi priusquàm amicum ibi paraveris.) *Tale quid solitum præcipere Polybium Scipioni Africano, testatus est præceptor Traiani præfatione in* IV. *librum Symposiacon. Sed & legimus apud Aelianum libro* XIV. *Variæ Historiæ cap.* 38: Ἐπαμινώνδου δὲ ἠκούσαμεν πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα καλὰ εἰδέναι, ἐν δὲ καὶ τοῖς καὶ τόδε· ἔλεγε πρὸς Πελοπίδαν, μὴ πρότερον ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἀγορᾶς ἡμέρας, πρὶν ἢ φίλον τοῖς δεξαίοις τινὰ προσθέσθαι νεώτερον. Inter alia Epaminondæ pulchrè dicta factaque, quæ quidem plurima sunt, etiam hoc numeratur. Dicebat ad Pelopidã, non prius discedere se è foro quotidie, quàm novum aliquem amicum ad veteres adjeciſſet.

Eadem dicta, eademque oratio æqua non æque valet.) *Ennii carmen laudatum Gellio lib.* XI. *Noct. Att. cap.* 4.

Ecquis comiter monstrare remuat erranti viam?) *Factum item ex Enniano versu productio Ciceroni libri* I. *de Officiis cap.* 16.

Ecquis est qui colla subdat legibus, post laureas?] *Ennodius Panegyrico ad Theodericum regem*: Sed inter præliares fortè successus, quibus omnes instruis & concilias omina secunda vincendi, civilitatis dulcedini nil reservas. Quis credat heroas tuos peregrinam non respuere, dum sint tranquilla, formidinem? Nam indomita inter acies ingenia lex coercet: submittunt præceptis colla post laureas; & calcatis hostium cuneis quibus arma cesserint, decreta dominantur.

Ecquis

Ec quis eſt qui nos cuſtodit, ſi Dominus nos deſerit?) *Sunt D. Auguſtini ex Pſalmo* XXXI.

Ec quis eſt qui ſe meliorem non alijs exiſtimet?) *Facit hoc cuiuſque Philautia, quæ quemvis ſpernit præ ſe: unde fit ut Principes lupum auribus teneant divitias honores &c, his, illis diſtributuri. nemo enim non priores partes auferre cupit, &c. Super quâre videantur paſſim Senecæ libri de beneficiis, ut & Agrippæ Oratio ad Auguſtum apud Dionem libro* LII. *item Manuelis Imp. caput* XV. *Educationis regiæ.*

Ego cum genui tum moriturum ſcivi, & ei rei ſuſtuli.) *Verſus Laudatus Ciceron libro* III. *Tuſcul. quæſtionum cap. 13. f.*

Ego illum periiſſe duco, cui quidem periit pudor.) *Verſus 81. ex Plauti Bacchidibus act.* III. *ſc. 3.*

Eius ad laudẽ inclinamus, cuius amor nobis bono eſt.) *Tacitus libro* XIII. *Annal. cap. 20. f.* Sanè Fabius inclinat ad laudes Senecæ, cuius amicitiâ floruit.

Eiuſdem hominis eſt audire vera velle, & dicere.] *Ariſtides Oratione de Paraphthegmate:* Ἔχων οὖν ἐνέχυρον ὁ Ὀδυσσεὺς τὴν ἐκείνου ψῆφον, καὶ δι' εἰδὼς, ὅτι οὐκ ἀπλῶς παλήθεις ἀκούεται, ἀλλὰ τοῦ αὐτὸς καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν ἐθέλειν ἐστὶ παλήθη, ἐκεῖνά τε οὐ ἔφη πολὺ κρείττων ἐμοῦ. καὶ ταῦτα ἐγὼ οὐδ' ποσοῦτον ἔπερον. Quare cùm haberet illius ſuffragium Vlyſſes pro pignore, nec eum gravatim veritatem auditurum probè ſciret, ſed ejuſdem eſſe, & dicere & audire vera velle: tu, inquit, in illis multum me ſuperas, & ego te in his tantumdem.

Eorundẽ eſt excitare magna mala, ac cõpeſcere.)

Plutarchus in vitâ Pompeii capite CI. *f.* Κάτων δὲ συνεβάλλετο αἱρεθῆναι στρατηγὸν αὐτοκράτορα, Πομπήϊον, ἐπειπὼν ὅτι τῶν αὐτῶν ἐστι, καὶ ποιεῖν τα μεγάλα καλά καὶ παύειν. Censuit autem Cato imperatorem Pompeium cum liberâ potestate creandum, adjiciens eorundem esse magna facere mala & comprimere.

Eriguntur ad æmulandum animi, laudari quod vident.) *Iamblichus apud Stobæum Sermone de Magistratu:* Πᾶν γὰρ τὸ τιμώμενον αὔξεται, ἐλαττῶται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον· καὶ τοῦτό ἐστι μάλιστα σημεῖον ἀρχῆς εὖ διοικουμένης. σωφρονεῖ τε γὰρ τοὺς ἀρχομένους ἐπὶ τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα· καὶ τὴν ἐπιβάλλουσαν ἀξίαν ἑκάστοις ἀπονέμει, καὶ πληροῖ τὰς πόλεις τῶν ἀρίστων ἐπιτηδευμάτων.
Omne honoratum augetur, contemptum imminuitur. Et hoc signum est clarissimum imperij bene administrati. Promovet enim subditos ad honesta studia, & convenientem singulis dignitatem attribuit, atque civitates optimis studiis implet.

Error in culpâ est, voluntas quamvis absit crimine.] *Dictum D. Hieronymi ad Eustochium de virginitate. Eiusdem Antistitis quoque est sententia versus proximè sequentis.*

Erubescat ipsum se, qui solus est, præ ceteris.] *Verba Divi Ambrosii Epistola* XIX.

Esse, haberi quod cupis, compendium est ad gloriam.) *Voces Tullii è libro* II. *de officijs capite* 12. *f.*

Esse Martyr non potest qui non est in Ecclesiâ.) *Effatum*

Effatum D. Cypria. Tractatu tertio de ſimplicitate Prælatorum.

Eſſe vis Deus mortali? mortalem eia, fac iuves.) *Plinius libro* II. *Natur. Hiſtor. cap. 7.* Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque ævo ex his neminem naſci, & alios eſſe grandævos ſemperque canos, alios iuvenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, ovo editos, & alternis diebus viventes morienteſque, puerilium propè deliramentorum eſt. Sed ſuper omnem impudentiam, adulteria inter ipſos fingi, mox iurgia & odia, atque etiam furtorum eſſe & ſcelerum numina. Deus eſt mortali iuvare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. Hac proceres iere Romani: hanc nunc cæleſti paſſu cum liberis ſuis vadit maximus omnis ævi rector Veſpaſianus Auguſtus, feſſis rebus ſubveniens. Hic eſt vetuſtiſſimus referendi benemerentibus gratiam mos, ut tales numinibus adſcribantur.

Eſſe vix potes felix, ſi patriâ ex ignobili es.] *Quare; videatur apud Plutarchum in vita Demoſthenis cap. 1.*

Eſt bonus putandus vitia qui redimit virtutibus.) *Vtique cùm non reperiatur in rerum natura, qui uſquequaque vitiorum exors ſit.* Optimus ille eſt, qui minimis urgetur.

Eſt chorus Theophraſti maior, Zenônis at concinnior.) *Dictum, niſi fallor Ariſtotelis, de quo Laertius alijque.*

Eſt cultiſſima, in quâ nullus cultus eſt, epiſtola.) *Ennodius libro* II. *Epiſtola 13. p:* Vt tradit quædam eloquentiæ perſona ſublimis, lex eſt in Epiſtolis negligentia, & auctorem genii artifex ſe præbet incu-

ria. In quo opere illud subducit gratiæ, quod cruciatuum testis sudor invenerit. Caminis excocta fabrilibus verba non flagitat salutis suæ nuntius, & quæsitor alienæ. Melius si in his commerciis pura elocutionum fronte congredimur: diademata simplex colloquii cultus abjurat: epistolaris communio, si quando affectatum decorem fugit, obtinuit.

Est decus summum, pietatis ergò ferre dedecus) *Divus Nazianzenus Iambo* XXIII. *de se propugnante Deitatem Spiritus sancti:*

Ὁ καὶ θεσθύντη τοῖς φίλοις.
Τέθηκεν, οἶδα μεν.
Καὶ σοὶ, μάκαρ, πλείστη χάρις.
Καλῆς ἀτιμίας.
Ταύτης γὰρ ὤκλεέστερον
Τί αὖ πάθοι βροτός.

Ob idque me liquit favor
Chari mihi gregis.
Ob tale grates dedecus,
Pendo Deus tibi.
Quod namque ferre quispiam
Majus queat decus?

Est docenda, non cruciatibus afficienda amentia.] *Julianus fine Edicti quo interdixit Christianis professoribus lectione Græcorum auctorum*: Καὶ γὰρ αἰσχρὸν, διδάσκειν, ἀλλ' οὐκ ἀγαθὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας.

Est pecuniâ, est genere omni, ætatis honos præstantior)

ſtantior.) *Gellius libro* II. *Noct. Attic. cap.* XV. *p.* Apud antiquiſſimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præſtantior honos tribui quàm ætati ſolitus: maioreſque natu à minoribus colebantur, ad deûm propè & parentum vicem: atque in omni loco inque omni ſpecie honoris prioresque potioreſque habiti. à convivio quoque, ut ſcriptum eſt in antiquitatibus, ſeniores à minoribus domum deducebantur: eumque morem accepiſſe Romanos à Lacedæmoniis traditum eſt; apud quos, Lycurgi legibus, maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur. Sed poſtquam ſuboles civitati neceſſaria viſa eſt; & ad prolem populi frequentandam præmiis atq; invitamentis uſus fuit: tum antelati, quibuſdam in rebus, qui uxorem quique liberos haberent, ſenioribus neque liberos neque uxores habentibus.

Eſt prior pugil, luctator alter, curſor tertius.) *Loquitur de certaminibus Homericis, de quibus multa Plutarchus libro* II. *Sympoſiacon quæſtione* 5. *finitque:* Εἰκότως οὖν ἡ πυγμὴ πρόεισί γε. δευτέραν δὲ εἶχεν ἡ πάλη τάξιν, ἡ δὲ πεδιτάραν ὁ δρόμος. ὅτι πυγμὴ μέν ἐστι μίμημα πληγῆς καὶ φυλακῆς, πάλη δὲ συμπλοκῆς καὶ ὠθισμοῦ· δρόμῳ δὲ μελετῶσι φεύγειν καὶ διώκειν. Ergo haud abs re pugillatio primum habebat locum, ſecundum lucta, tertium curſus. Eſt enim pugillatio ictus & declinationis imitatio; lucta complexus & pulſationis; curſu diſcunt fugere & perſequi.

Eſt quib. Lorica Chriſtus, hoſtiũ vim non timent]

Versus hic, ut & duo sequentes, sunt ab Ennodio.

Est verecundum debere, haud reddere verecundius.] *Verba D. Ambrosii Homilia* XXI. *in Tobiam*

Est unus timens melior, quàm mille filii impii.) *Totidem syllabis, pronuntiatum est à D. Cypriano positumq; libro* I. *Epistola.* III.

Esto prudens, aut consiliis utere rex prudentium.] *Monitum Basilii Imperatoris, inveniundum capite* XV. *Exhortationum.*

Et bello valet civili singulorum audacia.) *Tacitus libro* III. *Historiarum cap.* LVII. *p:* Sed classem Misenensem (tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia valet) Claudius Faventinus centurio, per ignominiam à Gallâ dimissus, ad defectionem traxit, fictis Vespasiani literis pretium proditionis ostentans.

Et genus virtusque, si res desit, algâ vilior.) *Formatum ex heroico Horatii libro* II, *Sat.* V.

Et nihil paritura saxa ubertas imbrium rigat.) *Accommodari poterit largitionibus Principum, non debere videlicet, pervenire ad bonos tantum, sed & malos, aut certè minus bonos utilesve imperio.*

Ex asini ossibus parata canora pulcrè fistula est.) *Dictum istud semel iterumque usurpavit Plutarchus, ostensurus, ab indoctis etiam instrui posse doctrinam.*

Ex eâ quis parte peccat, quâ minus colit Deum.) *Prosper Aquitanus libro* III. *de vitâ contempl. cap.* 15. Ergo si charitatem Deo exhibeamus, & proximo, de corde puro, & conscientiâ bona, & fide non ficta, facilè peccato resistimus, bonis omnibus abundamus. seculi blandimenta contemnimus, & omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera, etiam

iam cum delectatione perficimus: si tamen Deum charitate perfectâ, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex totâ animâ, & ex totis viribus diligamus. Ex eâ enim parte quis peccat, ex quâ minùs diligit Deum. Quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis vnde peccati desideriis serviamus. Et quid est diligere Deum, nisi illi occupare animum, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum, quem ipse in se censuit diligendum, in ipso amore servare legitimum modum, nec pervertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua minùs diligenda, plus diligunt, aut proximos non sicut seipsos, aut Deum plus quàm seipsos fortè non diligunt.

Ex malis aliorũ Orator improbè auget res suas.) *Fusius Calenus Oratione in Ciceronem, apud Dionem Cassium lib.* XLVI: Διὰ μὲν δὴ ταῦτα φυλάττεσθε τὸν ἄνθρωπον. γόης γάρ ἐστι καὶ μάγος. καὶ ὃν μὲν τῶν κακῶν τῶν ἀλλοτρίων καὶ πλουτεῖ καὶ αὔξει, συκοφαντῶν, ἕλκων, ἁρπάζων τὰς μηδὲν ἀδικούσας, ὥσπερ οἱ κύνες· ὃν δὲ δὴ τῇ κοινῇ ὁμονοίᾳ ἀπορρεῖ καὶ φθίνει. οὔτε γὰρ ἡ φιλία, οὔθ' ἡ διάνοια ἡμῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους τοιοῦτον δυώμενα τρέφειν ῥήτορα. ὅπου δὲ πόθεν ἄλλοθεν πεπλουτηκέναι αὐτὸν οἴεσθε; πόθεν μέγαν γεγονέναι; Eum hominem vobis cavendum has ob causas existimo: est enim impostor ac præstigiator, qui ex malis aliorum divitias remque suam auget, calumniando, diripiendo, ac

more canum lacerando innoxios: idemque communi in concordiâ diffluit ac tabescit. neque enim hujusmodi orator amicitiâ benevolentiaque nostrûm mutuâ alere se potest. nam quibus aliis artibus eum ad divitias, præstantiamque eam pervenisse censetis.

Excusare vitia nostra omnes quam effugere malumus. *Seneca Pater præfatione libri* VIII: *controvers:* Et hoc æquè omnium est, ut vitia sua excusare malint quàm effugere.

Exeat domo, iurare si quis vult per Heruclem.) *Dicitur ad pueros, quos prohibere volebant à temeritate iurandi, quemadmodum refert ex Favorino quæstione Romanâ* XXVIII. *Plutarchus, qui consulatur.*

Exemplum cape ex amicis, quid cavendum ex hostibus.) *De Zopyro lacerum se ostentante Dario Iustinus inquit libro* I. *Philippicæ Historiæ cap.* 14. Attonitum, & quærentem Darium causas, auctoremq; tam fœdæ lacerationis, tacitus quo proposito fecerit, edocet; formatoque in futura consilio, transfugæ titulo Babyloniam proficiscitur. Ibi ostendit populo laniatum corpus: queritur crudelitatem regis, à quo in regni petitione, non virtute, sed auspicio; non iudicio hominum, sed hinnitu equi superatus sit; Iubet illos ex amicis exemplum capere, quid hostibus cavendum sit.

Exercendo animi levantur, ingravescunt corpora.) *Sumptum è Tulli Catone maiore cap.* XI. *m.*

Exige ab hoc usuram, crimen quem non est occidere.) *Verba D. Ambrosij ex* XIV. *in Tobiam.*

Exhibete quod bonum est amori, non formidini.] *Ennodius libro* V. *Epistola* 13. Sæculi conversatio

legum metu retinetur. Dei famulos quod bonum eſt exhibere convenit non formidini ſed amori.

Expiant Regum furores capitibus populi ſuis.) Quidquid delirant Reges plectuntur Archivi; *inquit ille. videatur Phædri fabula* XXX.

Exul omnibus diffidit, abhorret ab omnibus Timon.) *De eius vita, multa Plutarchus in M. Antonij vita cap.* XC. *item Lucianus in Miſanthropo.*

F.

FAcilè corpore vincitur, animus cuius ante concidit.) *Plutarchus ſine Luculli:* Ἔτι τοίνυν Κίμωνα μὲν σωπτερίμενλω τὴν βασιλέως δύναμιν, καὶ τὸ Περσῶν φρόνημα σωνεσαλμένον, ἥτταις μεγάλαις καὶ ἀπαύστοις φυγαῖς ὑπὸ Θεμιστοκλέους καὶ Παυσανίου καὶ Λεωτυχίδου καταλαβὼν, ἐπενέβη, ἐ σεσπεπωκότων ἐ σεφτημένων ἢ ψυχαῖς τὰ σώματα ῥᾳδίως ἐνίκησε· Λεκύλλῳ δὲ Τιγράνης, ἀήττητος ὢν πολλῶν ἀγώνων ἐ μέγα φρονῶν, σωέπεσε. Adhæc Cimon, quum regis obtritos nervos accepiſet ingentibus cladibus effuſiſſimiſque fugis & ſpiritus fractos Perſarum à Themiſtocle, Pauſaniâ, Leotychide, inſultauit in eos, & quorum antè oppreſsi deiectiq; fuerant animi, horum ſuperauit facilè corpora: at cum Lucullo Tigranes præliis invictus multis atque inde elatus ſigna contulit.

Facilè ſibi facunditatem virtus argutam invenit.) *Verſus* XVIII. *Plauti, ex Truculento, act.* II. *ſc.* VI.

Facta

Facta injusta, ut non auctori, at periculum omnibus ferunt.) *De Catone majore insit in Apophthegmatis Plutarchus:* Τὸν δὲ ἄρχοντα ἢ κριτὴν ἔλεγε δεῖν μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μήτε ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι. Τὴν δὲ ἀδικίαν ἔλεγε τοῖς ἀδικοῦσι, κἂν μὴ φέρῃ κίνδυνον, ἅπασι φέρειν. Magistratum & judicem debere neque opus habere exhortatione ad justè, neq; pati exhortando se permoveri ad injustè agendum. Iniustè facta ut autori non sint, omnibus tamen esse periculosa.

Fama quam populus propagat multus, haud prorsus perit.) *Versus est ex Hesiodi sententiâ derivatus.*

Fama hominum tunc etiam vivit, cùm esse credas mortuam.] *Carmen è Plauti Persâ.*

Famam amare cum virtute Principis mos est boni.) Nam contemtu famæ, virtutes contemnuntur, *inquit Tacitus libro* IV. *Annal. cap. 38. f.*

Fas apud Deos, apud homines ius est, quidquid Rex iubet.) *Auticorum fortè opinione qui nec Deum nec homines timent. à quibus nihilo abierunt Atheniensis, de quibus sic in Demetrio Plutarchus cap.* XXIX: Ἔπι δὲ τοσοῦτον ἐψηφίσαντο δεδόχθαι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, πᾶν ὅ, τι ὁ βασιλεὺς Δημήτριος κελεύσῃ, ὅσιον καὶ θεοῖς ὅσιον, καὶ θεοῖς ἀνθρώποις εἶναι δίκαιον. εἰπόντος δέ τινος τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, μαίνεσθαι τὸν Στρατοκλέα τοιαῦτα γράφοντα, Δημοχάρης ὁ Λαχωνεὺς εἶπε, Μαίνοιτο μέν τ' αὖ, εἰ μὴ μαίνοιτο. πολλὰ γὰρ ὁ Στρατοκλῆς ὠφελεῖτο διὰ τὴν κολακείαν. ὁ δὲ Δημοχάρης

διὰ

ἐπὶ τούτῳ ἀφαιρεθεὶς ἐφυγαδεύθη. τοιαῦτα ἔπραττον Ἀθηναῖοι φρεσὶν ἀπηλλάχθαι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔχειν δοκοῦντες:

Sciverunt insuper, videri populo Athenienſi, quicquid jussisset rex Demetrius id & apud deos fas, & jus apud homines esse. Ibi quum quidam ex optimatibus insanire dixisset Stratoclem eam qui promulgaret legem, Democharis Laconensis ait, Atqui insaniat, nisi insaniat. Habebat enim admodum quæstuosam Stratocles adulationem. Democharis ob id dictum delatus quum esset, in exilium datus est. Hæc agebant Athenienses quum liberati præsidio, & agere viderentur in libertate.

Fasciis constringe ventrem, si famere non cupis.) *De ea re videatur Gellius libro* XVI. *cap.* 3. *m.*

Feliçissimus parentum, à filio qui vincitur.) *Clodius Turrinus libro* X. *controversiâ* 2. Quanto honestius modò pater & filius inter se contenderant, honestiorem facturus victum uter vicisset. *Seneca libro* III. *de Beneficiis capite ultimo*: Nullâ vi verborum, nullâ ingenij facultate exprimi potest, quantum opus sit, quam laudabile, quamque nunquam à memoriâ hominum exiturum, posse hoc dicere: Parentibus meis parui, cessi: imperio eorum, sive æquum, sive iniquum fuit, obsequẽtem submissumque me præbui: ad hoc unum contumax fui, ne beneficiis vincerer. Certate obsecro vos, & fusi quoque restituite aciem. Felices, qui vicerint! felices, qui vincentur! Quid eo adolescente præclarius, qui sibi ipsi dicere potuit (neque enim fas est alteri dicere) Patrem meum beneficiis vici? Quid

eo for-

eo fortunatius fene, qui omnibus ubique prædicabit, à filio ſuo ſe beneficiis victum? Quid autem eſt felicius, quàm ſibi cedere?

Felix es? mari annulos immitte, piſces referent.) *Quod accidiſſe Polycrati, ſcimus ex Herodoto: alluſitque apud Suetonium Nerocapite* XL. Vt verò conſulto Delphis Appollinæ ſeptuageſimum ac tertium annum cavendum ſibi audivit, quaſi eo demum obiturus, ac nihil conjectans de ætate Galbæ, tantâ fiduciâ, non modò ſenectam, ſed etiam perpetuam ſingularemque concepit felicitatem, ut amiſſis naufragio pretioſiſſimis rebus, non dubitaverit inter ſuos dicere; piſces eas ſibi relaturos.

Femina ebria omnibus fores claudit virtutibus.] *Valerius Maximus libro* VI. *cap.* 3. Magno ſcelere horum ſeveritas ad exigendam vindictam concitata eſt. Egnatij autem Metelli longe minori de causâ; qui uxorem, quòd vinum bibiſſet, fuſtim interemit. Idque factum non accuſatore tantum, ſed etiam reprehenſore caruit; unoquoque exiſtimante, optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe. Et ſanè quæcumque femina vini uſum immoderatè appetit, omnibus & virtutibus januam claudit, & delictis aperit.

Feminæ nec formam oportet, nec famam eſſe publicam.) *Sequitur poſtea verſus contrarii ſenſus: ſed utrique ſuam tamen eſſe rationem hauriamus ex Plutarch. libro de virtutibus mulierum, ipſo exordio:* Περὶ ἀρετῆς γυναικῶν, ἃ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνδρείῳ γνώμην ἔχομεν. ὁ μὲν γὰρ, ἧς ἂν ἐλάχιστος ἔπαινος περὶ τοῖς ἐκ τοῦ ψόγου περὶ ἢ ἔπαινος λόγος, ἀφίστην ἀποφαίνεται· καθάπερ τὸ σῶμα καὶ τὸ ὄνομα τὸ

ἀρχῆς γυναικὸς οἰόμεν& δεῖν καπάλλσον εἶναι καὶ ἀνέξοδον. ἡμῖν δὲ κομψότερ& μὲν ὁ Γοργίας φαίνε), κελεύων μὴ τὸ εἶδ& ἀλλὰ τὴν δόξαν εἶναι πολλοῖς γνώριμον τῆς γυναικός. ἄριστα δ' ὁ Ῥωμαίων δοκεῖ νόμ& ἔχειν, ὥσπερ ἀνδράσι, & γυναιξὶ δημοσίᾳ μὴ τὴν πλείστην τοὺς ἐπαινεθέντας ἀποδιδύς ἐπαίνους: Alia est, de mulierum virtute mea quàm Thucydidis sententia. Is enim ei primam laudem tribuit feminæ, de quâ foris minimus est vel in bonam vel in malam partem sermo. Censens nimirum ut corpus, ita famam quoque bonæ mulieris domi inclusam esse, neque in publicum exire debere. Mihi autem elegantior videtur Gorgiæ opinio, qui mulieris non formam, sed famam vult multis esse notam. Et Romanam legem maximè probo, quæ mulieres itidé ut viros post mortẽ publicè laudari pro dignitate jubet.

Feminæ virique amores, flagrantissimi omnium.) *D. Chrysostomus Homilia* xx. *ad Ephesios.* Οὕτως γὰρ ὄντως πάσης τυραννίδ& αὕτη ἡ ἀγάπη τυραννικωτέρα. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι σφοδραὶ, αὕτη δὲ ἡ ἐπιθυμία ἔχει καὶ τὸ σφοδρὸν καὶ τὸ ἀμάραντον. ἔνεστι γάρ τις ἔρως ἐμφωλεύων τῇ φύσει, & λανθάνων ἡμᾶς, συμπλέκει ταῦτα τὰ σώματα. Διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπὸ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἄνηρ καὶ γυνή.

Re verâ enim, re verâ hæc dilectio est magis Tyrannica quàm quævis tyrannis. Nam aliæ quidem sunt vehementes: hæc autem cupiditas habet & vehementiam & quod non possit marcescere. Inest enim quidam amor in naturâ delitescens, & nos latens connectit hæc corpora.

corpora. Propterea & ab initio ex viro mulier, & postea ex viro & muliere vir & mulier.

Feminis mares servirent nata nisi Satias foret.] *Simocatta Epistola* LXXII: Εἰ μὴ τοῖς ἀφροδισίοις ἡδοναῖς τὸν ἀπερπῆ κόρον ἡ Φύσις ἐνέμιξεν, ἐδουλαγωγεῖτο τὸ ἄῤῥεν τῷ γυναικείῳ Φύλῳ Τελέσιλλα. μὴ τοίνυν μέγα Φρονῇ περιδιον· ὁ τῆς Ἀφροδίτης μοι πυρσὸς ἀπηβαίλωται. ἀ γὰρ ἀθανάτους τὰς ἀλγηδόνας καὶ τ' ἐρώτων βέλη παρέχεται: Nisi venereis voluptatibus invenustam satietatem miscuisset natura, serviret iam sexus masculus feminino, Telesilla. Non igitur superbias, meretricula. Veneris mihi fax iam emortua est. neque dolores immortales amorum tela faciunt.

Fert malè esse avis sibi, pullis suis dum sit benè.) *Plutarchus libello de amore prolis cap.* IV. *f:* Καθόλου γὰρ ἡ πρὸς τὰ ἔκγονα Φιλοστοργία, καὶ τὰ πολυπραγμονοῦντα δειλὰ ποιεῖ, καὶ Φιλόπονα τὰ ῥάθυμα, καὶ Φιδωλὰ τὰ χαριμαργα. καὶ ὥσπερ ἡ Ὁμηρικὴ ὄρνις προσφέρουσα τοῖς νεοττοῖς Μάχας', ἐπείκει λάβησι, καὶ κῶς δέ τε οἱ πέλει αὐτῇ. τῷ γὰρ αὐτῆς τρέφει λιμῷ τὰ ἔκγονα, καὶ τῷ τροφῷ τὸ χαῖρος ἀπομένῳ ἀποκρατεῖ καὶ πέζει τῷ σώματι, μὴ λάθῃ καταπεσοῦσα.

Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα.
Ἀνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μέμονέν τε μάχεσθαι,
τὸν περὶ τ' τέκνων φόβον, ὡς δὴ ὕπερον περιλαβοῦσα θυμόν. In universum amor prolis animalia audacia redigit timida, & de segnibus industria, ac de gulosis

losis parca. Sic Homerica illa avis pullis tradit.

Escæ quidquid habet, malè sit sibi quamlibet ipsi. suâ enim ipsius fame pullos alit, cibumque sam ventri appropinquantem abstinet & ore premit ne imprudens deglutiat. Apud eundem Poetam:

Vt cùm pro teneris catulis canis anxia latrat
Ignoto accedente viro, pugnæque parat se:
metum pro catulis quasi secundam irani concipit.

Fidum amicum habere malim, quàm gazam omnem Persicam.] *Dictum Platonis in Lysiae.*

Filiorum cariores qui similes parentibus.) *Apuleius Apologia* I. An tu ignoras, nihil esse alpectabilius homini nato, quam formam suam? Equidem scio & filiorum cariores esse qui similes videntur: & publicitus simulacrum suum cuique, quod videat pro meritis præmio tribui.

Filiorum pædagogus omnium optimus pater.) *Rationes quare plures prodidit Manuel Imperator præfatione educationis suæ Regiæ ad filium. Sed & Simocatta inquit Epistolâ* LVIII: Εἰ μὴ βίᾳ Σωκράτης ἐνέχυρα κέκτηται, παιδαγωγὸς ἂν οὐ μὴ παρέχεσθαι παιδός. ἐνέχυρα δὲ βίᾳ, παῖδες νοσίζοιτο ἂν. ὃν χὴ εἶναι πατέρα φύσις ἐδίδαξε, τοῦτον καὶ παιδαγωγὸν εἶναι ἀξιοπιστον. πείρᾳ μανθάνοντα [καὶ] γεννήσεως ἕξιν καὶ σοργῆς ἀλγηδόνα:

Si vitæ pignora Socrates non habuit, pædagogus tuo filio non adsumatur. Vitæ verò pignora, intelligantur esse liberi. quem enim natura docuit esse patrem, eundem etiam pædagogum filiorum debere esse, sit verisimile: reipsa discentem & generationis habitum, & paterni in liberos amoris anxietatem.

Filiis adhuc cibum cornix præbet volantibus.) *Dici poterit cùm inducere volemus parentes, ne ſubtrahant benignitatem ſuam liberis iam licet adultis &c. de cornicibus iſtis videatur D. Ambroſius lib.* v. *Haxaem. cap.* 18.

Finis eſt victoriæ, ne idem agamus victi quod agunt.) *De Alexandro Magno, Plutarchus in vitâ eius cap.* LXXII: Ἐπεὶ δὲ τὸς περὶ αὐτὸν ἑώρα παντάπασιν ἐκ πεφυφηκότας καὶ φορτικοὺς ταῖς ἡδοναῖς καὶ πολυτελεῖς ὄντας, ὥστε Ἄγνωνα μὲν τὸν Τήϊον δεγυρόδς ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἥλους φορεῖν, Λεονάτῳ δὲ πολλοῖς καμήλοις ἀπ' Αἰγύπτου κόνιν εἰς τὰ γυμνάσια κομίζεσθαι, Φιλώτᾳ δὲ, πεδὶς θήρας σταδίων ἑκατὸν αὐλαίας γεγονέναι, μύρῳ δὲ χρωμένους ἵππαις πεδὸς ἄλειμμα καὶ λυπρὸν ὄσους ὅδε ἐλαίῳ, πεῖπας ἢ καὶ κατδυναςὰς πειρωμένους, ἐπετίμησεν πράως καὶ φιλοσόφως, θαυμάζων φάμενος, εἰ τοσύτους ἠγωνισμένοι καὶ πηλικύτους ἀγῶνας ἀμνημονδσιν ὅπ τῶν καπαπονηθέντων οἱ καπαπονήσαντες ἥδιον καθεύδδσιν· ὅδε ὁρῶσι, τοῖς Περσῶν βίοις τὸς ἑαυτῶν παραβάλλοντες, ὅπ δηλικωσὶ τὸν μέν ἐσι τὸ πεφᾶν βασιλικώπατον δὲ τὸ πονεῖν. Καίπι πῶς ἄν πις [ἔφη] δι' ἑαυτὸ θεραπδσθεν ἵππον, ἢ λόγχλω ἀσκήσθεν ἢ κεφάλω, ἀπειθικὸς τὸ φιλπάτδ σώματος ἅπλεσθαι τὰς χεῖρας; ὃν ἴσε [εἶπεν] ὅπι τὸ κεφᾶν πέρας ἡμῖν ἐσι τὸ μὴ πάντα ποιεῖν τοῖς κεκεφαπημένοις;

Quum amicos ſuos in totum cerneret luxu perditos, victuque & ſumptibus licentiores, atque Agnonem Teium

Teium clavis argenteis suffigere crepidas, Leonato multis camelis pulverem ex Ægypto usq; ad exercitiones supportari, Philotam ad venationem centum stadiorum aulæas habere, unguento plures quàm oleo delibutos ad balneum ire, trahere eos secum fricatores & cubicularios; castigavit eos placidè & Philosophicè, mirari se dicens ipsis, qui tot & tanta certamina decertauissent, excidisse, eos jucundius alios qui fatigant quàm fatiscentes quiescere: neque animadvertere Persarum moribus æquiparantes suos, nihil esse servile magis quàm indulgere deliciis nec magis regium quàm labores suscipere. Et quidem qui cures, inquit, tuâ operâ equum, vel hastam galeamve polias, si inducere animum non potes ut corpori, quo nihil charius, admoveas manus? An ignoratis finem nobis vincendi esse, ne eadem ac victi faciamus?

Fletus est parum pudicus propero amori qui datur.) *Verba fere sunt Valerii Maximi, è libro* VI. *cap.* 3. *de Horatio sororem suam occidente; quod vidisset sponsi sui paludamento ornatum.*

Fletus sortis infaustæ verecunda execratio est.] *Declamator aliquis apud Senecam lib.* VIII. *controversia 6.* Fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est.

Flexa, non falsa autumare dicio Delphis solet.) *Pacuvii Trochaicus, citatus à Nonio.*

Flore adhuc in cano poma iam metitur rusticus.) *Indicat præproperam hominum spem, etiam in herbâ messem cogitantium.*

Fluminis cursum lapillus non moratur perpetis.) *D. Nazianzenus simile quid dixit, in Heroicis suis, si recte memini.*

Fœneratoris teneri nescit uno æs sacculo.) *Et istud carmen, ut & præcedens est D. Ambrosii in Tobiam.*

Forma queis stata est, ferè sunt perpudicæ feminæ.) *Verba Enniana apud Gellium. lib. & capite undecimo.*

Fors dominatur, ulla nec vita ulli in vitâ propria est.) *Versus Accij adductus à Grammaticis.*

Fortis ille est, qui nõ in se fortis est, sed in Deo.] *Dictum D. Augustini in Psalmos Davidis.*

Fortis in mortem cogatur, non cogatur in preces.) *Cornelius Hispanus*: Repete, age, tot patrocinia, tot clientelas, & maximum beneficiorum tuorum teipsum: jam intelliges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse. *Suasoria* VI.

Fortitudo haud in stupore, sed dolore vulnerum est.) *Dictum D. Ambrosii libro* IX. *in D. Lucam.*

Fortitudinis viaticum eximium est jactantia.) *Aristides Oratione de Paraphthegmate*: Ἀναμνήσω σέ σε καὶ Ξενοφῶντα· ὃς περὶ τοῦ Κύρου τοῦ μεγάλου διαλεγόμενος, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον, αὐτάρκη φήσει καὶ κόσμιον αὐτὸν εἶναι καὶ ἥκιστα ἀλαζόνα· ἡνίκα δὲ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἴοι καὶ συνθερμαίνοιτο, ὀλίγον μικρὸν λέγειν, ὀλίγ' ἐπιστέλλεσθαι. ἀλλὰ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς στρατιώτας ἐξαίρειν. εἰκότως. ἐὰν γὰρ ὅταν ἐξέλῃς τὸ κέντρον ἐκ τῆς ψυχῆς, ἀνῄρηκας τὸ τῆς ἀνδρείας ἐφόδιον. Quin etiam Xenophontem tibi proferam, qui de magno Cyro loquens, reliquo quidem tẽpore compositum, & modestum, ac minimè arrogantem ait eum esse solere: cùm autem in cer-

in certameu descenderet, & calefieret, nihil parvum nec remissum dicere, sed cùm setum milites extollere. nec injuriâ. Etenim cùm stimulum ex animo sustuleris, fortitudinis tollis viaticum.

Fortitudinem haud secundis, verùm adversis æstimes.) *Libanius comparatione Diomedis & Achillis:* Καὶ ταῦτα ἔπραττε Διομήδην, τῆς τύχης ὅπῃ τοὺς ἐναντίους μεθεστηκώς, καὶ ὁ Διὸς τοῖς αὖθις βέλεσι συναγωνιζομένου τοῖς Τρωσὶ δεῖ δὲ τὴν ἀνδρείαν δοκιμάζειν οὐκ ἐν ταῖς εὐπραξίαις, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀτυχίαις. ἐν μὲν γὰρ ἐκείναις καὶ τοὺς φαυλοτέρους ὁρῶμεν εὐδοκιμοῦντας, ἐν δὲ ταύταις τοὺς τῶν ἄλλων διαφέροντας ἀντέχοντας:

Atque hæc gessit Diomedes, cùm iam fortuna ad hostes conversa esset, cumque supernè Iupiter suis telis certamina Troianorum adjuvaret. Debet verò fortitudo expendi non rebus secundis, sed adversis. Nam illis etiam futilioribus existimatio augetur: his videmus resistere non nisi aliis præstantes.

Fortium memoria honore consecratur Numinum.) *Citatur à Lactantio è Cicerone:* Adque adeo in plerisque civitatibus intelligi potest acuendæ virtutis gratiâ, aut quò libentius Reipublicæ caussa periculum adiret optimus quisque, virorum fortium memoriam honore Deorum immortalium consecratam.

Frigida candens exstinctum ferro aquâ nimis riget.) *Plutarchus in vitâ M. Bruti, de Bruto stirpis ejusdem auctore insit cap.* 1: Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ὥσπερ τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, σκληρὸν ἐκ φύσεως

καὶ ὁ μαλακὸν ἔχων ὑπὸ λόγου τὸ ἦθος, ἄχρι παρ-
ῳδονίας ἐξώκελε τῷ θυμῷ τῷ κῦ τῶν τυραννων.
Cæterùm ille, gladiorum inſtar qui candentes frigidâ extincti ſunt, duris prædítus naturâ non ex literarum culturâ mollibus moribus, uſque in liberorum cædem irâ adverſus tyrannos provectus eſt.

Frontis obſequiis fucatæ præfer contumelias.) *Ennodius libro* VI. *Epiſtolâ* I. Nihil invenio quod ſit fucata humilitate ſuperbius, præfero contumelias fucatæ frontis obſequiis: tranſit amaritudinem dulcedo ſimulata. &c.

Fructus abſtinentiæ ſtatim ipſam mentem alacrem facit.] *Voces D. Proſperi è libro* II. *de vita contempl. cap.* 22. *f.*

Fucus eſt juventæ, fucus eſt ſenectæ iniurius.) *Videatur Simocatta Epiſtola* III. *f.*

Funeris mæror, quam carus vrbi fueris indicat.) *Verba ſunt Ciceronis ex tertio capite de Amicitia, & ſic eſt; tum demum intelligitur bonus malusve fueris, cum nemini aut formidini es, aut ſpei. Egregiè Tranquillus de Germanico in vitâ Caligulæ cap.* V. Tamen longè maiora, & firmiora de eo judicia in morte, ac poſt mortem extitere. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubverſæ deûm aræ, Lares à quibuſdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expoſiti. Quin & Barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibuſque adverſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico, communique mærore, conſeciſſe ad inducias: Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorem capita raſiſſe, ad indicium maximi-

ximi luctus: Regum etiam regem & exercitatione venandi, & convictu Megistanum abstinuisse, quod apud Parthos justitii instar est.

G.

GAudij mage sunt, quàm luctus literæ internunciæ.] *Ennodius libro* III. *Epistola* 2. Quamvis commercia literarum magis sint lætitiæ quàm mæroris; nec &c.

Gaudium maius molestia vbique maior anteit.) *Verbum D. Augustini libro* VIII. *confes. cap.* 3.

Gaudium malum est, si nõ inde unde debes gaudeas.) *D. Prosper libro* II. *de vita contemplat. cap.* 13. Gaudere quidem bonum est: sed qui gaudet, si non inde gaudeat unde debet, non potest bonum esse quod gaudet. Siquidem gaudet & raptor, quum desiderata rapuerit: gaudet & ebriosus, quum exoptatæ occasionẽ potationis invenerit: gaudet & adulter, quum ad delectationem fruendi corporis cõcupiti pervenerit. Sed cùm sit gaudere bonum, de his atque huiusmodi gaudere grande est malum.

Gaudio in communi Avarus tristior tristissimo est.) *Bella est fabula cuius meminit D. Chrysostomus Homilia* XXXIX. *1. ad Corinthios:* Αὐχμὸς κατέλαβε ποτὲ τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν, & πάντες ἔτρεμον ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων, καὶ τὸν θεὸν παρεκάλουν λῦσαι τοῦτο τὸ δεινός: & ἰδεῖν τότε τὸ ὑπὸ μισοπόνου ἐρημένον, χαλκοῦν τὸν ἀέρα γεγονημένον, καὶ θανάτου τῶν ἁπάντων θανάτου χαλεπώτερον καθ' ἑκάστην

ωεθσδοκώμενον τὴν ἡμέραν: ἀλλ' ὕστερον δόξαν τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ, παρ' ἐλπίδα ἅπασαν πολὺς κατεφέρετο καὶ ἄπειρος αὔωθεν ὑετὸς, καὶ πάντες ἐν πανηγύρει καὶ ἑορτῇ λοιπὸν, ἅπερ ἐξ αὐτῶν ἀναβάντες τ' ὄ θανάτ πολῶν: ἀλλ' ἐν τοσότοις ἀγαθοῖς, καὶ τῇ κοινῇ πάντων εὐφροσυνῇ, τ ζαπλουτοωύτων τις τότων, συγγὸς, ϗ κατηφὴς ἀποτθνηκῶς ὑπὸ τ ἀθυμίας ωθείηι, ϗ πολλῶν τὴν αἰτίαν πυθανομένων, δι' ἣν ἐν τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων ἡδονῇ μόνος ἀλγεῖ, ὅθ' ἔχειν ἔνδον ἴσχυσε τὸ χαλεπὸν τ πάθος, ἀλλ' ὑπὸ τ τυραννίδος τ νοσήματος κεντόμενος, εἰς μέσον ἐξεύεγκε τὴν αἰτίαν. μυρία γὰρ μετρα σίτ κεκτημένος, φησὶ, σὐκ ἔχω πῶς ἀθῶμαι ταῦτα λοιπόν:

Civitatem noſtram invaſit quondam ſiccitas, & extrema timebant omnes, & Deum rogabant ut hunc metum ſolveret: & tunc licebat videre quod dictũ fuit à Moſe, cœlum factum æneum, & quotidie expectari mortem omni morte graviorem. Sed quum poſtea ita viſum eſſet benigno & clementi Deo, præter ſpem omnem, multa atque adeò infinita ex alto cecidit pluvia: & omnes iam feſtum diem agebant, tanquam qui ex ipſis portis aſcendiſſent: ſed in tantis bonis & communi omnium lætitia quidã ex his qui erant valdè opulenti, huc & illuc circuibat mæſtus & triſtis, præ animi ægritudine mortuus; & multis cauſam rogantibus cur in communi omnium lætitia ſolus doleret, ne intus quidem continere potuit hanc gravem animi perturbationem, ſed à morbi punctus tyrannide, cauſam in mediũ protulit. Nam

quum

quum habeam, inquit decies mille mensuras frumenti, nescio quid illis deinceps faciam.

Gloriæ unius diei præferenda æternitas.) *Non Christianam modò recipit interpretationem, sed & Ethnicam. Plutarchus de Pompeio Magno cap. 135. f.* ὁ δὲ καὶ τῶν πειρατῶν τοῖς μεταβαλλομένοις πόλεις ἔδωκε, καὶ Τιγράνῃ τῶν Ἀρμενίων βασιλέα, γυόμενον ἐφ' ἑαυτῷ θριαμβεῦσαι, σύμμαχον ἐποιήσατο, καὶ φήσας ἡμέρας μιᾶς ἀγῶνα τιθεμένην. Ille & piratis vitam mutantibus suam oppida dedit, regemque Armeniorum Tigranem, quem potuerat in triumpho ducere, socium fecit, uni diei præferens æternitatem.

Gloriari de bonis alienis, curta gloria est.) *Iucundè admodum Libanius fabula* III: Ἐδόξε τῷ Διῒ βασιλεῦσαι καὶ τὸ ὀρνίθων γένος, καὶ δὴ καὶ Ἑρμῆν πέμπει ἀγῶνα κάλλους ἐπάξοντα, ὡς δώσων τῷ καλλίστῳ φοινικίδα τὴν ὀρνίθων ἀρχικήν. ἐπαλαιστρίζετο γοῦν τὰ ὄρνεα τὰ μὲν ἐν ἠιόσι, τὰ δ' ἐν πηγαῖς τε καὶ λίμναις. καὶ τὰ πτερῶν ἐξεκαλεῖτο ὁπόσα ἑαυτοῖς ὥραν οὐκ ἔφερον. ἡ δὲ κολοιὸς [ἦν γὰρ ἄμορφον] ἐπιτηδᾶσαι τοιάδε. τῶν πτερῶν ὁπόσα ἐπέπτωκε τοῖς ὕδασιν αὐαιρούμενον, ἔκασον ἑαυτῷ περιετίθει, στωμυλιστὴς σοφῶς ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ, καὶ χρῆμα ποικιλώτερον γίγνεται. καὶ ὡς ἦκεν ἐπὶ τὴν κρίσιν, ἐπέστρεφε μὲν τὰ ὀρνέων τὰ ὄμματα. θαῦμα δὲ ἐνέβαλλε καὶ αὐτῷ τῷ δικαστῇ. ὥστε ἐπεχώρει μὲν αὐτῷ καὶ ὁ λευκότατος κύκνος. μικρὸν δὲ ὁ ταὼς ἐδόκει, καὶ αἱ πτέρυγες βαφαὶ, καταπεφρόντο δὲ καὶ ἀετῶν ἡ σεμνότης· μελλόν-

πεθσδοκώμενον τὴν ἡμέραν: ἀλλ' ὕστερον δόξαν τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ, παρ' ἐλπίδα ἅπασαν πολὺς καπεφέρετο καὶ ἄπειρος αὖθις ὑετὸς, καὶ πάντες ἐν πανηγύρει καὶ ἑορτῇ λοιπὸν, ἅπερ ἐξ αὐτῶν ἀναβάντες τ' ὄ θανάτου πολλῶν: ἀλλ' ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς, καὶ τῇ κοινῇ πάντων εὐφροσυνῇ, τ' ζαπλουτούντων τις τούτων, συγγὸς, κ' καταφὴς ἀποτεθνηκὼς ὑπὸ τ' ἀθυμίας πεθείη, κ' πολλῶν τὴν αἰτίαν πυνθανομένων, δι' ἣν ἐν τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων ἡδονῇ μόνος ἀλγεῖ, ὥστε κατασχεῖν ἔνδον ἴσχυσε τὸ χαλεπὸν ἔτος πάθος, ἀλλ' ὑπὸ τ' τυραννίδος ἔτ' νοσήματος κεντούμενος, εἰς μέσον ἐξελύεγκε τὴν αἰτίαν. μυρία γὰρ μετρεῖσθαι κεκτημένος, φησὶ, οὐκ ἔχω πῶς λελαθῶμαι ταῦτα λοιπόν:

Civitatem noſtram invaſit quondam ſiccitas, & extrema timebant omnes, & Deum rogabant ut hunc metum ſolveret: & tunc licebat videre quod dictũ fuit à Moſe, cœlum factum æneum, & quotidie expectari mortem omni morte graviorem. Sed quum poſtea ita viſum eſſet benigno & clementi Deo, præter ſpem omnem, multa atque adeò infinita ex alto cecidit pluvia: & omnes iam feſtum diem agebant, tanquam qui ex ipſis portis aſcendiſſent: ſed in tantis bonis & communi omnium lætitia quidã ex his qui erant valdè opulenti, huc & illuc circuibat mæſtus & triſtis, præ animi ægritudine mortuus; & multis cauſam rogantibus cur in communi omnium lætitia ſolus doleret, ne intus quidem continere potuit hanc gravem animi perturbationem, ſed à morbi punctus tyrannide, cauſam in mediũ protulit. Nam

quum

quum habeam, inquit decies mille menſuras frumenti, neſcio quid illis deinceps faciam.

Gloriæ unius diei præferenda æternitas.) *Non Chriſtianam modò recipit interpretationem, ſed & Ethnicam. Plutarchus de Pompeio Magno cap. 135. f.* Ὁ δὲ καὶ τῶν πειρατῶν τοῖς μεταβαλλομένοις πόλεις ἔδωκε, καὶ Τιγράνῃ τῶν Ἀρμενίων βασιλέα, ᾠχόμενον ἐφ' ἑαυτῷ θριαμβεῦσαι, σύμμαχον ἐποιήσατο, καὶ φήσας ἡμέρας μιᾶς ἀγῶνα τοθλμᾶν. Ille & piratis vitam mutantibus ſuam oppida dedit, regemque Armeniorum Tigranem, quem potuerat in triumpho ducere, ſocium fecit, uni diei præferens æternitatem.

Gloriari de bonis alienis, curta gloria eſt.) *Iucundè admodum Libanius fabula* III: Ἐδόξε τῷ Διὶ βασιλεῦσαι καὶ τὸ ὀρνίθων γένος, καὶ δὴ ἐκ τῶν Ἑρμοῦ τοὺς ἀγῶνα κάλλιστα ἐκάλει, ὡς δώσων τῷ καλλίστῳ φανέντι τὴν ὀρνίθων ἀρχήν. ἐκαλλωπίζετο γοῦν τὰ ὄρνεα τὰ μὲν ἐν κρημνοῖς, τὰ δ' ἐν πηγαῖς τε καὶ λίμναις. καὶ τὰ πτερῶν ἐξεκαλεῖτο ὁπόσα ἑαυτοῖς ὥραν οὐκ ἔφερον. ἡ δὲ κολοιὸς [ἦν γὰρ ἄμορφον] ἐπιπτυχᾶτο τοιάδε. τῶν πτερῶν ὁπόσα ἐπέπτωκε τοῖς ὕδασιν αὐαιρούμενον, ἕκαστον ἑαυτῷ προσεπήγνυ, συναρμόττων σοφῶς ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ, καὶ χρῆμα ποικιλώτερον γίγνεται. καὶ ὡς ἦκεν ἐπὶ τὴν κρίσιν, ἐπέστρεφε μὲν τὰ ὀρνέων τὰ ὄμματα. γάμος δὲ ἐνέβαλλε καὶ αὐτῷ τῷ δικαστῇ. ὥστε ὑπεχώρει μὲν αὐτῷ καὶ ὁ λευκοπύγος κύκνος. μικρὸν δὲ ὁ ταὼς ἐδόκει, καὶ αἱ πτέρυγες βαφαί, καταπεφρόντο δὲ καὶ ἀετῶν ἡ σεμνότης· μελλόν-

τῷ δὲ ἤδη τοῦ Διὸς αὐτῷ ἐγχειρίζειν τὸ σκῆπτρον, ἡ γλαῦξ ἰδοῦσα τὸ ἑαυτῆς ἐν τῷ κολοιῷ πτερὸν, ἀφαιροῦσα ἀπέστησε, καὶ ἄλλο τὸ ἑαυτῆς, ἕκαστος τὸ οἰκεῖον. ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀλλοτρίων, ἐγυμνοῦτο τοῦ κολοιοῦ τὸ εἶδος, καὶ ἐγελᾶτο. τὸ μὴ τοῖς οἰκείοις κοσμεῖσθαι, βαρχείαν μὲν τὴν ἀπόλαυσιν, πολλοῦ δὲ ἐλεγχθέντα ποιεῖ τὴν αἰσχύνην:

Placuerat Iovi, etiam regnum esse inter aves, convocatque illas per Mercurium ad contentionem formæ, ut addicturus avium regnum ei quæ formosissima visa esset. Formæ igitur omnes studebant, quæque fontes, quæque scaturigines & stagna aquarum colunt: easque pennas, quibus veuustas læderetur abijciebant. Ibi monedula quæ deformis erat, ad hanc artem convertitur. Pennas quæ in aquis natabant colligit, & sibi scitè singulas applicat, unam aptans alteri, fitque visu diversicolor. Vbi autem ad judicium jam ventum fuit, convertit ad se avium oculos, nec non judici ipsi admirationem objecit. Cedebat igitur hinc cãdidissimus olor. futile autem quiddam præ illâ erat pavo, & illius pigmenta. quin & aquilæ despiciebatur gravitas. Cumque iam esset illi traditurus sceptrum Iuppiter, ibi noctua suam conspicata pennam in monedula, accedit, & eam evellit: itemque alia suam, & proprias singulæ. Ita ablatis alienis, nudatur forma monedulæ, & deridetur. Non suis bonis ornari, fructum habet brevem, magnamque affert deprehenso ignominiam.

Glorioſior eſt triumphus quem coronavit labor.] *Ioannes Sarisberienſis Epiſtola* XCVII. In ſorte namque juſtorum peccatorum virga non permanet, & quic-

& quicquid ab iniquitate recedit, ſeu proſperi, ſeu adverſi faciem induat, nihilominus proficit ad ſalutem & conatur ad gloriam. Ex rerum namque difficultate creſcit meritum fidei, & glorioſior eſt triumphus, quem aſſiduitas laborum, & periculorum ſuſceptio, & jugis patientia præceſſerunt.

Glorioſius redire, quam non ejici, exſuli.] *Quippe, uti loquitur Ariſtides Oratione pro Quatuor viris:* Τὸ μὲν γὰρ ἐκπεσεῖν καὶ φεύγειν φθόνου αἴτιον. καὶ πάχα αὖτι καὶ ἄλλο τοιοῦτο φανείη· τῆς δὲ μετὰ τὸ χρόνου κλήσεως καὶ μετακλήσεως, οὐδὲν ἔστ' ἕτερον πλὴν τῆς ἀρετῆς αἰτίαν. δι' ἣν καὶ ἀπόντα ἠξίουν, καὶ παρεῖναι λυσιτελεῖν αὐτοῖς ὑπελάμβανον. καὶ τὸ μέγιστον, σφῶν αὐτῶν καταγνῶσαι μᾶλλον ἠξίουν, ἢ ἐκείνου: Vt quis ejiciatur ac exulet, invidia facit, vel aliud ſimile: ut ante tempus revocetur, nihil præter virtutem efficit, propter quam illum & abſentem ſunt reveriti, & ut adeſſet, è re ſuâ fore exiſtimarunt: quòdque eſt omnium maximum ſeipſos potius, quàm illum, condemnare maluerunt.

Glorioſius repellas bellum, quam haud admiſeris.) *De Dario Iuſtinus libro* XI. *cap.* II. Nec hoſtem regni finibus arcere, ſed in intimum regnum recipere: glorioſius ratus repellere bellum quàm non admittere.

Gnatus adprobet mores ſuos patri; haud regat patris.) *Seneca pater libro* X. *Controverſia* 3. Latro uſus eſt illa vulgata quæſtione; An poſſit agi cum patre ob ullam aliam rem quàm ob demnentiam. Impotens ſum, immitis, non tamen demens. Mores tuos patri debes approbare, non patris regere.

Gracu-

Graculi deformitatem deteget vel noctua.) *Bellè adplicat Simocatta Epistolâ* XXXIV: Ἀφίκοντο ποτὲ πρὸς τὸν Διά τε ὄρνεα, ἔ [τὸν] ὀλύμπιον ἐπρεσβεύοντο ἡγεμόνα. ἦν γὰρ ἀναρχία τοῖς ὄρνιθας τὸ λυποῦν. ἔ μεῖζον ἦν τὸ ἀγαθοῦ ἡγεμονίας ἐχθρόν· καὶ πολλῷ διὰ τοῦτο τὴν ἀκοσμίαν ἐκέκτηντο· ἐπέννυσε πάντων ὁ Ζεύς, καὶ γέγονεν ἔργον τὸ βούλημα· καὶ δωρεῖται δῶρον τοῖς ἱκετεύουσι θαυμαστόν. βασιλέως γὰρ ἦν ἀξίωμα τὸ διδόμενον. προσέταττε δὴ τοῖς ὄρνεσιν ὅπη λίμνας καὶ πηγὰς ἀφικέσθαι. καὶ τὸν ἑαυτῶν ἀποσμήξασθαι ῥύπον. καὶ τοῖς ὕδασι τὸν βάσανον τῆς ἡγεμονίας ἀπόνεσεν. ἦν γὰρ ἀπρεπὲς τῷ Διὶ τὸ πεμφθέν. ἐλθόντα δὴ τὰ ὄρνιθες. εἶτα πρὸς τὸν Δία παλινδρομοῦσιν αὖθις· καὶ τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀπρέπειαν ἐνεδείκνυτο· ὁ μὲν κολοιὸς τὴν οἰκείαν δεδιὼς ἀμορφίαν, τὴν τῆς φύσεως δημιουργίαν ἐνόθευσεν, ἀλλοτρίῳ κόσμῳ τὴν ἑαυτοῦ καλλωπίζων ἀπρέπειαν. ἀλλ' ἤλεγξε τὴν ἀμορφίαν ἡ γλαῦξ, καὶ τὸν ἀπίπλαστον κόσμον ἐδείκνυε; τὸ γὰρ οἰκεῖον ἀπιγοῦσα πτερὸν, ὡς ἴδιον ἀφείλετο· ᾗ τοῖς ἄλλοις ὀρνέοις ἐδίδου παράδειγμα, ἕκαστον ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἴδιον. καὶ γέγονεν αὖθις ὁ κολοιὸς κολοιός. ὁ μῦθος ὦ Χρύσιππε, τὴν ἀλήθειαν καθάπερ ὕπαρ φθέγγεται πολλῷ σωφροσυνίῳ ἡμῖν διηγούμενος. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἄνθρωποι χρὴν τῶν τῇδε κεκτήμεθα ἴδιον. ἀλλὰ ζῶντες μὲν [πρὸς] ὀλίγον, ἀπιπλάστῳ σεμνυνώμεθα κόσμῳ· τεθνηκότες δὲ ἀφῃρήμεθα ἅπερ οὐκ ἔστιν ἡμέτερα· ὑστερόφα τοίνυν

[καὶ]

[Ϲ] χρημάτων καὶ σώματος. ἀθανάτου δὲ πράγματος ἀπιμελοῦς τῆς ψυχῆς. τὸ μὲν γὰρ, ἀϊδιον Ϲ ἀθάνατον· τὸ δὲ, θνητὸν καὶ πρὸς ὀλίγον ἐστιν ἡμέτερα. Convenerunt olim ad Iovem aves, legatione missâ ad olympium regem. Illud namque ægrè ferebant aves, quod essent sine Imperio, quodque summo aliquo & bono principatu carerent: ac ideò sordes & illuviem multam sibi cõtraxerant. Annuit igitur juppiter; & in opus ex consilio res est producta, donumque datum supplicibus admirandum. Regia enim dignitas erat, quæ dabatur. qua propter ad fontes & lacus abire jussit aves, ablotum suas sordes & aquæ commisit inquisitionem regis. Erat autem à Iove propositus formæ decor & elegantia, ut quæ præstaret eâ, rex diceretur. Lautæ itaque aves omnes ad Iovem recurrunt protinus, ostenditque una quæque suam pulchritudinem. Graculus verò metuens informitati suæ, propriæ naturæ opificium interpolavit, alieno mundo se adornans. Sed arguit informitatem, noctua, fictitiumque mundum prodidit. Cognitis enim inibi suis aliquot pennis, eas ut proprias abstulit, & aliis avibus exemplo fuit, ut singulæ, quod suum esset, auferrent. sic graculus rursum factus est graculus. Fabula hæc, ô Chrysippe, veritatem quasi insonat, non exiguam temperantiam nobis interpretata. Sic enim homines qui sumus, nihil horum quæ hic sunt possidemus proprium. Sed vivi quidem ad breve tempus fictitio ornamur cultu: exuimur verò mortui, iis quæ non sunt nostra. Despicias ea propter bonorum corporisque curam, rei verò immortali sis intentus, nimirum animæ. hæc et-

enim

Graculi deformitatem deteget vel noctua.) *Bellè adplicat Simocatta Epistolâ* XXXIV: Ἀφίκοντο ποτὲ πρὸς τὸν Διά τε ὄρνεα, ἔ[τὸν] ὀλύμπιον ἐπρεσβεύοντο ἡγεμόνα. ἦν γὰρ ἀναρχία τοῖς ὄρνιθας τὸ λυποῦν. ἔ μειζόν τι ὸς ἀγαθοῦ ἡγεμονίας ἐχήρευον· καὶ πολλῷ διὰ τοῦτο τὴν ἀκοσμίαν ἐκέκτηντο· ἐπένευσε τούτῳ ὁ Ζεύς, καὶ γέγονεν ἔργον τὸ βούλημα· καὶ δωρεῖται δῶρον τοῖς ἱκετεύουσι θαυμαστόν. βασιλέως γὰρ τοῦ ἀξίωμα τὸ διδόμενον. πρεσβεύεται δὴ τοῖς ὄρνεσιν ἐπὶ λίμνας καὶ πηγὰς ἀφικέσθαι. καὶ τὸν ἑαυτῶν ἀποσμήξασθαι ῥύπον. καὶ τοῖς ὕδασι τηνικάδε βάσανον τῆς ἡγεμονίας ἐπίνεσεν. ἦν γὰρ ὑπερέπεια πρὸς τῷ Διΐ τὸ τιμώμενον. ἐλέσθαι δὴ τὰ οἱ ὄρνιθες. εἶτα πρὸς τὸν Δία παλινδρομοῦσιν αὖθις· καὶ τηνικάδε ἕκαστος ὑπερέπειαν ἐνεδείκνυτο ὁ μὲν κολοιὸς τηνικάδε οἰκείαν δεδιὼς ἀμορφίαν, τηνικάδε τῆς φύσεως δημιουργίαν ἐνόθευσεν, ἀλλοτρίῳ κόσμῳ τηνικάδε ἑαυτὸν καλλωπίζων ἀπρέπειαν. ἀλλ' ἤλεγξε τηνικάδε ἀμορφίαν ἡ γλαῦξ, καὶ τὸν ἁπλάστου κόσμον ἐδείκνυε; τὸ γὰρ οἰκεῖον ἀπιγνῶσα πτερὸν, ὡς ἴδιον ἀφείλετο· καὶ τοῖς ἄλλοις ὀρνέοις ἐδίδου παράδειγμα, ἕκαστον ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἴδιον. καὶ γέγονεν αὖθις ὁ κολοιὸς κολοιός. ὁ μῦθος ὦ Χρύσιππε, τὴν ἀλήθειαν καθάπερ ὕπαρ φθέγγεται πολλῷ σωφροσυνίῳ ἡμῖν διηγούμενος. ἔστω γὰρ καὶ οἱ ἄνθρωποι ἔδειν τῶν τῇδε κεκτήμεθα ἴδιον. ἀλλὰ ζῶντες μὲν [πρὸς] ὀλίγον, ἁπλάστῳ σεμνυνόμεθα κόσμῳ· τεθνηκότες δὲ ἀφηρήμεθα ἅπερ οὐκ ἔστιν ἡμέτερα· ὑστερόφρα τοίνυν

[καὶ]

[Ɛ] χρημάτων καὶ σώματος. ἀθανάτου δὲ πράγματος ἀπιμελοῦς τῆς ψυχῆς. τὸ μὲν γὰρ, ἄϊδιον καὶ ἀθάνατον· τὸ δὲ, θνητὸν καὶ πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ἡμέτερα. Convenerunt olim ad Iovem aves, legatione missâ ad olympium regem. Illud namque ægrè ferebant aves, quod essent sine Imperio, quodque summo aliquo & bono principatu carerent: ac ideò sordes & illuviem multam sibi cõtraxerant. Annuit igitur juppiter; & in opus ex consilio res est producta, donumque datum supplicibus admirandum. Regia enim dignitas erat, quæ dabatur. qua propter ad fontes & lacus abire jussit aves, ablotum suas sordes & aquæ commisit inquisitionem regis. Erat autem à Iove propositus formæ decor & elegantia, ut quæ præstaret eâ, rex diceretur. Lautæ itaque aves omnes ad Iovem recurrunt protinus, ostenditque una quæque suam pulchritudinem. Graculus verò metuens informitati suæ, propriæ naturæ opificium interpolavit, alieno mundo se adornans. Sed arguit informitatem, noctua, fictitiumque mundum prodidit. Cognitis enim inibi suis aliquot pennis, eas ut proprias abstulit, & aliis avibus exemplo fuit, ut singulæ, quod suum esset, auferrent. sic graculus rursum factus est graculus. Fabula hæc, ô Chrysippe, veritatem quasi insonat, non exiguam temperantiam nobis interpretata. Sic enim homines qui sumus, nihil horum quæ hic sunt possidemus proprium. Sed vivi quidem ad breve tempus fictitio ornamur cultu: exuimur verò mortui, iis quæ non sunt nostra. Despicias ea propter bonorum corporisque curam, rei verò immortali sis intentus, nimirum animæ. hæc et-

enim

etenim ſempiterna & immortalis: illa verò mortalia & ad breve tempus noſtra ſunt.

Græci omnes ſciunt honeſta: ſoli Spartani colunt.) *Plutarchus Apophthegmate Laconico* IX: Πρεσβύτης ἐν Ὀλυμπίᾳ σωπηλαμένῳ τ̃ ἀγῶνα θεωρεῖν βουλομένῳ ἰδέσθαι, καθέδρας ἠπόρει. πολλὰς δὲ διαπορευόμενος τόπους, ὑβρίζετο καὶ ἐσκώπτετο, μηδενὸς αὐτὸν ὑποδεχομένου. ὡς δὲ πρ̃ τοὺς Λακεδαιμονίους ἦλθεν, ἀνέστησαν πάντες οἱ παῖδες καὶ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν, τ̃ τόπου ἐκχωροῦντες. τῶν δὲ Πανελληνίων διαπιμπλαμένων κρότῳ τ̃ ἦθ. καὶ διαστενάζοντων, ὁ πρεσβύτης κινήσας πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, καὶ δακρύσας: Οἴμοι τῶν κακῶν, [φησιν] ὡς ἅπαντες μὲν οἱ Ἕλληνες ἴσασι τὰ καλὰ, χρῶνται δ' αὐτοῖς μόνοι Λακεδαιμόνιοι. Senex quidam Olympiæ commiſſum certamen ſpectare cupiens, ſedem non inveniebat, cumque multa obiret loca, à nemine admiſſus contumeliis inſuper dicteriiſque exagitabatur: cùm autem ad Lacedæmonios veniſſet, omnes ei pueri aſſurrexerunt, multique viri loco ceſſerunt. quem morem univerſis Græcis plauſu approbantibus, ſummiſque laudibus vehentibus, ſenex iſte concutiens canam barbamque, & tempora cana: proh, inquit, calamitatem: norunt omnes Græci quid ſit honeſtum, ſed eo ſoli utuntur Spartani.

Grandis cautio eſt animum cognoviſſe adverſatrij.]

rij.] *Ennodius in vita B. Epiphanij.* Huic nos pacem dabimus? hunc inteſtinum ſub indumento amicitiarum inimicum ſuſtinebimus, quem ad fœdus concordię nec affinitatis vincula tenuerunt? Grandis cautio eſt, adverſarii animum cognoviſſe. etenim hoſtem protinus ſenſiſſe, ſuperaſſe eſt. perdunt ſemper deprehenſa odia ſtimulos, quos occultata conceperant.

Gratiam duplam meretur non rogatus qui dedit.) *Apuleius libro* III. *Floridorum*: Laborem qui laborioſe exoraverit, ſibi debet unam gratiam quod impetrarit. qui verò ſine moleſtiâ ambitus adeptus eſt, duplam gratiam præbentibus debet, & quod non petierit, & quod acceperit.

Gratiam primo ac ſecundo fac delicto, haud tertio.] *Poteſt dici & dicti, ut primum alterumque militis delictum venia proſequatur: poteſt & principi, ne ſtatim ſæviat in eos qui erga ipſum peccarunt: Poteſt & aliis omnibus. de qua re non vulgaria coacervavimus ad Taciti librum* XIII. *Annalium cap.* 35. *f.*

Gratiam tyranno habere neceſſe eſt ob fas ac nefas.) *Inde legimus apud Tacitum libro* XV. *Annalium cap.* LXXI. Sed compleri interim vrbs funeribus, Capitolium victimis: alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grateis Deis, ornare lauru domum, genua ipſius Neronis advolvi, & dextram oſculis fatigare. Atque ille gaudium id credens &c. Gratiâ tuâ provectus, ſi poteſt, reddet vicem.) *Idem Cornelius libro* XII. *Annaliũ cap.* VIII. Quia Seneca fidus in Agrippinam memo-

memoriâ beneficij, & infensus Claudio do'ore injuriæ credebatur.

Gratioſi cuivis ordini omnes argentarij.] *Verba Tullij libro* III. *de officiis cap.* 14. *p.*

Gymnaſium ac palæſtra totam effeminavit Græciam.) *Plutarchus Quæſtione Romanâ* XL: Τὸ δὲ ξηραλοιφεῖν ὑφεωρῶντο Ῥωμαῖοι σφόδρα, καὶ τοῖς Ἕλλησιν οἰόμενοι μηδὲν οὕτως αἴτιον δυλείας γεγονέναι καὶ μαλακίας, ὡς τὰ γυμνάσια καὶ τὰς παλαίστρας, Iſta ſicci corporis inunctio valdè malè apud Romanos audit: & exiſtimant non ullâ aliam rem magis in causâ fuiſſe quòd Græci ita emollirentur, & in ſervitutem redigerentur, atque fuere gymnaſia & palæſtræ.

H.

HÆc futura quis putaſſet? vox eſt imprudentium.) *Demoſthenes Philippica* III: Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν, ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν, συμβαίνοντος· τίς γὰρ ἂν ᾠήθη ταῦτα ψεύδειν; νὴ τὸν Δία, ἔδει γὰρ τὸ, καὶ τὸ, ποιῆσαι· καὶ τὸ, καὶ τὸ μὴ ποῆσαι· πολλὰ αὖ εἰπεῖν ἔχοιεν ὀλιγώρησοι νεῶ, ἃ τότε εἰ προείδοντο, οὐκ αὖ ἀπώλοντο. πόλλ' αὖ ὠρεῖται· πολλὰ φωκεῖς· πολλὰ τῶν ἀπολωλότων ἕκαστοι. ἀλλὰ τί ἰδίων ὄφελος αὐτοῖς; ἕως αὖ ζώζηται τὸ σκάφος, αὖτ τι μεῖζον, αὖτ ἔλαττον ᾖ, τότε χρὴ ἐναύτιλλον, καὶ κυβερνήτην, καὶ πάντ' ἄνδρα ἐφεξῆς προθύμον εἶναι· καὶ ὅπως μήρ' ἐκὼν, μήτ' ἄκων μηδεὶς ἀναιτρέψῃ τοῦτο, σκοπεῖν, ἐπειδὰν δὲ ἡ θάλαττα ὑπερέρχῃ·

ὕστερος· μάτην δὲ ἡ ὀργή. Atqui turpe illud est, si quid post acciderit, dicere: Quis verò putasset hæc futura? Hercule verò: illud enim atque illud faciendum fuerat, & hoc & hoc non faciendũ. Multa nunc dicere possint Olynthii, quæ tum si prævidissent, non periissent: multa Oritæ, multa Phocenses, multa quicumque perierunt. Sed quidnam hæc eis prosunt? Dum navis est incolumis, sive ea major sive minor sit; tum decet & nautam, & gubernatorem, & omnem virum esse strenuum: utque nec de industriâ, nec imprudens, quisquam eam evertat, providere. Nam ubi mare superat, inane est studium.

Haud Alexandri est furtivam consequi victoriã.) *Curtius de eodem libro* IV. *cap.* LXXX: Latrunculorum, inquit, & furum ista solertia est, quàm præitis mihi. quippe illorum votum unicum est fallere. Meę verò gloriæ semper aut absentiam Darii, aut angustias locorum, aut furtum noctis obstare non patiar: palam luce aggredi certum est.

Haud animadvertendum pro potestate ulli intrà domum.) *Tacitus libro* XIII. *Annal. cap. 28.* Addidit L. Piso designatus consul, ne quid intra domum pro potestate animadverterent, &c.

Haud es animi rex excelsi nisi pecuniam despicis.) *Basilius Imperator Filio suo cap.* XXIV: Τὸ ψηλὸν μὲν καὶ ἀδούλωτον τὸ τοῦ βασιλέως δηνιὸν φρόνημα, καὶ ποσὸν ὄγκος τοῦ ἀξιώματος, ὅσον ἡ τῶν χρημάτων ὑπεροψία. ἐν τούτῳ γὰρ μᾶλλον τὸ ὕψηλες αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καταφαίνεται. ὑπεροψία γὰρ χρήματος, καὶ τὸ μάτην τοῖς βαλαντίοις ἐναποτήσεσθαι, ἀλλὰ τὸ δαψιλῶς ἐν τοῖς ἀναγκαίαις χρείαις αὐτὰ χορηγεῖν.

ἀγγκᾶα δὲ βασιλεῖ καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων φίλους δ' ποιεῖν, καὶ ἐχθροὺς ἀμυνέσθαι, ὧν ἀμφοτέρων τὸ καταφρονῶ ἡ χρημάτων δαπανή. Excelsum atq; invictum Principis animum, non adeò magnitudo dignitatis, ostendit, ac pecuniæ contemptus: in eo enim generositas animæ ejus elucescit maximè: pecuniæ autem contemptus non in eo cernitur, cùm in saccos inutiliter congeritur, & seponitur: sed cùm largè & copiosè in usus necessarios expenditur. Necessarius autem usus nummi, Regi præsertim, plusquam aliis in promerendis amicis, vindicandisque inimicis versatur: quorum utrùmque rectè facere, is demum verus est pecuniæ sumptus.

Haud cruentius bellum ullum est, quàm libertas quod gerit.) *Florus libro* III. *cap.* X: Sequens longeque cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pugnantium. *Iustinus libro* XXX. *cap.* 5. Tantoque fortius hoc bellum quàm illa sustinendum, quanto sit libertas imperio carior.

Haud decet verba egredi ulla portulam convivii.) *De conviviis Laconicis, quibus admittebantur & adolescentiores, Plutarchus in Lycurgo capit.* XX. Τῶν δ' εἰσιόντων ἑκάστῳ δείξας ὁ πρεσβύτατος τὰς θύρας, Διὰ τούτων [φησιν] ἔξω λόγος οὐκ πορεύεται. δοκιμάζεσθαι δὲ τὸν βουλόμενον τοῦ συσσίτου μεταλαχεῖν, ἕτω φασί. Vt quisque intrabat natu maximus commonstratis foribus, His (inquit) verba non egrediuntur. qui admitti desiderabant ad convivium, hoc modo probari aiunt solitos.

Haud debet placere in seipso, in altero quod displicet.) *Voces D. Ambrosii libro* I. *Officiorum c.* 18. *m.*

Haud

Haud Deos adeunt fidenter, mens quibus liquida est minus.] *Iulianus Iudæorum Reipublicæ*: Πέφυκε γὰρ τὰς ἐν ἴνι μεμίμνῃ ἐξεταζομένας θεὶδεῖσθαι τὴν Δίκνοιαν, καὶ μὴ τοσῦτον εἰς τὴν εὐχὴν τὰς χεῖρας ἀνατείνειν τόλμαν· τοὺς δὲ παντάχοθεν ἔχοντας τὸ ἀμέριμνον, ὁλοκλήρῳ ψυχῇ χαίροντας, ὥσπερ ἐν βασιλέως ἱκετηρίας λατρείας ποιεῖσθαι τῷ μείζονι τῷ δυναμένῳ. καταυθῆναι τὴν βασιλείαν ἐπὶ τὰ κάλλιστα, καθάπερ σφαιρέμενα: Solent qui solicitudine aliquâ premuntur, mente constringi, neque tam confidenter manus ad Deum orandum tollere: at qui curâ penitus vacui sunt, tota mente gaudent, & pro regno supplices manus ad Deum maximũ porrigunt, in quo situ est, ut regnũ nostrum in optimo statu versetur, sicut optamus.

Haud digressus ad longinqua est, mente quem fas tangere.) *Ennodius libro* 1. *Epistola* 18. Mœroris ipse sibi causa est, qui non semper in vicinis æstimat habitare quod diligit. Quisquamne digressum ad longinqua lenseat, quem mente contingit? Nam si spiritus res est divinitatis in homine, prolixarum sentire non potest damna terrarum.

Haud fidas Duci qui nunquam in bello rem gessit malè.] *Maximus Tyrius Dissertatione* XXXV: Κἂν ἐπὶ τὰς λιμένας ἔλθῃς, κυβερνήτην λήψῃ, οὐ τὸν ἄπειρον χειμῶνος, οὐδὲ ὅστις ἀθλίας ναυδόνος, ἀλλ' ἐκ πολλῶν σφαλμάτων ἀθροίσαντα τὴν τέχνην, ἐκ πείρας κακῶν. ἐγὼ καὶ στρατηγῷ ἁμαρτῶν πάντα δυτυχήσαιμι, οἷος ἂν εἰς ἀθλιωτάτοις στρατηγὸς Νικίας, σωθεὶς ἐκ σικελίας· ἢ οἷος ἂν εἰς

σωφρονέστερον δημαγωγὸς Κλέων, ἐπαγγέλθων ἐξ ἀμφιπόλεως, ὅταν ἴδῃ πάντα δυτυχοῦντα ἐκυβερνήτων ἐς στρατηγὸν, καὶ ἰδιωτῶν καὶ ἄρχοντα, ἐς ἄνδρα ἐς πόλιν, ἀπιστῶ τῇ δυτυχίας, ὡς Σόλων Κροίσῳ, ὡς Ἄμασις Πολυκράτει. Κροῖσον μὲν γὰρ εἶχεν ἔυιππον γῶν. Πολυκράτης δ' ἔυνεων θάλατταν. ἀλλ' ὐδὲν τούτων βέβαιον, ὐκ ἡ γῆ Κροίσῳ, ὐκ ἡ θάλαττα Πολυκράτει, ἀλλ' ἐλάμβανεν Ὀρόντης μὲν Πολυκράτην, Κροῖσον δὲ Κῦρος. Ad portum si navigaturus aliquo iveris, gubernatorē tibi credo eliges, non qui tempestatem nullam nullos unquam vidit fluctus, sed qui multis ex periculis longaq; malorum experientiâ paulatim sibi compararit artem. Ego imperatori diffido qui nunquam male rem gessit: sed ducem potius quæro qualis Athenienſibus fuisset Nicias, si è Sicilia redire potuisset, aut qualis Cleon qui modestius in populari se gessisset imperio si Amphipoli rediisset. Quem contra quocumque in vitæ genere, seu gubernator fuerit seu imperator, sive privatè vivat, sive præsit aliis, sive unus sit, sive urbs tota, nimis felicem videro, benignitati fortunæ diffidam, ut Crœso Solon, ut Polycrati Amasis. Terram equis abundantem Crœsus, navibus instructum mare possidebat Polycrates. Quorum nihil diuturnum fuit, non terra Crœso, non Polycrati mare. Polycratem enim Orontes, Crœsum cepit Cyrus. Ita felicitatē longam malorum excepit series.

Haud iniqua semper est jurisque visque copula.)

De Solone in vitâ eius Plutarchus cap. xx: Ἀ δὲ καὶ λέγων ἤλπιζε πεῖσομένοις, καὶ πεισθεὶς ἀπάγχου

ὕπνου.

ἐσομένους χρύσασθαι, ταῦτ' ἔπραττεν [ὥς φησιν αὐτὸς] ὁμοῦ βίᾳ τε καὶ δίκῃ συναρμόσας. ὅθεν ὕστερον ἐρωτηθεὶς εἰ τοὺς ἀρίστους Ἀθηναίοις νόμους ἔγραψεν, Ὧν αὖ [ἔφη] προσεδέξαντο τοὺς ἀρίστους. At quæ ſuadendo ſperabat ſe apud obſecundantes & vim adhibendo obtenturum apud tolerantes, ea (ut ipſe refert) egit, unà vim & juſtitiam copulans. Quare rogatus poſt, ecquid optimas leges populo Athenienſi ſcripſiſſet, Optimas, inquit, quas accepturi illi erant.

Haud locus illi in nuptiis cui animus non eſt ad nuptias.) *D. Cyprianus Tractatu de habitu virginum:* Quaſdam non pudet nubentibus intereſſe, & inter illam laſcivientium libertatem ſermonum colloquia inceſta miſcere, audire quod non decet, quod non licet dicere, obſervare, & eſſe præſentes inter verba turpia & temulenta conviva, quibus libidinum fomes accenditur, ſponſa ad patientiam ſtupri, ad audaciam ſponſus animatur. Quis illi in nuptiis locus eſt, cui animus ad nuptias non eſt? Aut voluntariè illic lætæ eſſe quæ poſſunt, ubi & ſtudia & vota diverſa ſunt? Quid illic diſcitur? quid videtur? Quantum à propoſito ſuo virgo deficit, quando pudica quæ venerat, impudicior diſcedit? Corpore licet virgo ac mente permaneat, oculis, auribus lingua minuit illa quę habebat.

Haud neceſſitas eſt peccare; contumelię eſt.) *D. Chryſoſtomus Homiliâ in Epheſios:* Ἴσασι καὶ οἱ νόμοι τοῖς ἐξ ἀνάγκης συγχωρεῖν ἁμαρτήμασι. μᾶλλον δὲ οὐδέν ἐστιν ἁμάρτημα ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, ἀλλὰ παίπαι ἀπὸ ὕβρεως. ὃ δὴ ὅτως ὁ θεὸς

τὴν φύσιν ἐδημιούργησεν, ὡς ἀνάγκην ἔχειν ἁμαρτάνειν. ἐπεὶ, εἰ γὰρ ἦν. τῷ δὲ κατ' ἀνάγκην καὶ βίαν γιγνόμενα οὐδὲ ἡμεῖς ἀπαιτοῦμεν λόγον, μή τι γε ὁ θεὸς ὅτω φιλάνθρωπος, καὶ ἀγαθός. Sciunt etiam leges ignoscere peccatis quæ fiunt ex neceſſitate. Imò verò nullum eſt quod fit ex neceſſitate, ſed omnia à contumeliâ. Non enim Deus ſic fabricatus eſt naturam, ut neceſſe habeat peccare. Alioqui ſi ita eſſet, non eſſet pœna. De iis enim quæ vi fiunt & neceſſitate, ne nos quidem exigemus rationem, nedum Deus qui eſt adeò Clemens, benignus & bonus.

Haud provincia ulli danda, rectè facere qui nequit.] *Val. maximus libro* VI. *cap.* 3. Atque hic quidem ſenatus animadverſionem meruerat. Cn. autem Cornelius Scipio Hiſpalli filius, prius quam mereri poſſet, expertus eſt: Nam cum ei Hiſpania provincia ſorte obveniſſet, ne illuc iret, decrevit, adjecta cauſa, quòd rectè facere neſciret.

Haud requiras, omnes ſi eſſent iuſti, fortitudinem.) *Rationem invenies in Plutarchi Ageſilaô cap.* XXXVIII.

Haud rogare poſſe, rogandi vel genus potiſſimum eſt.) *Arellius Fuſcus pater libro* X. *controverſia* 4. Præcidatur, inquit, lingua, genus eſt rogandi, rogare non poſſe.

Haud ſat rectè arcana credas non animatis literis.) *Vide huius verſus explicationem apud Plutarchum in vitâ Numæ cap.* XXXIX. *m.*

Haud

Haud ſuaves, temperatæ ni fuerint argutię.) *Sumptum è Phædri Fabulâ* LXXXVI.

Haud vacat periculo tyrannidis clementia.) *Ita putat Phalaris Epiſtola* XXIII. *ad Pythagoram nec caret ratione. Vt enim placet Senecæ libro* I. *de Clementiâ cap.* 13. Hoc inter cetera vel peſſimum habet crudelitas: perſeverandum eſt; nec ad meliora patet regreſſus: ſcelera ſceleribus tuenda ſunt. *Verùm humanitatem quoque utiliter à talibus uſurpare, imò tuto ipſos relinquere violentum illud imperium, oſtendimus non nno exemplo ad Livii librum* XXXIV. *capit.* XXXVII. *p.*

Haud unquam ſatis fida eſt, ubi iam nimia eſt potentia.) *Sunt verba Taciti è libro* II. *Hiſtor. cap.* XCII.

Hæc tu etſi perverſe dices, facilè Achivos flexeris.) *Verſus Enniy, laudatus à Gellio libro* XI. *cap.* 4. *Locum habebit, cum adfirmare voluerimus virum gravem ac dicendi peritum, quidvis perſuadere, etiam reipublicæ damnoſum: quia videlicet perſuadet & vitâ, & oratione.*

Heu quàm facile eſt voce ab unâ ferre perpetuum malum!) *Proximum illi Propertiano:* Deque brevi verbo ferre perenne malum.

Heu miſerrimum, cui omne quod libet ſimul licet!) *Vnde talibus D. Chryſoſtomus Homiliâ* VII. *ad Coloſſenſes.* Ὥστε διὰ τοῦτο ἐξουσίαν μὴ μακαρίζωμεν τύπους, ἀλλ' ἐλεῶμεν. οὐδὲ γὰρ ὑδιεφθὸν ἰδιῶν καταχεύμενον, καὶ μηδένα κωλύοντα ἐμφορεῖσθαι πομάτων ὅσων περ ἤθελε, καὶ κρεῶν τῶν βλαπτόντων.

ἐμανάρεσσα αὖ αὐτὸν διὰ τὴν ἐξουσίαν. ὃ γὰρ παντα-χῆ ἡ ἐξουσία καλὸν, ὥσπερ οὖν ὅλῃ αἱ τιμαί. καὶ γὰρ αὐταὶ φρονήματα πολλὰ. εἰ δὲ τὸ σῶμα σὸν αὖ εἶλε μετὰ πολύτε πᾶσαν δέξασθαι τὴν νόσον, πῶς τὴν ψυχὴν πενίας, οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν κήλασιν δεχομένην; καὶ γὰρ πυρετοῖς πάντοθεν φλέγεται, καὶ φλεγμοναῖς. καὶ τὸν πυρετὸν ἐκεῖνον ὅλῃς σβέσαι δυνατά: ὃ γὰρ ἀφίησιν ὁ πλοῦτος, ἅπερ ἐστὶν ἐλατώματα, ταῦτα πείσας εἶναι πλεονεκτήματα. οἷον τὸ μηδενὸς ἀνέχεσθαι, καὶ ἐξουσίαν πάντα ποιεῖν. Quamobrem propter nimiam poteſtatem & licentiam ne eos beatos pronunciemus, ſed eorum miſereamur. Neque enim ſi aquâ intercute laborantem jacentem viderim quempiam, & neminem vetantem quominus potu impleatur quantum velit, & noxiis carnibus, eum beatum dixerim propter eam poteſtatem & licentiam. Poteſtas enim & licentia non eſt ſemper bona, ſicut certè nec honores. Nam eæ quoque ingentes faciunt ſpiritus, ſuperbiaque implent & arrogantiâ. Si autem nolles corpus morbum ſuſcipere cum divitiis, quomodo deſpicis animam, non hoc ſolùm, ſed aliam quoque ſuſcipientem punitionem? Vndique enim æſtuat febribus & inflammationibus. Febrem illam nemo poteſt extinguere: non ſinunt enim divitiæ, utpote quæ detrimenta perſuaſerint eſſe commoda: utpote neminem ſuſtinere, & per ſummam licentiam omnia agere.

Heu

Heu quãtâ domus ruinâ redemitur vulgi ſavor!) *Pluribus id ipſum demonſtrat D. Cyprianus libro* II. *Epiſtola 2. ad Donatum, quæ adeatur.*

Heu quantum mali pætrare trãsfugæ fícti queũt!) *Et exercitus, & regna integra funditus perdunt ut exẽplis pulcerrimè oſtendi ad Taciti librum* XII. *Annalium cap. 45. pr.*

Heu quo non ſeſe effuſura victrix legum audacia eſt!) *Val. maximus libro* IX. *cap.* I. *de mulieribus legis Oppiæ oppugnatricibus:* Vrbs autem noſtra ſecundi belli Punici finis, & Philippus rex Macedoniæ devictus, licentioris vitæ fiduciam dedit. Quo tempore matronæ Brutorum domum auſæ ſunt obſidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere parati erant, quam feminæ tolli cupiebant: quia his nec veſte varij coloris uti, nec auri plus ſemuncia habere, nec iuncto vehiculo proprius vrbem mille paſſus, niſi ſacrificij gratiâ vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt ut jus per continuos viginti annos ſervatum aboleretur. Non enim providerunt ſeculi illius viri, ad quem cultum tenderet inſoliti cætus pertinax ſtudium; aut quo ſe uſque effuſura eſſet legum victrix audacia. Quod ſi animi muliebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidie aliquid novitatis ſumptuoſius adiectum eſt; in ipſo introitu ruenti luxuriæ obſtitiſſent.

Heu, voluptatum purarum ignari quàm ſunt Principes!) *De Artoxerxe habemus apud Plutarch. in Apophthegmatis Regum capite* IX. *f:* Εὐ δὲ φυγῇ ἐνι τῆς ἀποσκιδνῆς αὐτῦ Δαρπαγείσης, ξηρὰ σῦκα καταφαγὼν ἐκέλευσεν ἄρτον, οἵας [εἶπεν] ἡδονὰς

ἄπειρος ἦμεν. Cum impedimenta eius quadam in fugâ essent direpta, ficus comedens aridas & hordeaceum panem, Quantæ, ait, voluptatis imperitus fui.

Hominem noveris dum vivit: quiescas ubi est mortuus.) *Scortilli dictum apud Plautum in Truculento act.* I. *sc.* 2.

Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives.) *Producitur hic versus à Cicerone lib.* I. *Tuscul. quæst. cap.* 28.

Hospitum sub formâ sæpe lustrant urbes Numina.] *Consulatur Plutarchus in vita Homeri cap.* LXI. *cui non inficetè accedat extremum Epithalamij quo Pelei ac Thetidis nuptias prosecutus est Catullus noster.*

Hostes aggredi in tenebris, signem ignavi militis.) *Manuel Imp. cap.* LXXXIX: Σημεῖον στρατιᾶς κακῆς, ἐς φεύγειν οὔσης ἑτοίμως, τὸ μεθημέραν ἑαυτὸς ἀφανίζοντας, κύκτωρ ἐπιφύεσθαι τοῖς ἐχθροῖς. μήτε γοῦν αὐτὸς νυκτὸς ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ὁρμήσῃς, ἰδὲ μὴ κατεπείγῃ χρόνος, καὶ τὸ νικῆσαι σαφόδηλον ᾖ, ἢ καὶ ἕτερον εἰπεῖν, ἰδὲ μὴ δ' ἐν ἐλπίσι κέηται τὸ κρατῆσαι φανερῶς, ἢ τὸ ἐπιπεσάμενον τ' μάχης ἀπειλῇ σοι θάνατον. μήτε μέν τῶν ἐναντίων νυκτὸς ἐφαλομένων σκοπιήθεν. σκότῳ γὰρ, καὶ ψόφῳ, καὶ φωναῖς ἐλπίζοντες τρέψειν, οὐ γυναικότητι ψυχῆς, οὐδὲ καρτερίᾳ ἐπεισάντων αὐτοῖς ὑπὲρ ἐλπίδας χωρήσῃ τὸ ἐγχείρημα, μηδενὸς διώκοντος μάλα φεύγουσι. Omnino signum est exercitus ignavi, & ad fugiendum parati; si seipsos interdiu occcultantes, noctu hostes

hoſtes adoriantur. Nec igitur ipſe noctu in hoſtes procurreris, niſi tempus urgeat, & victoriâ te potiturum evidenter adpareat; vel, ut aliter loquar, ſi nec ſperanda ſit aperto Marte victoria, & pugnæ vehemens impetus mortem tibi minetur: nec adverſariis noctu te invadentibus, animo perturberis. Nam quia tenebris, & ſtrepitu, & clamoribus; non animi ſtrenuitate, nec laborum tolerantia, ſe tuos in fugam acturos ſperant: quum primùm pro ſpe concepta conatus iſte non ſucceſſerit, admodum perſequente nemine fugiunt.

Humanæ infelicitati patrona eſt Neceſſitas.) *Votienus Montanus libro* IX. *Controverſia* 4. Neceſſitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium eſt. hæc excuſat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres, ſed occiderint: hæc excuſat Romanos quos ad ſervilem dilectum Cannenſis ruina compulit; quæ quidquid coegit, defendit.

Humilitate non elatione contingas Deum.] *Eſt ab D. Auguſtino, ex Homilia ſcilicet* L.

Huminè an ſublime quis putreſcat, ecquid interest?) *Quæſtio Theodori Cyrenæi, quam oppoſuit minis Lyſimachi regis, ut meminit Tullius lib.* I. *&* V. *Tuſculan. Quæſt. Seneca libro de Tranquill. animi, Valerius Maximus libri* V. *capite* 2. *f.*

Hymnis digna, non lamentis, planctibuſve mors boni.) *Videatur inter alios Plutarchus Conſolatione ad Apollonium cap.* XXXIX.

Iacula-

I.

IAculator ſeſe etiam exerceat quamvis abſit æmulus.) *Dictum Iuliani Imperatoris ſupra laudatum ex Epiſtola ad Iamblichum.*

Id docere quod novit quem doceas, eſt ſtultiſſimum.) *Effatum D. Hieronymi, Epiſtolâ de virginitate ad Euſtochium.*

Id ſolum poteſt tacere quod non novit femina.) *Porcius Latro libro* v. *controverſiâ* 5. Non enim tibi indicavi, nec tam magnum conſilium, virilibus quoque animis grave, communiſi muliebri garrulitati; quæ id ſolum poteſt tacere quod neſcit.

Ignorari non poteſt acceſſerit quod maximis.) *Ennodius libro* I. *Epiſtola* 13. Deo debeo, quòd proſpera tua, te ſilentium procurante, in Liguriâ primus agnovi. Perdidiſti fructum ſtudioſæ taciturnitatis: bonorum felicitas mundi lingua celebratur. Ignorari non poteſt quod ſummis acceſſerit. In honoribus, illa magis amplectenda ſunt, quæ redduntur.

Illecebra delinquendi magna eſt adfluentia.) *Verbum divi Gregorij in librum* II. *Iob. cap.* 5. *p.*

Illecebra ſi abſit, abſq; offensâ formæ gratia eſt.) *Dictum D. Ambroſij libro* III. *Epiſtolâ* 19. *m.*

Illicò morbi elangueſcunt, marceſſente corpore.) *Plutarchus cap.* XXXI. *p. vitæ Philopœmenis*: Ὡς γὰρ αἱ νόσοι τοῖς τῶ σωμάτων ῥώμαις σωματομαραίνεσθαι δοκοῦσιν, ὅτως ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσιν ἐκλιπούσης τῆς δυνάμεως, ἔληγε τὸ φιλόνεικον,

Vt

Vt morbi unà cum corporis viribus emarceſcunt, ita in civitatibus Græciæ fatiscente potentiâ elanguescebat contentio.

Illicò ſunt vitia nata, ut ipſa virtus gignitur.) *Chryſippus apud Gellium cap.* I. *libri* VI. *Noct. Att.* Sicut inquit, cum corpora hominum natura fingeret, ratio ſubtilior & utilitas ipſa operis poſtulavit ut tenuiſsimis minutiſque oſsiculis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei maioris alia quædam incommoditas extrinſecus conſecuta eſt; ut fieret caput tenuiter munitum, & ictibus offenſionibusque parvis fragile. proinde morbi quoque & ægritudines partæ ſunt, dum ſalus paritur. ſic Hercle, inquit, dum virtus hominibus per conſilium naturæ gignitur, vitia ibidem per affinitatem contrariam nata ſunt.

Imbecillior eſt natura quam ut temnat potentiam.) *Natum ex verbis Ciceronis capite* XVII. *de Amicitiâ.*

Imbecillus admodum pudoris eſt cuſtos timor.) *Citatur ex Cicerone à Nonio*: Imbecillus autem eſt pudoris magiſter timor, qui ſi quando paullulum aberraverit, ſtatim ſpe impunitatis exſultat.

Imperare dignitas non eſt modo, ars ſed artium.) *D. Chryſoſtomus Homiliâ* XV. *ad* II. *Corint*: Καὶ γὰρ τέχνη τὸ ἄρχειν ἐστὶν, οὐκ ἀξίωμα μόνον: καὶ τέχνη τεχνῶν ἁπασῶν αὐγωτέρα. Neque enim imperium tenere, dignitas tantùm eſt: ſed ars etiam, & quidem artium omnium præſtantiſſima & ſublimiſſima.

Impe-

αὖ εἴη καὶ τῶν ἐπὶ τῇ σιλφῆς ἐσοικημένων αὐτῇ πολλῷ ἀλλοιότερος· τῇ δὲ ζωῆς, κεκτλιώτερος τῶν λέπρᾳ καὶ λαύδῃ κατεχομένων· οἷδε γὰρ θρηνούμενοί τε καὶ οὐκ ἐπιπεμώμενοι· ὁ δὲ δικαίως μισούμενός τε καὶ συκλπόμενος· Animo cave percellaris, ob res ſecundas improborum, nec improbè agentem æmuleris, quamvis Alexandros, quamvis Cyros, quamvis Cæſares, quamvis beatiſſimum quemque divitiis & gloria ſuperet. Nec ſi quis ſacrilegiis, rapinis, graſſationibus infamis, numiniſq; divini contemtor, & violator legum, Scythis imperauerit, ac totius orbis habitati, totius inhabitabilis fines in ditionem redegerit; ob imperii molem admirabilis tibi videatur. Non enim ille beatus eſt, non princeps, non rex, non reapſe homo; licet id omnis lapis, omne animal, omnis hominum natura, quodvis animatum & inanime dicat: ſed poteſtatem quod attinet, magis eſt iis quoque ridiculus qui principum perſonas in ſcena ſuſtinent: quòd vitam, miſerior infectis lepra. Nam horum ſanè ſors deplorari ſolet, non reprehendi: at illum odiis meritò perſequentes, explodimus.

Impingendus eſt calix mulſi, ut plorare deſinat.]

Citatur à Cicerone libri III. *Tuſculan. quæſt. capit. 19. pr*

Improbitatis virtutiſque quilibet Rex eſt ſuæ.)

Simocatta Epiſtolâ XL: Ἀδικεῖται μὲν οὐδείς. ἀδικοῦσι δὲ πάντες αὐτομάτως ἕκας τος ἑαυτὸν ἀδικῶν. βλάπτης γὰρ καὶ κακίας ἐσμὲν αὐτουργάτορες. Injuriam patitur verò nemo, ſed omnes afficiunt injuria, unusquisque eam ſibi ſponte inferens, ac vo-

ac voluntario. Virtutis enim & vitii ſumus Imperatores.

Improbitates bella multorum obtegunt mortalium.) *Plutarchus Niciæ ſui capite* XVII. *f:* Οἱ μάλιστα πρὸς πολεμοῦντες τὴν εἰρήνην τῆς Ἑλλάδος, Κλέων καὶ Βρασίδας ἦσαν, ὧν ὁ πόλεμος, τὸν μὲν ἀπέκρυπτε τὴν κακίαν, ὁ δὲ τὴν ἀρετὴν ἐκόσμει· τῷ μὲν γὰρ ἀδικημάτων μεγάλων, τῷ δὲ κατορθωμάτων ἀφορμὰς παρεῖχε. Cleon & Braſidas erant præcipui qui pacem Græciæ diſtinerent: quorum bellum huius ornabat virtutem, illius tegebat improbitatem. quippe huic inclytarum rerum anſas gerendarum, illi ingentium ſcelerum ſuggerebat.

Impudica qui loquuntur, impudica diligunt.) *D. Proſper libro* III. *de vita contemplat. cap. 6.* Sunt alij, quorum vitam lingua turpis inflammat, aut turpem conſcientiam manifeſtat: qui prius inverecundos ſermones aut proferunt libenter, aut audiunt, ac deinde paulatim morbo creſcente ab honeſtate deficiunt, atritoque pudore viles effecti, dum indecenter elegantes videri volunt, paſſim iam turpibus verbis impudenter inſaniunt. Hoc enim loquuntur quique, quod diligunt: & delectabiliter audiunt, quod aſſiduis cogitationibus volvunt. Cogitatio quippe eſt, quæ mentem, ſicut turpis inquinat, ita ſi fuerit honeſta, purificat. Aut ſi non ex cogitatione facies mentis exiſtit, ſed qualitas cogitationis ex mente, non ſordidæ cogitationes mentem ſordidam reddunt, ſed ex mente ſordida ſordidæ cogitationes exiſtunt.

Quod si ita est, pulchrorum corporum formæ per oculos irrepentes, animum non movent incorruptum: & quando corruptibiliter movent, non corrumpunt sanum, sed ostendunt propria voluntate corruptum. Turpia quoque verba per aures ingressa, quid prævalent, si non fuerint arbitrio mentis admissa? Quando autem prævalent, non ipsam corrumpunt mentem, sed iam corruptam sponte reperiunt. Auribus enim castis obscæni sermones cum sono desinunt, nec secretum pudici cordis irrumpunt. Quid palpamen tenerum, quod menti iam vitiosæ blanditur? Nunquid potest ad animum admitti per tactum, si animus incorruptum servet professionis suæ propositum? Ac sic, prius integritatem sui animus sponte vitiatus amittit, & sic delectationem tactus admittit.

Impudica adulterum à marito non distinxerit.) *De Sabinâ Poppæâ, Tacitus libro* XIII. *Annalium cap.* XLV. Famæ nunquam pepercit, maritos & adulteros non distinguens; neque affectui suo aut alieno obnoxia, &c.

Impunè potius lædaris, quàm dedaris alteri.) *Est à Phædri fabulâ* LXII. *f.*

Imputatur, quidquid peccant Medici, intemperantiæ.] *Plinius libro* XXIX. *cap.* I. Nulla præterea lex, quę puniat insciti am capitalem, nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt: Medicoque tantùm hominem occidisse impunitas summa est. Quinimo transit conuitium, & intemperantia culpatur: Vltroque qui periere, arguuntur.

In bonis

In bonis semper secundas ferre adulator cupit.) *Numquam primas: eas enim defert Regi suo; veluti egregiè prodidit Plutarchus libro de Amici & Adulatoris discrimine cap.* XVII.

In cibo modus potuque, ad pædagogos pertinet.) *Dictum arrogantis alicuius pecudis, qui pueros solummodo putabat adstrictos temperantiæ, non etiam viros.*

In discordiâ civili noxæ est solitarius.) *Ex lege nimirum Solonis, quam examinat plus uno loco Plutarchus, ut etiam Gellius noster libro* II. *Noctium Atticarum cap.* 12. In ducenda uxore mores discutiendi, non decor.) *Verba sunt D. Ambrosii.*

In gravi tribulatione locum consilia non habẽt.) *Ennodius libro* II. *Epistola* I. Replicabis forsitan, vix ista ægris animo posse suaderi, & in gravi tribulatione locum non habere consilia: orbatum non respicere quicquid hortatur ad vitam: unicum desolatos habere in evocanda morte subsidium.

In loco est tuto, ultra exire cuius non queunt mala.) *Formatum ex versibus Senecæ Thebaide* 98. & 99.

In magno imperio ægrè famam retineas clementiæ.) *Inde, ceu rarum quid M. Antonius in oratione Iulij Cæsaris funebri apud Cassium libro* XLIV: Καὶ οὔτ' ὀργή τις αὐτὸν ἠγε/ανεν, ἅπτε δὲ πεαγίας διέφθειρεν, ἢ τὸ κεράτ@ ἠλλοίωσεν, ἐχ ἡ ἐξουσία μετέβαλε. καίτοι χαλεπώτατον, ἐν τοῖς τοσούτοις καὶ τοιούτοις ἐ ωεφοέπι ἐ ἐπαλλήλοις πεάγμασιν ἐξεπαθέντα, καὶ τὰ μὲν κατωρθωκότα,

τὰ δὲ ἐν χερσὶν ἔχοντα, τὰ δὲ ὑποπτεύοντα, χρηστόν τε ἀεὶ δι' ἴσου φυλάττει, καὶ μηδὲν τραχὺ, μηδὲ δεινὸν, εἰ καὶ μὴ πρὸς τιμωρίαν τῶν παρεληλυθότων, ἀλλὰ πρός γε φυλακὴν τῶν μελλόντων, ἐθελήσαι ποιῆσαι:

Neque eum vel ira exasperauit, neque res secundæ corruperunt, neque alium potentia fecit, neque licentia mutavit: quum tamen difficilimum sit, hominem in tot tantisque, atque iis continentibus, negotiis occupatum, quorum partem confecerit; partem præ manibus habeat, quædam adhuc expectet, eandem semper bonitatem retinere, ac non aliquando durius grauiusque aliquid statuere, si non ulciscendorum præteritorum, at certè sibi in posterum cavendi causâ.

In mærore grandiora quæ tacentur æstimes.) *Ennodius libro* I. *Epistola* 3. Delenificam allegationem amplexus epistolaris eloquii, ago atque habeo gratias, quòd me diu tristium noluistis esse participem. fecistis hoc forsitan voto & studio consulentis. Sed adscribo peccatis meis, quòd maioribus, dum temperatis alloquio sum jactatus angoribus. Mihi uni in adversum provisa contingunt, dum graviora semper in mærore æstimo, quæ tacentur: quia credo quòd de mediocribus sæpe communicentur verba languoribus, cum proximitas funeris imperet silentia cito rumpenda.

In metallum de metallo effossum quodque revertitur.) *Egregiè explicat D. Ambrosius libro* II. *in Iob. cap.* 5. *f.*

In malis absurda magis sequimur quàm consentanea.)

tanea.) *Plutarchus in Themistocle capit.* XXV. *f:* Ἐκπλαγέντος δὲ τοῦ Θεμιστοκλέους ὡς μέγα τὸ μάντευμα καὶ δεινὸν οἷον ἔπιπτεν ἐν μεγάλοις ἀγῶσι καὶ πράγμασι χαλεποῖς, μᾶλλον ἐκ τῶν ὠφελούντων, ἢ τῶν βλαπτόντων τὴν σωτηρίαν ἐλπίζοντες οἱ πολλοὶ. Stupente Themistocle eo vaticinio tanto & tam atroci, vulgus, ut in grandibus solet periculis & rebus asperis, salutem potius ex absonis quàm consentaneis sperans &c.

In malis mortalium, tyrannis postremissimum est.] *Id est, summum.*) *Libanius Vituperio Philippi:* Εἰ τοὺς πονηροὺς ψέγειν δίκαιον, καὶ τοῖς τοιοῦσιν ἔπαινον ἔχειν, οὐκ οἶδ' ὅπου με χρὴ κατηγορεῖν, ἀφέντα Φίλιππον. Τύραννος μὲν γὰρ τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν τὸ χείριστον· τῶν δὲ τυράννων ἁπάντων Φίλιππος. Si malos improbare æquum est, idq; facientibus laus tribuitur; quem accusare me oporteat nescio, si Philippum reliquero. Nam inter humanas miserias pessima, Tyrannus est, Tyrannorumque omnium deterrimus Philippus.

In potentum haud acriter judex requirit crimina.) *D. Nazianzenus Oratione* VI: Ποτέρῳ προσθῶμαι, ἢ τίνι μελλὰς βοηθεῖν; ἆρ' οὐχ ᾧ πολλὴ ἰσχύς; οὐχ ᾧ πολλὴ ζοφία καὶ ἄπιστήμη; ἅπαν γὰρ ὁρῶ πολλοὺς τῶν νεῶν κρατοῦντας, οἷ ῥᾷον αὖ τοῖς ὑψηλοῖς τὰ μέγιστα συγχωρήσομεν, ἢ τοῖς ταπεινοῖς τὰ ἐλάχιστα. Vtri adhæres? aut cui opem afferre paras? An non ei, qui viribus pollet? An non ei, qui sapientiâ & doctrinâ abundat? Hoc enim per-

multis ętatis nostræ judicibus usu venire conspicio; qui magnis & excelsis viris gravissima quæque facilius condonarint, quàm humilibus & abiectis quicquam vel levissimi momenti.

In salo rerum potitur Delphin, in salo interit.) *Dicetur in eos qui omnia esse volunt in omnibus; gemente rerum Naturâ, quæ nemini cuncta indulsit.*

In secreta irrumpit, aperta præterit effractarius.) *Seneca Epistola* LXVIII. Multi aperta transeunt, condita & abstrusa rimantur. furem signata sollicitant. vile videtur quidquid patet: aperta effractarius præterit. hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque: in secreta irrumpere cupit.

In se amant homines, in aliis non ferunt superbiam.) *Vnde acutè Cato maior apud Gellium libro* VII. *Noct. Attic. cap.* 3. Rhodienses superbos esse aiunt, id obiectantes quod mihi à liberis meis minimè dici velim. sint sanè superbi. quid id ad nos attinet? Id ne irascimini si quis superbior est quàm nos?

In sinu fovet serpentem qui beneficus est malis.) *Imperator Basilius Paraeneticorum capite* XXII: Λανθανέτω σε μηδεὶς τῶν σῷ σε δωρεὰς αἰτούντων, ἢ ἀξιώματα ἐπιζητούντων, καὶ τύπους ἀναλαμβάνων, τοὺς ἀγαθοὺς δὲ ποιεῖ· ἔξεις γὰρ ἀεὶ τὴν εὔνοιαν ἁπάντων ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἀδιάπλωτον· ἄσυλον γὰρ θησαυρὸς παρ' αὐδενὶ ἀποδαίῳ, καὶ πολυωλασίαν ἡ χάρις παρ' αὐτοῖς ἐπιφείλεται. ὁ δὲ τοὺς κακοὺς εὐεργετῶν, ἐγκέλπιον ἔχει τὸν ὄφιν, ἐν κόλπῳ δὲ τὸν εὐεργέτην ἰοβόλῳ δήγματι ἀμειβόμενον.

μενον. ὥσπερ γὰ οἱ ἀλλότριοι κυνὲς τῶν σπιζόντων ξένων καθυλακτοῦσιν, ὅτως οἱ κακοὶ τὺς ὠφελουμένους, ὥσπερ τὺς βλάπτοντας, ἀδικοῦσιν. Non te lateant mores cujusque eorum, qui à te munera postulabunt, aut honores ac dignitates ambibunt: cumque satis exploratos & perspectos habueris, benefac dumtaxat bonis: ab eis enim perpetuam recipies benevolentiam, quæ nullo unquam tempore vacillatura sit. beneficium enim apud virum bonum collocatum, thesaurus est nullis raptoribus obnoxius, qui multiplicem collatori refert gratiam: qui autem improbo benefacit, serpentem in sinu alit, isque aliquantisper ipsius calore fovetur, sed oblata occasione, venenato morsu benefactorem suum remunerat. Sicut enim canes alienis etiam cibum offerentibus oblatrant: ita homines perversi perinde eos qui benè de ipsis merentur offendunt atque eos qui malè.

In summo timor periclo haud recipit misericordiam.) *Iulius Cæsar libro* VII. *Belli Gallici cap. 26. f* Vbi eos perstare in sententiâ viderunt, quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit, conclamare & significare de fugâ Romanis cæperunt.

In voluptatis regno nequit virtus consistere.) *Verba Tullij è Catonis Maioris capite* XII.

Inchoat opera honesta voluntas, perficitque occasio.) *Declamator aliquis apud Senecam libro* IV. *controversia 7.* Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit. Sæpe honorata virtus est, etiam ubi eam fefellit exitus, &c.

Incipit ætas à senectâ, haud in senectam desinit.) *D. Cyprianus tractatu* I. *contrà Demetriadem*: Quid si & senes imputẽt Christianis, quòd minus valeant in senectute? quòd non perinde ut prius vigeant auditu aurium, cursu pedum, oculorum acie, virium robore, succo viscerum, mole membrorum, & cum olim ultra octingentos & nongentos annos vita hominum longæva procederet, vix nunc possit ad centenarium numerum pervenire? Canos videmus in pueris, capilli deficiunt antequàm crescant, nec ætas in senectutem desinit, sed incipit à senectute: sic in ortu adhuc suo ad finem nativitas properat, sic quodcumque nunc nascitur, mundi ipsius senectute denegerat, ut nemo mirari debeat singula in mundo cœpisse deficere, cum totus ipse iam mundus in defectione sit & in fine.

Indecentius in est, quam imitari quod non noveris.) *Seneca pater adstrinxit magis, Præfatione libri* X. *Controversiarum:* Nihil indecentius quam ubi scholasticus, quod non novit imitatur.

Index intimi est amoris coniugum accusatio.] *Aurei oris Episcopus Constantinopolitanus Homiliâ* XX. *ad Ephesios*: Μηδεὶς ἔσω πιστὸς συνφαντῶν ἀπὸ τῆς γυναικὸς τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ μηδὲ ὁ ἀνὴρ ἁπλῶς πιστεύετω κατ' ἀ γυναικὸς, μηδὲ ἡ γυνὴ βασανιζέσθω εἰσόδους καὶ ἐξόδους ἁπλῶς, μηδὲ μὴν μηδὲ ὁ ἀνὴρ ἄξιον παρεχέτω ἑαυτὸν πινὸς ὑποψίας. τί γὰρ, εἰπέ μοι, πᾶσαν τὴν ἡμέραν τοῖς φίλοις δίδως σαυτὸν, τῇ δὲ γυναικὶ τὴν ἑσπέραν; κατὰ δὲ ἕτως αὐτὴν δυσὶ πληροφορεῖν, καὶ ἐκτὸς ὑποψίας ποιεῖν. καὶ ἐγκα-

ἐγκαλῇ ἡ γυνὴ, μὴ δυσχέραινε: φιλίας ἐστὶν, οὐκ ἀσυνοίας. φιλίας ἐστὶν ζέσης τὰ ἐγκλήματα, καὶ ἀληθέσεως πεπυρωμένης, καὶ φόβου. δέδοικε γὰρ μή τις αὐτῆς ἔκλεψε τὴν κλίνην, μή τις αὐτῇ περὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἐζημίωσε, μή τις αὐτῆς τὴν κεφαλὴν ἀφέληται, μή τις διώρυξε τὴν κλίνην. Nullus fit fidelis maritum apud uxorem calumnians. Sed neque vir leviter & inconsideratè credat adversus uxorem. Neque uxor leviter & curiosè scrutetur ingressus & exitus. Sed nec marirus seipsum præbeat dignum suspicione. Cur enim, die mihi, toto die te das amicis, uxori autem vespere? & nec sic ipsi potes satisfacere, nec amovere suspicionem. Et si te accuset uxor, ne ægrè feras: est id amicitiæ, non insolentiæ. Accusationes huiusmodi sunt ardentis amicitiæ, & affectus inflammati, & timoris. Timet enim ne quis suffuretur suum cubile, ne quis in bonorum summa ei detrimentum afferat, ne caput auferat, ne lectum perfodiat.

Infelicitas quæ mortem differt, moritur millies.) *Id est*, homo in felix; *sicuti dicimus* coniugium *pro* coniuge, servitium *pro* servo, &c. *Et ita est*; *infortunatus, quanto diutius vivit, tanto sæpius perit*; *ut non parcè ostendimus ad illud Taciti libro* XII. *Annal. cap.* XX. Inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicii fore.

Infelicius nil illo qui peccat feliciter.) *D. Augustinus*: Nil est infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior, roboratur.

Incipit ætas à senectâ, haud in senectam desinit.) *D. Cyprianus tractatu* I. *contrà Demetriadem*: Quid si & senes imputēt Christianis, quòd minus valeant in senectute? quòd non perinde ut prius vigeant auditu aurium, cursu pedum, oculorum acie, virium robore, succo viscerum, mole membrorum, & cum olim ultra octingentos & nongentos annos vita hominum longæva procederet, vix nunc possit ad centenarium numerum pervenire? Canos videmus in pueris, capilli deficiunt antequàm crescant, nec ætas in senectutem desinit, sed incipit à senectute: sic in ortu adhuc suo ad finem nativitas properat, sic quodcumque nunc nascitur, mundi ipsius senectute denegerat, ut nemo mirari debeat singula in mundo cœpisse deficere, cum totus ipse iam mundus in defectione sit & in fine.

Indecentius in est, quam imitari quod non noveris.) *Seneca pater adstrinxit magis, Præfatione libri* X. *Controversiarum:* Nihil indecentius quam ubi scholasticus, quod non novit imitatur.

Index intimi est amoris coniugum accusatio.] *Aurei oris Episcopus Constantinopolitanus Homilia* XX. *ad Ephesios*: Μηδεὶς ἔσω πιστὸς συνοφαντῶν τὴ τῆς γυναικὸς τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ μηδὲ ὁ ἀνὴρ ἁπλῶς πιστεύετω κ̓ τ̀ γυναικὸς, μηδὲ ἡ γυνὴ ἐπεργαζέσθω διόδους καὶ ἐξόδους ἁπλῶς, μηδὲ μὴν μηδὲ ὁ ἀνὴρ ἄξιον παρεχέτω ἑαυτὸν τινὸς ὑποψίας. τί γὰ, εἰπέ μοι, πᾶσαν τὴν ἡμέραν τοῖς φίλοις δίδως σαυτὸν, τῇ δὲ γυναικὶ τὴν ἑσπέραν; κ̓ γὰ δεῖ ἔστως αὐτὴν διὰ παντὸς φορεῖν, καὶ ἐκτὸς ὑποψίας ποιεῖν. κ̓ ἐν ἐγκα-

ἐγκαλῇ ἡ γυνὴ, μὴ δυσχέραινε: Φιλίας ἐστὶν, οὐκ ἀσυνοίας. Φιλίας ἐστὶν ζεούσης τὰ ἐγκλήματα, καὶ ἀμαθέσεως πεπυρωμένης, καὶ φόβου. δεδοικε γὰρ μή τις αὐτῆς ἔκλεψε τὴν κλίνην, μή τις αὐτῷ περὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἐζημίωσε, μή τις αὐτῆς τὴν κεφαλὴν ἀφέληται, μή τις διώρυξε τὴν κλίνην. Nullus fit fidelis maritum apud uxorem calumnians. Sed neque vir leviter & inconsideratè credat adversus uxorem. Neque uxor leviter & curiosè scrutetur ingressus & exitus. Sed nec marirus seipsum præbeat dignum suspicione. Cur enim, die mihi, toto die te das amicis, uxori autem vespere? & nec sic ipsi potes satisfacere, nec amovere suspicionem. Et si te accuset uxor, ne ægrè feras: est id amicitiæ, non insolentiæ. Accusationes huiusmodi sunt ardentis amicitiæ, & affectus inflammati, & timoris. Timet enim ne quis suffuretur suum cubile, ne quis in bonorum summa ei detrimentum afferat, ne caput auferat, ne lectum perfodiat.

Infelicitas quæ mortem differt, moritur millies.) *Id est*, homo in felix; *sicuti dicimus* coniugium *pro* coniuge, servitium *pro* servo, &c. *Et ita est*; *infortunatus, quanto diutius vivit, tanto sæpius perit*; *ut non parcè ostendimus ad illud Taciti libro* XII. *Annal. cap.* XX. Inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicii fore.

Infelicius nil illo qui peccat feliciter.) *D. Augustinus*: Nil est infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior, roboratur.

Infortunium parentum est, liberorum infamia.) *Contrà sententiam Stilpontis: de quo sic Plutarchus libro de Animi tranquill. cap. x:* Ὥσπερ γοῦν Στίλπωνα τὸν κατ' αὐτὸν φιλοσόφων ἱλαρώτατα ζῆν ἀχθόλας οὔσα ἡ θυγάτηρ. ἀλλὰ καὶ Μητροκλέους ὀνειδήσαντος, Ἐμοὶ οὖν [ἔφη] ἁμάρτημα τοῦτό ἐστιν, ἢ ἐκείνης; εἰπόντος δὲ Μητροκλέους, Ἐκείνης μὲν ἁμάρτημα, σὸν δὲ ἀτύχημα, Πῶς λέγεις [εἶπεν] οὐχὶ τὰ ἁμαρτήματα καὶ παραπτώματά ἐστι; Πάνυ μέν οὖν, ἔφη. τὰ δὲ παραπτώματα, οὐχ ὧν παραπτώματα, καὶ ἀποτεύγματα; συνωμολόγησεν ὁ Μητροκλῆς. Τὰ δὲ ἀποτεύγματα, οὐχ ὧν ἀποτεύγματα, ἀτυχήματα; πρᾴῳ λόγῳ καὶ φιλοσόφῳ κενὸν ἀποδείξας ὕλαγμα τοῦ κυνικοῦ βλασφημίας. Neq; Stilponem prohibuit jucundissimè omnium suæ ætatis Philosophorum vivere intemperans filia. quin etiam Metrocli id exprobranti, Meumne, inquit, hoc est peccatum, an filiæ? ac dicente Metrocle, Filiæ peccatum est, tuum infortunium: Quid ais? respondit. nonne peccata etiam sunt lapsus? Omnino, aiebat Metrocles. Quid, inquit? nonne lapsus sunt earum rerum lapsus, quibus assequendis excidimus? Assensit. Nonne verò, inquit, istæ à rebus appetitis abberrationes eorum sunt infortunia qui eas non assequuntur. Sic ille placido & Philosophico sermone ostendit vanum latratum esse cynicam calumniam.

Ingenium bonum malumve quem facit, minime locus.) *Æschines Oratione de falsa legatione:*

οὐ γὰρ ἡ μακεδονία κακοὺς ἢ χρηστοὺς ποιεῖ, ἀλλ' ἡ φύσις. οὐδ' ἐσμὲν ἕτεροί τινες, ἥκοντες ἀπὸ τῆς πρεσβείας, ἀλλ' οἵους ἐξεπέμψατε. Neque enim Macedonia bonos aut malos facit: ſed ſuum quemque ingenium: neque alii ſumus à legatione reverſi, ſed tales, quales nos ablegaſtis.

Ingeniis donanda non ſunt monſtra, verùm crimina.) *Seneca Pater præfatione libri* X. *controverſiarum:* Non ſum ex judicibus ſeveriſſimis, qui omnia ad exactam regulam redigam. Multa donanda ingeniis puto, ſed donanda vitia, non portenta ſunt.

Ingrati ſimulacrum muta repræſentat caritas.) *Dictum Ennodii ex libri* II. *Epiſtolâ* XXVI.

Innocens eſt, non nocet qui leniter, ſed qui nihil.) *Eſt ſumptum è Ciceronis libro* V. *Tuſcul. quæſt. cap.* XIV. *niſi quod ibi* leviter, *non* leniter.

Innocentem te lex eſſe, curioſum non jubet.) *Declamator aliquis apud Senecam lib.* VI. *controverſiâ* 2. Lex eum tenet, qui iuvat exſulem, non qui patiatur juvari. Ignora, diſſimula: lex te innocentem eſſe, non curioſum jubet.

Innocentiæ tributa vox, vitio ſilentium.) *Apuleius Apologia* I. Cujus verſus, quos nunc percenſui, tanto ſanctiores ſunt, quanto apertiores: tanto pudicitius compoſiti, quanto ſimplicius profeſſi. Namque & id genus omnia diſſimulare & occultare, peccantis: profiteri & promulgare, ludentis eſt. Quippe natura, vox innocentiæ, ſilentium maleficio diſtributa.

Innocentiam qui jactat poſt culpam, culpam duplat.) *Tale quid uſurpatum Salviano libris de Providentiâ.*

Inno-

Innocentium defensor, sit vindex & sontium.] *Valerius maximus libro* VI. *cap.* III. Publicia quæ Postumium Albinum consulem, item Licinia, quæ Claudium Asellum viros suos veneno necaverant, propinquorum decreto strangulatæ sunt: Non enim putaverunt severissimi viri in tam evidenti scelere longum publicæ quæstionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defensores fuissent, sontium maturi vindices exstiterunt.

Insimulatur innocens quidem, at nocens revincitur.) *Apuleius*: Insimulari quivis innocens potest, revinci, nisi nocens, non potest. *Apologiæ I. ipso vestibulo.*

Insequenda facto, non verbo arcessenda gloria.) *Videatur Manuelis Imperatoris regiæ educationis caput* LXXVII. *ipso fine.*

Insipiente fortunato haud quidquam intolerabilius.] *Est à Ciceronis Lælio cap.* XI. *m.*

Integros honor, dolorq; lapsos ad pugnam incitat.] *Verba Divi Cypriani.*

Integrata amicitia aperit beneficiis locum novis.) *Desumptum è Taciti libro* XIII. *Annalium cap.* XXXVII. *m.*

Inter funus atq; fœnus, aut parum, aut nil interest.) *Est à D. Ambrosio in Tobiam* X.

Inter procula, & suas partes habet sapientia.) *Imò pleraq; gentes in conviviis tractare amant de rebus divinis humanisque. nec male. consulatur modò Plutarchus initio libri* I. *Symposiacon.*

Interest magni virtutem, an vitam parvi quis putet.)

tet.] *Fuisse Catonis maioris dictum, hauriri est ex Plutarchi Pelopidæ; qui legatur ipso statim initio.*

Invenias bonum facilius unum, quàm plures bonos.) *Dio Cassius libro statim* XLIV: Δημοκρατία γὰρ ὄνομα εὔσχημον ἔχει, καὶ μία ἰσομοιρία πᾶσιν ἐκ τῆς ἰσονομίας φέρειν δοκεῖ, ἐν ᾗ δὴ τοῖς ἔργοις ἐλέγχεται μηδὲν ὁμολογοῦσα τῷ ὀνόματι· ἡ δὲ τοὐναντίον μοναρχία, δυσχερὲς μὲν ἀκοῦσαι, χρησιμώτατον δὲ ἐμπολιτεύσασθαι, ἐστί. ῥᾷον τε γὰρ ἕνα τινὰ χρηστὸν ἢ πολλοὺς εὑρεῖν. αὖ γε καὶ τὸ καλεπὸν τισὶν εἶναι δοκῇ, πᾶσι ἀνάγκη ἐκεῖνό γε ἀδύνατον ὁμολογηθῆναι εἶναι. ὁ γὰρ πονηρὸς τοῖς πολλοῖς ἀρετὴν κτᾶσθαι. εἰ δ' οὖν καὶ φαῦλός τις αὐτοκρατήσειεν, ἀλλὰ γε πλήθους τῶν ὁμοίων αἱρετώτερός ἐστιν. Equidem populi in republica principatus nomen speciosum habet, videturque ex legum æqualitate non plus uni quàm alteri tribuere: verùm ipsa re comprobatur nihil ei cum sua appellatione convenire. Contrà monarchiæ nomen auditu difficile: penes unum tamen summam esse reipublicæ, conducibile omniũ maximè est. Facilius enim unus quispiam, vir bonus, quàm multi, reperitur. ac si hunc inveniri difficulter quidam existimant, omnino fateri illi coguntur, impossibile esse ut multi boni inveniantur: quando virtuosos esse multos consentaneum non est. Quo fit ut, si quis summæ rerum vitiosus præsit, tamen satius id sit quàm à sui similium multitudine rem publicam administrari.

Ipsum se intueri oportet, qui alterum incusat probri.) *Versus Plauti* LVII. *è Truculenti actu* I. *sc.* II.

Ira-

Iracundiam putato cotem fortitudinis.) *Quorundam quidem opinione. de qua Cicero* IV. *Tuscul. quæstionum cap. 19. & Seneca libro priore de frâ cap. 9. & seqq. qui demum sententiam istam admittunt, dummodo ea utamur, non ut duce, sed ut milite. quod quis unquam fecit?*

Iracundiam vitare nescis? saltem temperes.) *Verbum Divi Ambrosii è libro 1. Officiorum caput* XXI. *m.*

Irritus naturâ reluctante quivis est labor.] *Vox Senecæ è capite* VI. *libri de Tranquillitate animi.*

Ita sunt glorię meretricum, haud multum adparet quòd datum est.) *Carmen Plautinum è Truculenti act.* IV. *sc.* IV. *versu 35.*

Iram si vetes clamare pennas eius amputas.) *Divus Chrysostomus Homilia* XV. *ad Ephesios:* Μηδέποτε κεράζῃς, καὶ ἀδιάφορον ὀργισθήσῃ. ἰδὲ τέρατα ὀργισίας. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔνι τὸν μὴ κεράζοντα ὀργισθῆναι, ἅτως οὐκ ἔνι τὸν κεράζοντα μὴ ὀργισθῆναι. μὴ γάρ μοι τὸν βαρύμηνιν εἴπῃς, ἀλλὰ μνησίκακον, καὶ αὐτοπικρίαν, καὶ χολήν. ἡμεῖς γοῦν τῆς τοῦ πάθους σωαρπαγῆς διαλεγόμεθα. ὡς τε δὲ μικρὸν πρὸς τοῦτο συμβάλλεται τὸ παιδεῦσαι τὴν ψυχὴν, μηδέποτε κεράζειν καὶ βοᾶν. τὰ πλεῖστα γοῦν κόπτεις τῆς ὀργῆς, τὴν κραυγὴν ἀφαιρῶν, τὸ οἴδημα καταστέλλεις τῆς καρδίας. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστι τοὺς χεῖρας μὴ αἴροντα παλαῖσαι, ἅτως οὐκ ἔνι μὴ κράζοντα συμπλέξεσθαι. δῆπου τοὺ πυκτεύοντος

τὰς

τὰς χεῖρας, καὶ κέλευσον πυκτεύειν, ἀλλ' ὀδυνήσεται: ὅτως ὀδυνᾷ ὁ θυμός. ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ τὴν ὀδὸν ὄντα ἐξαίρει. καὶ μάλιστα ἐντεῦθεν ταχέως ἁλίσκεται τὸ τῶν γυναικῶν γένος, αἳ ὅταν ὀργίζωνται ταῖς θεραπαινίσι, τὴν οἰκίαν ἅπασαν τῆς κεφαλῆς πληροῦσι τῆς ἑαυτῶν. Nunquam clames, & nunquam iraſcaris. Ecce modum iræ vacuitatis. Quomodo enim fieri non poteſt ut qui non clamat iraſcatur, ita fieri non poteſt ut qui clamat non iraſcatur. Ne mihi enim dixeris iracundum gravique ira percitum, acceptæque injuriæ memorem, & qui eſt ipſa per ſe amarulentia & bilis. Nos loquimur de arreptione affectionis. Ad hoc itaque non parum confert erudiſſe animam, ut nunquam clamet & vociferetur. Iræ pennas amputas, ſi auferas clamorem: cordis tumorem comprimis. Quomodo enim fieri non poteſt ut luctetur, qui manus non contra quempiam ſuſtulerit, ita fieri non poteſt ut qui non clamat pedes conferat. Liga manus pugilis, & jube pugnare. Sed non poterit. Sic neque ira. Clamor autem etiam eum quæ non eſt excitat: & maximè hinc citò capitur genus mulierum, quæ quando iraſcuntur ancillis, totam domum implent ſuo clamore.

Iudici quæ perſuadere non poſſis, ei auferas.) *Seneca præfatione in librum* 1. *Controverſiarum*: Latro dicebat quoſdam eſſe colores primâ facie duros, aſperos: non poſſe niſi actione probari. Negabat itaque ulli placere poſſe niſi

totum

totum nossent se, & suas vires, & illarum fiduciâ mœ-
tuenda & prærupta evadere? multa se non persuade-
re judici, sed auferre.

Index & tibi esto aliquando, qui sic alios judicas.) *D. Cyprianus Tractatu* I. *contra Demetriadem*: Qui alios judicas, aliquando esto & tibi iudex; conscientiæ tuæ latebras intuere, imò (quia nullus iam delinquendi vel pudor est, & sic peccatur quasi magis pro ipsis peccatis placeatur.) qui perspicuus & nudus videris à cunctis, & ipse te respice. Aut enim superbia inflatus es, aut avaritia rapax, aut iracundia sævus, aut alea prodigus, aut vinolentia temulentus, aut livore invidus, aut libidine incestus, aut credulitate violentus, & miraris in pœnas generis humani iram Dei crescere, cùm crescat quotidie, quod puniatur.

Iudicum indignatione vincit accusatio.) *Libanius loco communi contra Homicidam*: Δεῖ τοίνυν ὅ λοιπόν ἐστι τοῖς ἐλέγχοις προσθεῖναι. Ἔστω δὲ ἐπὶ ψῆφος τῆς ὀργῆς τῶν ἀδικημάτων ἀξία. ἢ πολέον ἔδεν τῶν ἡμετέρων λόγων, εἰ τὰ παρ' ὑμῶν ἐλλείποι. κατηγορία γὰρ προσήκουσα πλὴν ἀγανάκτησιν, προσλαβοῦσα τῶν δικαστῶν, ἰσχυρὰ γίνεται· τούτης δ' ἀπούσης, φλυαρία φαίνεται. Quod restat igitur, id probationibus nostris adjungendum est. Ea autem est sententia conveniens iræ erga delicta. Nam si vestræ partes defecerint, nihil profuerit oratio nostra: cùm debita accusatio sic demum efficax esse soleat, si indignatio judicum accesserit; quæ si absit, nugæ illæ videantur.

Iudicum

Iudicum ne mitior sit legibus sententia.) *Symmachus libro* X. *Epistola* LXII. Superaret ut crimine non probato, in accusatorem formidata reis pœna transiret. Sed cùm ne Africani militia parit atque incauta adolescentia permoveret: malui judicium de eo clementibus reservare. Alia est enim conditio magistratuum, quorum corruptæ videntur esse sententiæ si sint legibus mitiores: alia Dominorum Principum potestas, quos decet acrimoniam severi juris inflectere.

Iudicii plerunque egeni sunt ingenio qui valent.] *Maximus Tyrius initio Dissertationis* XXXIV: Χαλεπὸν εὑρεῖν λόγον ἀληθῆ. κινδυνεύει γὰρ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, ὅταν εὐπορίαν τοῦ φρονεῖν τοῦ κρίνειν ἀπορεῖν. Veram invenire rationem est difficile. Plerumque enim id evenit homini, vt quo fœcundiore sit ingenio, eo minus valeat judicio.

Iura quædam non lex nobis, sed natura tradidit.) *Gallio libro* IX. *Controversia* 5. Quædam iura non lege, sed naturâ nobis attributa, &c.

Ius nigrum iis sapit se Eurotæ qui lavere flumine.) *De eodem Plutarchus in Lycurgi vita cap.* XXI: Λέγεται δέ τινα τῶν Ποντικῶν βασιλέων, ἕνεκα τοῦ ζωμοῦ, καὶ πρίασθαι Λακωνικὸν μάγειρον· εἶτα γευσάμενον, δυσχεράναι: καὶ τὸν μάγειρον εἰπεῖν, Ὦ βασιλεῦ, τὸν δεῖ τὸν ζωμὸν ἐν τῷ Εὐρώτᾳ λελουμένους ἐπιψᾶσθαι. Fama est, quendam regem Ponti, hujus juris gratia cõquum Laconicum comparasse, mox gustu offenso, subiecisse coquum, Hoc jus parandum rex est iis qui in Eurota laverunt.

Ius revocandæ libertatis minimè patronis datum.] *Tacitus libro* XIII. *Annalium cap. 26. p.* Per idem tempus actum in Senatu de fraudibus libertorum; efflagitatumque ut adversus male meritos revocandæ libertatis ius patronis daretur, &c.

Iupiter, meis bonis admisce & infortunium.] *Alexandri Magni dictum, de quo sic Simmocatta Epistola* XXII: Ὁ Φιλίππου παῖς Ἀλέξανδρος ὅτι τῇ εὐτυχίᾳ ἀδαμῶς ἐπιπέφωτο, ἀλλ' ἐφιλοσόφει τὰ τῆς τύχης φύσει, καὶ μεγίστοις δὲ φημίαις οὐκ εὐαθῶς ἐπελάζεσθαι. Διάτι γοῦν [ἐν] τῇ τοῦ πολέμου ῥοπῇ ἰδὼν ἐσκιημένον πεπλανῆσθαι Δαρεῖον, τῇ χλαμύδι τὸν ἐχθρὸν ἐπεσκέπασεν, ἀρετῆς καὶ τύχης ἐνδειγνύμενος δύναμιν. ἐντεῦθεν ἐλοιδόρει τὸν Ἀλέξανδρον τὸ ὑπήκοον. ἐλεεῖν ἔγκλημα τῷ βασιλεῖ ἡ δυσέβεια. ὁ μὲν δὴ Ἀλέξανδρος, ἅτε δὴ φιλόσοφος ὢν ἐπελοίκει τὸ τῆς τύχης ὡς ἔοικεν ἄδηλον. διὸ καὶ πλείστων αὖπω ἀγγελθέντων ὑφ' ἓν δυστυχημάτων, ἔφη, ὦ Ζεῦ, μίξον τι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ δυσύχημα. Philippi filius Alexander secundis fortunis nequaquam intumuit. Sed Philosophica moderatione direxit fortunæ ventos, maximis ac summis eius favoribus non inescari solitus, quare cecidisse videns Darium in belli ancipite fortuna, Chlamyda texit hostem, virtutis & fortunæ ostendens generositatem. inde calumniati sunt subditi Alexandrum, regisque pietatem peregerunt ream. Sed quidem Alexander, ut erat Philosophus, reveritus est, ut videtur, fortunæ varietatem. quare missis sibi quàm plurimis una bonis O jup-

piter

piter dixit, intermiſce aliquod bonis etiam infortunium.

Iuſtè morte eâ peris, quàm repperiſti in alteros.) *Dictum Phalaridis erga Perillum, de quo latè ipſe in Epiſtola quæ nomine eius circumfertur* CXXII.

Iuſtitiæ haud modò lumen unum eſt: tota tota lumen eſt.] *Notum eſt, implorari à miſeris* oculum Solis ac Iuſtitiæ. *ei alludit verſus. Plutarchus convivio* VII. *Sapientum introducit Arionem admirantem providentiam divinam è Delphino, capite* XLIV: Ἅμα ὑ καθορῶν τὸν θεσπιὸν ἀστέρων πλῆθος, καὶ τὴν σελήνην ἀνίσχουσαν λιπαρῆ καὶ καθαρὰν· ἐσιώσης δὲ πάντη τ θαλάττης ἀκύμονος, ὥσπερ τρίβον ἀναχιζόμενον τῷ δρόμῳ, διανοεῖσθαι πρὸς αὑτὸν, ὡς οὐκ ἔστιν εἷς ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ πᾶσι τούτοις ἅπασι περὶ κύκλῳ ὁ θεὸς τὰ πρατόμενα πρὸς γῆν τε καὶ θάλατταν. Simulque ſe cum cœlum intueretur ſtellis frequentiſſimis nitens, lunamque fulgidam & puram exorientem, ſtante mari tranquillo undiquaque, & ſine fluctibus curſum veluti ſemitam ſciſſam præbente: cogitaſſe ſe cum animo ſuo, non unum duntaxat juſticiæ eſſe oculum, ſed his omnibus circumcirca Deum obſervare quæ terra marique agantur.

Iuſtius furto ſervantur, quàm evertuntur oppida.) *Arellius Fuſcus pater libro* X. *controverſia* VI: Mille navium Duces furto Trojam cepiſtis. ſi benè furto evertuntur urbes, quanto melius ſervantur?

L.

LAbitur qui plus potest: qui nil potest affligitur.) *Sententia exstat apud D. Ambrosium libro* I. *in Iob. cap.* V.

Lacrimam non opprimas imperio, sed magè incites.) *Declamator aliquis apud Senecam libro* IV. *controv.* I. Numquam lacrimæ opprimuntur imperio, sed magis irritantur. nulla flendi maior est causa, quàm flere non posse.

Lætus esse non potest quicunque formidat malum.] *Nisi si planè fatuus fuerit. Dio Chrysostomus Oratione* IV. *de sacrorum die festo apud Persas:* λαβόντες τ̃ πεσμωτῶν ἕνα τ̃ ἐπὶ θανάτῳ, καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τ̃ βασιλέως, καὶ τῶν ἐθῶν τ̃ δίδόασιν αὐτῷ αὐτῶν, καὶ τρυφᾶν, καὶ τῆς παλλακῆς χρῆσθαι τὰς ἡμέρας ἐκείνας τ̃ βασιλέως, καὶ ἀδεῶς ἀδεῶς ἐᾶν αὐτὸν κωλύειν ποιεῖν, ὧν βούλεται. μετὰ δὲ ταῦτα ἀποδύσαντες καὶ μαστιγώσαντες, ἀνασκολοπίζουσιν. τίνος οὖν ἕνεκα τ̃το εἶναι σύμβολον; καὶ διὰ τί γίγνεσθαι τ̃το τοῖς Πέρσαις; ἢ ὅτι πολλάκις ἀνόητοι ἄνθρωποι καὶ πονηροὶ, τῆς ἐξουσίας ταύτης καὶ τ̃ ὀνόματος τυγχάνουσιν, ἔπειτα χρόνῳ ὀλίγῳ ἀποβαλόντες ἄρχουσι καὶ πάσχουσα ἀπόλλυνται; ἀνθρώπου τότε ἐπειδὰν ἄρωσι τὸν ἄνθρωπον ἐν τῶν δεσμῶν, εἰκὸς ἐστιν τὸν μὲν ἀνόητον καὶ ἄπειρον τ̃ πραγμάτος, χαίρειν καὶ μακαρίζειν ἑαυτὸν ὅτι τοῖς γινομένοις· τὸν δὲ εἰδότα, ὀδύρεσθαι καὶ μὴ θέλειν ἐνθένδε σωα-

κολα-

κολασθεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον, ὥσπερ εἶχε, μένειν ἐν ταῖς πέδαις, μὴ ὅτι γε πρότερόν, ὦ μάταιε, βασιλεύειν ἐπιχείρει καὶ Φρονῆσαι. Accipiunt unum ex captivis ad mortem, collocantq; in regis thronum, & eundem illi dant vestitum, sinuntque eum deliciari & concubinis uti, illis regni diebus, & nemo illum vetat quicquam facere quæ velit. Post hæc autem exutum, virgisque cæsum, suspendunt. Cujus rei putas hoc esse signum & quamobrem fieri apud Persas? Nonne idcò, quod sæpenumero stulti homines & pravi, talem potestatem & nomen adipiscuntur, deinde aliquanto tempore superbè viventes, turpissimè atque ocyssimè perduntur? Proinde tunc, quum hominem tollunt ex vinculis, verisimile est, fatuum quidem & rei inexpertum gaudere, & semet propterea quæ fiunt beatum prædicare: scientem autem lamentari, & nolle sponte sequi, sed potiùs in compedibus (ut erat) manere velle. Ne igitur prius, ô vanissime regnare coneris, quàm sapere.

Læva Apollo arcum ac sagittas, Gratias dextrâ tenet.] *Nusquam hoc memini legisse, nisi apud Philonem Iudæum, ubi agit de amentiâ Caji Caligulæ:* Εἶτα ὁπόταν δόξειεν αὐτῷ, τὰ μὲν ἀπεπίθετο, εἰς δὲ Ἀπόλλωνα μετεμορφοῦτο καὶ μετεσκευάζετο, σεφαίοις μὲν ἀκτινοειδέσι τὴν κεφαλὴν ἀναδούμενος, τόξον δὲ τῇ ἀριστερᾷ καὶ βέλη κρατῶν χρυσᾶ, χλαμύδα δὲ τῇ δεξιᾷ ποσὶν εἰνὼν, ὡς δέον τὰ μὲν ἀγαθὰ ὀρέγειν ἐξ ἑτοίμου καὶ τετάχθαι τὴν βελτίονα

τάξιν τὴν ἐπὶ δεξιᾷ. τὰς δὲ κολάσεις ὑποστέλλειν καὶ τὴν καταδεεστέραν χώραν πεκληρῶσθαι τῷ ἐπ' ὀνύμασι. Deinde ubi collibuit, his depositis refingebatur in Apollinem, corona radiata Caput redimitus, arcum & sagittas sinistra tenens, dextra porrigens gratias, quod ita deceret in prompto esse id quod melius, pœnas verò supprimi, & ad sinistram retrudi in locum posteriorem.

Lascivo diversus habitus exprobrat petulantiam. *De Thraseâ Capito Cossutianus Neroni*: Et habet sectatores vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vultumque eius sectantur, rigidi & tristes qui tibi lasciviam exprobrent.

Laus honorque nimius, ipsam etiam efferat modestiam.) *Dictum Dionis Cassii, cuius verba iam semel citavimus è libro* XLIV.

Laus maior boni est mariti, quàm Senatoris boni.) *Rationem reddit Plutarchus capite* XXXVIII. *Catonis Maioris.*

Laudibus labore partis plurimo nemo invidet.) *Plutarchus, libello de sui laude, cap.* XVII. *f*: Ὡς γὰρ οἰκίαν καὶ χωρίον, οὕτω καὶ δόξαν οἱ πολλοὶ καὶ ἀρετὴν, τοῖς αὐτὴν καὶ ῥᾳδίως ἔχειν δοκοῦσιν, οὐ τοῖς περιμένουσι πόνων πολλῶν & κινδυνίων φθονοῦσιν. Vt domum aut prædium, ita gloriam quoque & virtutis laudem vulgo, iis qui gratis & nullo negocio

gocio ; non qui redemerint multis laboribus & periculis, invident.

Lectionis indeficiens cura, parens peritiæ eſt.) *Ennodius libro* VII. *Epiſtola* IX. pompam, quam in literis fugitis, obtinetis : nec aliud eſt loqui veſtrum, niſi declamationum inſignia cuſtodire. hoc in vobis natura, hoc peritiæ mater indeficiens lectionis cura congeſſit.

Lectione magis firmanda multa mens, quàm plurium.) *Quintilianus libro* X. *Inſtitut. Orator. cap.* I. Sed dum adſequimur illam firmam facilitatem, optimis adſuefaciendum eſt : & multa magis quàm multorum lectione firmanda mens, & ducendus color.

Lex bona imbecilliorem tradit fortioribus.) *Brennus legatis Romanis apud Plutarch. in Camil. c. 26.* Οὐδὲν οὐδὲ ὑμᾶς γε δίκαιον ἐδὲ ἄδικον ποιοῦντες, ἀλλὰ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν νόμων ἀκολουθοῦντες, ὃς ὦ κρείττοσι τὰ τῶ ἡττόνων δίδωσιν ἔχομεν δ' ἀπὸ θεοῦ, καὶ πλουτῶν εἰς τὰ θηρία. καὶ γὰρ φύσις ἐκ φύσεως ἔνεστιν, τὸ ζητεῖν πλέον ἔχειν τὰ κρείττονα τῶν ὑποδεεστέρων. Neque factum id veſtrum tamen iniquum ſit, ſed antiquiſſimam legem ſequimini ducem, quæ fortibus res largitur ignavorum, ducta à DEO & ad bruta uſque terminans. Nam & his natura comparatum eſt ut præferri imbecilioribus velint præſtantiora.

Legibus cœleſtibuſque ſervit temperantia.) *Temperantiam eſſe, Deis legibuſque obſequi, pulcrè*

ostendit Julianus Imp. in Antiochensi seu Misopogone; qui consulatur.

Libera est minus quæ charis exhibetur servitus.) *Ennodius libro* VIII. *Epist.* XV: Ante experimentum amicorum fides occulta est, postquam in lucem processerit, eorum qui aliquid saporis habuerint, sibi mentes obligat. est tamen minus libera servitus quæ charis exhibetur &c.

Liberali animo, labores merces sunt amplissima.) *Est sententia D. Nazianzeni, ex Oratione* XL.

Liberi per omne tempus sunt dolor parentibus.) *Notus est Eueni versus:* Ἴδε ὅσον λύπη παῖς πατρὶ παύτα χρόνον: Patri per tempus filius omne dolor; *quem egregiè illustrat Plutarchus libello de Amore prolis.*

Liberi quidem mali sunt, servi sed boni Iones.] *Nulli non cognita sententia, ad quam faciens etiam fuit Caligula Imperator. de quo dictum Passieni Oratoris,* Neque meliorem unquam servum, neque detreriorem dominum fuisse. *meminit Tacitus libro* VI. *Annalium capite* XX. *p.*

Liberis para eripi quod non queat viaticum.) *Monitum Philosophi apud Vitruvium proœmio libri* VI. *Architecturæ.*

Liberos mali parentes attamen bonos volunt.) *Seneca pater libro* IX. *Controvers.* VI: Montanus cùm diceret illum locum, quamvis sceleratos parentes, velle tamen innocentes liberos suos esse, dixit: Potest ista filiam venificam fugere, si potest facere.

Liberos quæ non lactavit, mater haud est integra.) *De ea re eleganter admodum ex Phavarino Gellius libro* XII. *Noctium Attic. cap. 1. p.*

Libertas sine gratiâ, haud libertas; contumacia est.] *Dictum D. Augustini ex Epistola eius* LXXXIX.

Libertate solùm utuntur servi Saturnalibus.) *Usurpari potest contra impudentes, plusque sibi tribuentes in dictis factisve quàm par est.*

Lippo oculo manum abstinere, quin attingas non queas.) *Formatum è versu* LXXXIV. *Plautino, actu* IV. *sc. 8. Bacchidum.*

Literas didicisti: quando scis, sine alios discere.) *Est & istud ex eodem Plauto, versu nimirum* XXII. *actus* IV. *sc. 2. Truculenti.*

Longe herclè opulenti loquuntur aliter atque ignobiles.) *Versus laudatus à Gellio libro* XI. *Noctium Att. cap. 4. f.*

Longè vota nostra vincunt, summi dona Numinis.) *Salvianus libro* II. *contra Avaritiam:* Quod quisquis vel sanctorum es ille, vel divitum, primùm benevolentiâ ac dono Dei & natus, & altus, & educatus es: quod rebus ad vitam necessariis communitus, quod etiam non necessariis locupletatus, quod plus ad usum tibi Dominus tuus tribuit, quàm modus usuum postulauit; quod extendit denique super spes tuas munera sua, & quod est maximum ac rarissimum, dona illius etiam tua vota vicerunt.

Lucra sola sunt quibus parens est liberalitas.) *Hoc est, verè sunt habenda pro lucris quæ liberaliter effudimus; qui divitias dum tribuimus, accipimus.*

Luca bos murem timet, timet leo gallinacium.) *Locum habet, ubi docemus à viliſſimis etiam territari ſummæ potentiæ viros.*

Lucubraturus bibebat nil quàm aquam Demoſthenes.) *Lucianus in ejuſdem Oratoris encomio:* Οὐ σ ῥυπήλατον παρεῖχε τὸν λόγον. ὁ γὰρ ὡς τὸν Αἰσχύλον ὁ Καλλισθένης ἔφη πυλέγων τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν, ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν, οὐχ ὅτως ὁ Δημοσθένης σπουδάζει πρὸς μέθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ὕδωρ πίνων, ἢ καὶ τὸν Δημάδην ποιῆσαί φασιν εἰς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγουσιν, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. Πυθέα δὲ ὁ κρότος τῶν Δημοσθενικῶν λόγων λύπης ἐφαίνετο τοῦ νυκτερινοῦ λυχνοῦ. Non enim componebat orationes ebrius, ut Caliſthenes Æſchylum ait tragœdias inter pocula ſcripſiſſe, cùm vino incaluiſſet. At Demoſthenes ſcribens aliquid, aquam bibebat. Et extat hac de re Demadis jocus, qui dixit, alios ad aquam dicere, Demoſthenem verò etiam ſcribere ad aquam. Et Pytheas inquit, orationem Demoſthenis lucernam olere.

Ludicris capi haud debebat vrbs quæ mater urbium eſt.) *Religiosè D. NaZianZenus, Conſtantinopolitanis ſine Orationis* XXVII: Ὑμεῖς ἡ μεγάλη πόλις, οἱ πρῶτοι μετὰ τὴν πρώτην Αἰθέως, ἢ μηδὲ τῆς πρώτης χωρωῦσα, φαίητέ μοι πρῶτοι, μὴ

μὴ τὴν κακίαν, ἀλλὰ τὴν ἀρετήν. μὴ τὴν ἔκλυσιν, ἀλλὰ τὴν εὐνομίαν· ὡς ἔστιν αἰσχρὸν, τῶν μὲν πόλεων κρατεῖν, τῶν δὲ ἡδονῶν ἡττᾶσθαι, ἢ τὰ μὲν ἄλλα ζῆν φρονεῖν, περὶ δὲ τοὺς ἱππικοὺς καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ ξύλα, καὶ τὰ κυνηγέσια σφόδρα μεμηνέναι, ὥστε ταῦτα ποιεῖσθαι βίον, καὶ πόλιν εἶναι παιζόντων τὴν πρώτην ἐν πόλεσιν, εἰ καὶ τοῖς ἄλλαις τύπον εἶναι καλοῦ πάντὸς πρεπωδέστερον.

Vos magnæ urbis cives, qui primi ſtatim poſt primam eſtis, aut ne id quidem ei conceditis, ita vos gerite, ut primi, non improbitate, ſed virtute, non morum diſſolutione ac mollitie, ſed optimis legibus ſitis. Turpe enim fuerit, ſi hæc urbs ita urbibus aliis præſtet, ut tamen voluptatibus cedat, aut cætera quidem gravis & moderata ſit, verùm circa ludos Circenſes, & ſpectacula, & curſus ac venationes adeò inſaniat, ut hæc pro vita & ſerio quodam inſtituto habeat, atque urbs, inter urbes principatum tenens, ludentium urbs ſit, quam aliis quoque virtutum omnium exempla præbere multò æquius erat & congruentius.

Ludo utendum eſt, ut ſatis jam rebus factum eſt ſeriis.] *Suggillantur iſto verſu multi Principes quibus erga ſunt parerga, & contra*

Lumen ingenii probi ipſo elucet & aliquo in joco.) *Verbum Ciceronis libro* I. *de Officiis cap.* XXIX. *m.*

Lux

Lux bene acta, plus patet quàm non bene actum ſæculum.) *Julianus Imp. Epiſtolâ ad Oribaſium:* Εἰ δὲ καὶ παθεῖν τι συμβαίη, μετὰ καλοῦ γε ξυνδότου ἀ μικρὰ ὀκνήσαιμι περὶ θνητῶν. τὸν δὲ χρηστὸν Σαλούστιον θεοὶ μέν μοι χαρίσαιντο. κἂν συμβαίη δέ τι διὰ τὸ τυγχάνειν διαδόχου, λυπήσει τυχὸν οὐδέν. ἄμεινον γὰρ ὀλίγον ὀρθῶς, ἢ πολλὰ κακῶς πράξαι χρόνον. Quòd ſi etiam perpetiendum ſit aliquid, non parva conſolatio eſt, cum recta & integra mentis conſcientia proficiſci. Vtinam dii Saluſtium virum probum nobis concedant. Ac ſi propterea ſucceſſor fortè nobis dabitur, nihil erit, ut ſpero, moleſtum. Etenim breve tempus bene & innocenter actum, peccanti immortalitati anteponendum eſt.

Lucis adfectum, trophæi guſtus præſens abdicat.] *Ennodius libro* II. *Epiſtola* 19. Quàm timui ne velut exhausta ceſſaret, dum epiſtolæ veſtræ frontem alienis fuſcatam præſtigiis ſollicitus trutinator aſpicerem! more parentis attoniti, qui cùm carum pignus ad bella tranſmittit, nec de explorata eſſe patitur virtute ſecurus. Ad incrementa ſollicitudinum triumphos filii numerat, non quietis. Plus experræ metuit felicitati, cui formidinem miniſtrat affectio. quia ignara cautionis eſt mens inſtituta victoriis; & in acie amor laudis ſalutis oblivio; trophæi guſtus abdicari imperat lucis affectum. Sapor vitæ illos tantùm poſſidet, qui de conflictibus venientia bona nulla didicerunt. ſemper ad gloriam jungitur, quod de incolumitatis propriæ cura deceſſerit.

Luxu-

Luxuriæ æstum effervescentis, nisi coerces incitas. *Gellius libro* II. *Noct. Atticarum cap.* XXIV. *f.* Esse etiam dici Capito Ateius edictum divini Augusti an Tiberii Cæsaris, non satis commemini. quo edicto per dierum varias sollemnitates à trecentis sestertiis ad usque duo milia sumptus cœnarum propagatus est; ut his saltem finibus luxuriæ effervescentis æstus coerceretur.

Luxuriosus Iuvenis peccat, insanit sed enim senex.) *Junius Gallio lib.* II. *Controversia 6.* Senex amans, senex ebrius, circumdatus sertis, delibutus unguentis, & in præteritos annos se retrò agens, & validus in voluptatibus, velut iuvenis exsultans, nonne portentum est! luxuriosus adolescens peccat, senex luxuriosus insanit.

Lympha plus calet marina, quàm fluenta fluminum.) *De Sequanâ quam mare influit, tale quid asseverat in Misopogone Iulianus Imperator.*

Maiestate modò suis prior est Rex; servus cetera.] *De Nicia in vita ipsius Plutarchus cap.* XI. *f:* Τῷ δ' ὄντι τοιοῦτος ἦν ὁ Νικίου βίος, ὡς τ' αὐτὸν εἰπεῖν τὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος εἰς αὐτόν. Πρασσέτω μὲν τοῦ βίου τὸν ὄγκον ἔχομεν, τῷ δ' ὄχλῳ δουλεύομεν. Revera autem ea vita fuit Niciæ, ut de se ipse illud posset Agamemnonis dicere; Fastus quidem specie reliquis præcellimus, Verùm ministri multitudinis sumus.

Magna ad parva, parva ad nihilum attentione deruas.) *Plutarchus præceptis reipublicæ gerendæ cap.*

LXXXVIII: Διὸ χρὴ μὴ καταφρονεῖν τῶν πολιτικῶν, ὥσπερ ἐν σώματι τραυματιῶν ἀλλοδρομὰς ὀξείας ἐχόντων· ἀλλὰ ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ πέζῃ καὶ βοηθεῖν· τροσοχῇ γὰρ [ὥς φησιν ὁ Κάτων] καὶ τὸ μέγα γίνεται μικρὸν, καὶ τὸ μικρὸν εἰς τὸ μηδὲν ἄγεται. Non itaque ſunt negligendæ civium veluti uno in corpore offenſæ, quæ diſcurſus habent celeres: ſed injicienda manus, opprimendæque ſunt, & facienda medicina. nam (ut ait Cato) attentione & magna in parva, & parva in nihilum redigũntur.

Magna exempla reperientium regeruntur in caput.) *Senecæ præfatione libri* X. *Controverſiarum:* Sunt Dij immortales lenti quidem, ſed certi vindices generis humani, & magna exempla in Caput invenientium regerunt: ut Iuſtiſſimâ patiendi vice, quod quiſque alieno excogitavit ſupplicio, ſæpe excipiat ſuo.

Magna maguis indigent negotia adiutoribus.) *Apud Heliodorum libro* IX: Τὰ μεγάλα τ πραγμάτων, μεγάλων δεῖται καταστάσεων. *Addatur Velleij Paterculi libri* II. *cap.* CXXVII.

Magna multi cùm minantur extricant tamen nihil.) *Sumptum de Phædri fabulâ* LXXX.

Magna ſervitus profectò, indelicatè vivere.] *Sunt Nepotis alicuius voces, aut Sibaritæ. nam alius quis potius pronuntiaſſet Syllaba minus*: Magna ſervitus profectò, delicatè vivere.

Magnitu-

Magnitudo patris, natum non producit; obruit.) *Seneca pater libro* IV. *controversiarum præfatione* : Marcellus quamvis puer, iam tantæ indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiæ suæ crederet, cùm filium Asinium relinqueret, magnum oratorem; nisi illum (quod semper evenit) magnitudo patris non produceret, sed obrueret.

Magnus esse DEI in oculis vis ? esto parvus in tuis.) *Voces Divi Augustini Sermone* CXXIII.

Magnus est amor ex ipsâ qui venit misericordiâ.) *Sunt verba Declamatoris antiqui, producta à Seneca patre libro* VIII. *Controversia 6. ad quæ respexit Argia apud Papinium libro* III. *Thebaidos, versu 705.* nescis, pater optimè, nescis, Quantus amor caussæ misero nupsisse marito.

Magnum ibi commune, vbi privatus est census brevi.] *Dictum ex Alcaicis Horatij.*

Malim dives ægrotare, valere pauper quàm benè.] *Dictum ab aliquo qui omnia ponebat in opum Pompa, nihil in animi quiete.*

Malumus falsò laudari omnes quàm iure corripi.] *Salvianus initio libri* VIII. *de Gubernatione DEI* : Omnes admodum se laudari volunt. nulli grata reprehensio est : imò quod peius multo est, quamlibet malus, quamlibet perditus, mavult mendaciter prædicari quàm iure reprehendi, & falsarum laudum irrisionibus decipi, quàm saluberrimâ admonitione servari.

Manus vetat priusquam penes sese habeat quid-

quam

quam credere.) *Depromptum de Planti Truculento, actus* V. *scenæ* 1. *versu* 9.

Mancipium spe libertatis firmes ad mendacium.) *Apuleius libro* I. *Apologetico* : Cupio produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum.

Matris est loco privignis vidua ducta illiberis.) *Apud Tacitum lib.* XII. *Annalium cap.* 2. Callistus longè rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam & mutatione, privignis parentis loco futuram.

Mavelim mihi inimicos invidere, quàm me inimicis meis.) *Versus Plauti, ex Truculento act.* IV. *sc.* 2. *versu.* 30.

Mavelim vacare culpâ, eam quàm deprecarier.) *Videatur Gellius libro* XI. *Noct. Atticarum caput* VIII. *m.*

Maxima herclè simpliciter fiducia est amantium.] *Tale quid videor legisse apud Ennodium.*

Maximam Natura habet vim? Habet Fortuna proximam.] *Voces Tullii è libro* 1. *de Officiis cap.* XXXIII. *p.*

Maximam sui voluptas sumit partem ex corpore.) *Desumptum ex Plutarchi libro de Sanitate tuenda cap.* XXI. *p.*

Maximè appetunt honores, qui recusant maxime.] *Non verè, sed simulatè, quemadmodum qui eximias quasdam formas paululum ostensas statim ex oculis subducunt, quei acrius requirantur. Super ea re non promiscua collegimus ad illud Taciti libro* 1. *Annalium cap.* 3. Caium & Lucium Cæsares nec dum positâ puerili prætextâ Principes juventutis appellari

destinari Consules, specie recusantis flagrantissimè cupiverat.

Maximè indigent ope ferri queis auri affluentia est.) *Trogi abbreviator libro* XXV. *cap.* 1. *f. de Brenni legatis ab Antigono reversis*: Omnia in maius extollentes, opes pariter & negligentiam regis ostendunt: referta auro & argento castra; sed neq; vallo, fossave munita; & quasi satis munimenti in divitiis haberent, ita eos omnia officia militaria intermisisse: prorsus quasi ferri auxilio non indigerent, quoniam abundarent auro.

Maximè inservitur illi, à quo speratur plurimũ.) *Verba sunt Ciceronis ex lib.* 1. *de Officijs cap.* 15. *f. eiusdem etiam est versus præcedens*; Maximè elabora in illis, ad quæ es ipse aptissimus, *petitus nimirum ex capite* XXX. *f. eorundem Officiorum.*

Maximè periculosa ea sunt consilia, quę optima.) *Aristides Oratione altera pro* IV. *viris*: Εἶθ' ἃ φοβηθεὶς μὴ πάθῃς σὺ ἐδημηγόρεις, ταῦτ' εἴπις ἐκείνων τέπονθεν ὡς οὐ τὰ βέλτιστα συνεβούλευεν ἰσχυρίζῃ; καὶ μὴν εἰ μηδὲν οὐδεὶς ἐπλῶ κίνδυνος, τοῦ χάριν οὐδὲν ὠνησας τὴν πατρίδα. εἰ δ' ἕτοιμον ἦν ἀπολωλέναι, τί θαυμάζεις εἴπις ἐκείνων ἐλαχήσατο συμφορᾶς. καὶ τῷ τὰ βέλτιστα λέγειν πεῖσαι αὐτὸς ἕπεσθαι τὸ κινδυνεύειν, ἐκείνους ἐξ ὧν ἡμάρτανον, ἀποστερεῖς τὸ λέγειν τὰ βέλτιστα; Ergo si in ea, quorum tu metu publica non curabas, illorum aliquis incidit, eum non optima quæque suasisse contendis? Atqui si nihil erat periculi, cur patriam nulla in re juvisti? sin erat paratus interitus, cur miraris illorũ quenquam in cladem incidisse, & cùm optima consilia cum periculis ipse conjungas, illos, postquam offenderunt, optimi fuisse consilij negas?

Maximè Regem venerantur omnes, minime quem timent.) *De Iustitia Plutarchus libro ad Principem indoctum, cap.* v. *f.* Ἡ δέ γε παρθένος ἐστὶ, καθ' Ἡσίοδον, ἀδιάφθορος, αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ ὠφελείας ἔννοια· ὅθεν αἰδοίους προσαγορεύουσι τοὺς βασιλεῖς· μάλιστα γὰρ αἰδεῖσθαι προσήκει φοβουμένους. φοβεῖσθαι δὲ δεῖ τὸν ἄρχοντα μὴ παθεῖν κακὰ μᾶλλον, τὸ ποιῆσαι· τοῦτο γὰρ αἰτίου ἐστὶν ἐκείνου. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ φόβος ἀνθρώπου ἄρχοντος φιλανθρώπου καὶ τοῦ ἀγχίνου ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων δεδιέναι μὴ λάθωσι βλαβέντες. Ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσουσιν ἐν αὐλῇ, θηρὸς ἀκούσαντες πελωρίου φρονοῦσι, οὐχ ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν φυλαττομένων. Illa autem virgo est, ut ait Hesiodus, incorrupta, verecundiæ, pudicitiæ, & veritatis contubernalis. Atque hinc reges venerandi vocantur. maximè enim venerationem merentur, qui minimè metuunt. Debet autem Princeps magis metuere ne quid faciat mali, quàm ne quid patiatur: illud enim huius est causa. Atque hic metus humanus est Principis, & non degener, timere subditis, ne quod imprudentibus accidat malum.

Qualis propter oves canibus metus acris in aula
Incidit, audita est ubi fors fera:
Non pro se, sed pro custodiæ suæ commissis.

Maximè viris bonis laus debita est ac gloria.) *D. Nazianzenus, Oratio.* XI. *in laudem Gorgoniæ:* Πάντων δὲ ἀποπώτατον, εἰ ἀποστερεῖν μέν τι τοὺς ἰδίους, ἢ λοιδορεῖσθαι, ἢ κατηγορεῖν, ἢ ἄλλό τι ἀδικεῖν ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον, τοῦτο δικαίους εἶναι δήσομεν, ἀλλὰ καὶ πάντων κάκιστον τὴν κατὰ τῶν οἰκειοτάτων ὠμότητα, λόγον δὲ ἀποστεροῦντες ὃ πάντων μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς ἐστιν ὀφειλόμενον, καὶ ᾧ τὴν μνήμην αὖ αὐτοῖς ἀθάνατον καταστήσαιμεν. ἔπειτα δί-

καιον

καιόν τι ποιεῖν οἰησόμεθα, καὶ πλείω λόγον ἕξομεν τ πονηρῶν τὸ πρὸς χάριν αἰτιωμένων, ἢ τῶν ὀρθῶν ἁπάντων τὸ πρὸς ἀξίαν, καὶ τοὺ μὲν ἔξωθεν ἐπαινεῖν, οὐ κωλύει τὸ ἄγνωστον καὶ ἀμάρτυρον· καὶ τοίγε πολλῷ δικαιότερον ἰῶ, τοὺ γινωσκομένους δὲ ἡ φιλία κωλύσει, καὶ ὁ παρὰ τ πολλῶν φθόνος. καὶ τούτων μᾶλλον τοὺ ἐνθένδε ἀπηλλαγμένους, καὶ εἰς ἄφρον τὸ χαρίζεσθαι, καταλιπόντι μετὰ τ ἄλλων, καὶ τοὺ ἐπαινοῦντας ἢ ψέγοντας.

Illud autem omnium absurdissimum fuerit, si, cùm propinquos aliqua re fraudare, vel convitijs incessere, vel accusare, vel quoquo modo lædere minimè pium esse censeamus, immò scelus illud, quod in homines genere coniunctissimos perpetratur, omnium maximum esse judicemus. Oratione tamen eos fraudantes (quæ bonis viris maxime debetur, & per quam immortalem eorum memoriam reddere queamus) æqui aliquid nos facere arbitremur, majoremque improborum, qui nos ad gratiam loquî criminantur, quàm bonorum, qui meritas laudes expoſcunt, rationem habeamus: cumq; nos ab exterorum laudibus prædicandis ea causa non deterreat, quòd eorum virtus nobis haudquaquam perſpecta & testata sit (quanquam id multò æquius fuerat) amicitia tamen, ac subeundæ multorum invidiæ metus, nos impediat, quò minùs notos laudemus, eosque potissimùm, qui extremum vitæ diem clauserunt, & à quibus gratiam inire studere nimis jam serum sit: quippe qui, ut alia omnia ita laudatores etiam & vituperatores reliquerunt.

Maximè ultione gaudent pueruli atque feminæ) *De pueris, D. Chryſoſtomus Homilia* v. *ad Coloſſenſes*: οὐδὲν γὰρ οὕτω πρὸς ἄμυναν ὥρμηκεν ὡς παιδικὴ διάνοια.

ἐπιδοὴ γὰρ ἀλογίας ἐστὶ τὸ πάθος, πολλὴ δὲ ἡ ἀλογία, καὶ πολλὴ ἔνδεια λογισμοῦ ἡ ἐρημία ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ, εἰκότως τυραννεῖται ὑπὸ θυμοῦ τὸ παιδίον: καὶ τοσαύτη ἡ τυραννὶς ὑπὸ θυμοῦ, ὥστε πολλάκις σφοδραίνοντας καὶ βιαναστάντας, ἢ γόνυ τύπτειν, ἀγανακτοῦντας, ἢ τὸ ὑποπόδιον ἀναστρέφειν, καὶ οὕτως ἀναπαύειν αὐτῶν τὴν ὀδύνην, ἐν τῷ ὀδυνᾶν, καὶ τὴν ὀργὴν σβεννύειν. Nihil ad ultionem æquè incitatur atque pueri animus. Nam quoniam rationis egestatis est is animi motus ac perturbatio: magna autem egestas rationis, & considerationis magna defectio est in illa ætate, meritò ab iræ tyrannide opprimitur puer, & tanta tyrannide, ut sæpe quum ad terram se alliserint & surrexerint, aut irascentes genu pulsent, aut scabellum evertant, & ita dolorem sedent, & iram extinguant. *De fœminis, notum est satis illud Iuvenalis Satyræ* XIII. Vindicta nemo magis gaudet quàm fœmina, &c.

Maximum malum inferunt opes se possidentibus.) *Hoc ipsum pluribus ostendit Libanius Vituperio Divitiarum, qui inter alios videatur.*

Maximum sanctissimumque Natura ipsamet sacrum est.) *Plutarchus libro de Fraterno amore capite* IV. *f.* Ὡς γὰρ εἰκόνα κοσμεῖν ἀδελφοῦ, τὸ δὲ σῶμα τύπτειν καὶ ἀκρωτηριάζειν μανικὸν, οὕτως τοιοῦμα σέβεσθαι καὶ τιμᾶν ἐν ἑτέροις, αὐτὸν δὲ μισεῖν καὶ φεύγειν, οὐ χυδαίνοντός ἐστιν, οὐδ' ἐννοῦ πώποτε τὴν φύσιν, ὡς ἁγιώτατον καὶ μέγιστον ἱερὸν, λαβόντος. Vt furiosum est, simulacrum ornare fratris, corpus eius pulsare & mutilare: sic nomen fratris in alijs venerari & colere, ipsum fratrem odisse & fugere, parum sani est, ac eius qui nondum in animum induxerit naturam sanctissimum esse ac maximum sacrum.

Melius

Melius eſt habere Chriſtum in corde quàm penatibus.) *Sententia, D. Auguſtino frequentata.*

Membrum nullum tam puſillum eſt, corpori quin ſit decus.) *Ergo ne temerè pœna ſumatur, vel de minimo Quiritium, niſi ſumma neceſſitate: eſt utique particula Reipublicæ tuæ. Seneca libro 1, de Clementia cap.* XVI. Nemo Regi tam vilis ſit, ut illum perire non ſentiat: qualiſcunq;, pars imperij eſt. *Alior ſum etiam transferas, D. Chryſoſtomus Homilia* XXX. *1. ad Corinthios:*

Ἔσωσαν ὀφθαλμοὶ λάμποντες, καὶ παρειὰ μέδιῶσα, καὶ χεῖλος ἐρυθρὸν, καὶ ῥὶς ἀγαθὴ, καὶ ὀφρὺς ἐπτεταμένη: ἀλλ' ὅμως κἂν τὸ τυχὸν ἐκ τούτων λυμανῇς, τῷ παντὶ πάντων ἐλυμήνω καλῷ, καὶ πάντα κατηφείας μεστὰ, καὶ πάντα αἰσχρὰ φανεῖται τὰ περὶ τοῦτο καλά. ἂν γὰρ τὸ ἄκρον μόνον τοῦ ῥινὸς σαπτείψῃς πάντων πολλὴν κατέχεας τὴν αἰσχρίαν. καὶ τοί γε ἑνὸς μέλους ἐστὶν ἡ πήρωσις. καὶ ἐπὶ χειρὸς ὁμοίως, ἂν ἑνὸς δακτύλου τὸ ὄνυχα ἐξέλῃς τὸ αὐτὸ γινόμενον ὄψει. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ ἐνεργείας βουληθείης τὸ αὐτὸ συμβαῖνον ἰδεῖν, αἶρε δάκτυλον ἕνα, καὶ σὺ λοιπὰς ἀργοτέρους ὄψει, καὶ σὺκέτι τὰ αὐτῶν ποιοῦντας ὁμοίως. ἐπεὶ οὖν καινὸν αἶσχος ἡ τοῦ μέλους ζημία, καὶ καινὸν κάλλος ἡ σωτηρία, μὴ ἐπαιρώμεθα, μηδὲ ἐπεμβαίνωμεν τοῖς πλησίον. διὰ γὰρ ἐκεῖνο τὸ μικρὸν μέλος, καὶ τὰ μέγα ἐστὶ καλὸν, καὶ ὡραῖον, καὶ διὰ τὰ βλεφαρίδων ὀφθαλμὸς καλλωπίζεται. ὥστε ἑαυτῷ πολεμεῖ ὁ τῷ ἀδελφῷ πολεμῶν. ὁ γὰρ μέχρις ἐκείνου τὰ τοῦ βλάβης, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ μικρὸν σωτηρίαν ζημίαν. Sint lucentes oculi, & gena ſubridens, & labrum rubicundum, & naſus rectus, & porrectum ſupercilium; ſed tamen ſi quodlibet ex ijs peremeris, perimes etiam communem omnium pulchritudinem, & apparebunt omnia triſtitiæ plena,

& turpia, quæ prius erant pulcra. Nam si vel solam summam nasi partem contriveris, in omnia summam infuderis deformitatem. Atqui est unius mẽbri mutilatio. Et in manu similiter, si unius digiti unguem exemeris, videbis idem fieri. Si velis autem videre id ipsum evenire in operatione, tolle unum digitum, & videbis cæteros magis otiosos, & suo munere non fungentes similiter. Quam ergo communis turpitudo sit unius membri jactura, & pulchritudo eius conservatio, ne efferamur, neq; insultemus propinquis. Nam propter illud parvũ membrum, & quod magnum est, est pulchrum & decorum. & per palpebras ornatur oculus. Secum itaq; bellum gerit, qui cum fratre belligeratur. Non enim ad illum solùm pertinet damnum, sed ipse quoq; non parvum accipiet detrimentum.

Mens generosa religiosam observat diligẽtiam.) *Sunt voces Ennodij ex lib.* III. *Epist. 26. quemadmodum & eodem legitur lib.* II. *Epistol. 19.* Mens victoriis adsueta cautionis nescia est.

Mens generosa cuncta amat tentare quam otiarier.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XXXVII. οὐκ αὐτέχετην ἡ φιλότιμος ψυχὴ, ἐρασώνης πόθῳ, τὸ μὴ ἀφ' ἁπάντων ἐλθεῖν, καὶ μεταχεῖν κοτίνου μόνον ὀλυμπιάσιν, ἀλλὰ καὶ πίτυος ἰσθμικῆς, καὶ σελίνου ἀργολικοῦ. καὶ μήλων πυθικῶν· καὶ ταῦτα, οὐκ αὐτὴ ἔχουσα ἡ ψυχὴ τὴν αἰτίαν τῆς ἀγωνίας, ἀλλὰ ἀφ' τῶν συνοίκησιν τε καὶ πρὸς τὸ σῶμα ὁμιλίαν, συναπολαύσας τῆς νίκης αὐτῶν καὶ τῶν κηρυγμάτων. Non facilè à se generosa impetrare potest anima, ut non omnia experiri malit, quàm ociari: nec oleastrum tantum Olympieis, sed & pinum Isthmicis, & apium Argolicum, & mala cõsequatur Pythica.

Pythica. Cùm præcipuè non cauſa ſua hæc certamina ſubeat anima, ſed ob eam, qua cohæret cum corpore ſuo, & verſatur conſuetudinem, victoria ipſius quoq; delectetur & præconio.

Menſe quovis ter maritus minimùm viſat conjugem.) *Plutarchus in Amatorio cap.* XLVI. *p.* Καὶ τὸ τῆς ἡδονῆς μικρόν· ἡ ὑ ἀπὸ ταύτης αὐξομένου καθ' ἡμέραν τιμὴ καὶ χάρις καὶ ἀγάπησις ἀλλήλων καὶ πίστις, οὔτε Δελφοὺς ἐλέγχει ληροῦντας ὅτι τὴν ἀφροδίτην ἅρμα καλοῦσιν, οὔτε Ὅμηρον φιλότητα τὴν τοιαύτην σεμνοποιοῦντα συνουσίαν· τόν τε Σόλωνα μαρτυρεῖ γεγονέναι τῶν γαμικῶν ἐμπειρότατον νομοθέτην, κελεύσαντα μὴ ἔλαττον ἢ τρὶς κατὰ μῆνα τῇ γαμετῇ συγγίγνεσθαι· οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα· πόθεν; ἀλλ' ὥσπερ αἱ πόλεις ἀφ' ὡρῶν σπονδὰς ἀνανεοῦνται πρὸς ἀλλήλας, ἵνα ἀεὶ βουλόμενοι ἀνανεοῦσθαι τὸν γάμον ἐκ τῶν ἑκάστοτε συλλεγομένων χρημάτων ἐν τῇ τοιαύτῃ φιλοφροσύνῃ. Et voluptatis quidem exigua eſt portio: ſed qui hinc quotidie pullulat honor, gratia, amor mutuus, atque fides, oſtendit Delphos nequaquam deliraſſe, qui Venerem, harma, quaſi currum, à coniunctione nominaverunt: neque Homerum, qui coniugum concubitum, amicitiæ voce ornavit. tum Solonem peritiſſimum fuiſſe coniugalium legum conditorem, qui ter minimùm quovis menſe maritum cum uxore coire juſſit; non ſane voluptatis cauſa: ſed ſicut civitates inter ſe fœdera temporis aliquo intervallo renovant: ita volens amicitiam matrimonij ſubinde hac ratione inſtaurari.

Menti ratio, voluptas propria corpori eſt.) *Brevior eſt verſus quàm ut conſiſtat inter Trochaicos. Iambo propior videtur. Cæterùm idem planè dicit quod illud*

Maximi Tyrij Dialexi XXXIV. Ἴδιον σοφρόνων μὲν ἡδονὰς, νοῦ δὲ λόγος.

Menti incumbit exornandæ ſapiens, ſtultus corpori.) *Rectè igitur Demoſthenes in Oratione amatoria:* Καὶ διόλη πάντων ἀλογώτατόν ἐστι, τοὺς μὲν ἀξιομαθεῖς καὶ ἐρωμένους καὶ τὰ τοιαῦτα φιλοτίμως ἔχειν, καὶ πολλὰς ἀνέχεσθαι κακοπαθείας, ἃ πάντα θνητά ἐστι, καὶ τῇ διανοίᾳ μελετᾶν ἐᾶν. τὴν δ' ἐπισατεῦσαν μὲν τῶν ἄλλων, ἅπασι δὲ προεδρεύουσαν τοῖς ἔχουσιν, ὅλου δὲ ἡγεμονεύουσαν τοῦ βίου, μὴ ζητεῖν ὅπως διακείσεται βέλτιον· καίτοι καλὸν μὲν καὶ διαπύθεσθαι ἐν τοῖς ἀπουδαιοτάτοις θαυμάζεσθαι· πολὺ δὲ κάλλιον διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τὴν αὐτοῦ μηδενὸς τῶν ἐνδόξων ἀμοιρον γενέσθαι. τὸ μὲν γὰρ ἐνίοτε καὶ τοῖς φαύλοις μεταφρεῖν συνέβη· τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἄλλοις μεγαλοψύχοις ἐν ἀνδραγαθίᾳ διαφέρουσιν.

Atq; omnium eſſe abſurdiſſimum, parandarum opum, augendique roboris, & rerum ſimilium ardere cupiditate propterea que multas ærumnas perpeti: quæ omnia mortalia ſunt, mentique ſervire conſueverũt: ut verò ipſa mens, quæ cætera gubernat, quæ nunquam deſerit, quæ totius vitæ dux & magiſtra eſt, excolatur, non elaborare. Præclarum ſanè & fortunæ beneficio, inter excellentes eſſe admirationi: ſed multò præclarius eſt, ſuapte induſtria quicquid eximium ſit, eſſe aſſecutum. Nam illa etiam improbis non rarò ſeſe offert: hæc vero nemini adeſt, niſi virtute præſtantiſſimo.

Mentis tumultus nullus lictor ſubmovet.) *Et iſte verſus minus longus eſt, quàm ut huic quadret. Apparet autem fictum ex Horatiano iſto libri* II. *Oda* 16. Non enim gazæ neque conſularis ſummovet lictor miſeros tumultus mentis, & curas laqueata circum Tecta volantes.

Mer-

Mercenarium ære amicum ſuadâ ac moribus pares.) *De Cleomene Rege legitur fuiſſe eius opinionis:* ὡς ἑδενὶ φίλῳ ἀφέροντα μιᾶτωτὸν, ἢ τῷ τ' μὲν ἡδεικῇ λόγῳ, τὸν δ' ὑπὸ χρημάτων ἁλίσκεσθαι: nihil inter amicum intereſſe & mercenarium, niſi quod pecuniâ hic, civilitateille, & feſtivis verbis capiatur.

Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ, ſeptimum Orco ſpondeo.) *Laudatur à Tullio lib.* II. *de Finib. &c.*

Militaris ars ignota redditur per otium.) *Tacitus libro* XII. *Annalium cap.12.p.* Ea tempeſtate Caſſius cæteris præerat peritia legum: nam militares artes per otium ignotę, induſtriosq; ac ignavos pax in æquo tenet. *Adeatur Livius lib.* XXXVIII. *cap.53.f. Joſephus lib.* V. *Antiquit. Iudaicarum ca.4.f. Caſſiodorus lib.1.variar. cap.24. &c.*

Militem famemque ferre agricola non poteſt ſimul.) *Simocatta Epiſtola* XXVII. οὐ δυνάτη γεωργὸς (καὶ) λιμὸν καὶ σφαγιώτην ἔχειν πολέμιον. οὔτε δὲ πλωτῆρες οἷοί τέ εἰσι πνεύμασιν ἅμα καὶ κεραυνοῖς ἀντιμάχεσθαι.

Non poteſt agricola famem & militem ſufferre hoſtes. neque nautæ quicumque ſint, ſufficiunt contra ventum & fulmen pugnare.

Militi pœnæ loco ſubinde contumelia eſt.) *De Corbulone Tacitus lib.* XIII. *Annal. cap.36. f.* Increpitumq; Pactium & præfectos, militesque tendere omnes extra vallum juſſit. inque ea contumelia detenti; nec niſi precibus univerſi exercitus exſoluti ſunt.

Militum peccata iure centurio ipſemet luat.) *Videatur ratio apud Libanium, ea Chria, qua Diogenes conſpicatus adoleſcentem petulantem, pulſavit padagogum, &c.*

Militum magè sunt favoris, quàm virtutis præmia.) *Ut in rebus civilibus, ita etiam militaribus dominatur ambitio. quare sæpe nullis de causis hi vel illi donantur, cum interim bene meriti deprimantur ac vilescant. de quo vitio, multa adgessimus ad illud Taciti libro* III. *Annal. cap. 72. f.* Neque multò post Cæsar, cum Lunium Blæsum Proconsulem Africæ triumphi insignibus attolleret; dare id se dixit honori Sejani, cuius ille avunculus erat.

Minimè magna dissimulabit, qui advertit levissimis.) *Apud Tacitum insit Thraseæ Pætus libr.* XIII. *Annalium cap. 49. f.* Magnarum rerum curas non dissimulaturos, qui animum etiam leviss imis adverterent.

Minimè verbis attendendum est, facta ubi aliud arguunt.) *Hinc prudenter Cicero apud Cassium libro* XLV. Πολέμιός μοὶ ἦ πάλαι καὶ πάντα χόθεν ὢν ἡμῖν ἐλέγχεται. ἔχει δὲ οὕτως· αἰ μοὶ ἤδη καὶ τὴν ταχίστην ἀμυνώμεθα αὐτὸν, πάντα καὶ τὰ σφετερίσα ἀναλήψόμεθα· αἰ δ' ἀμελήσαντες ἕν ποιεῖν, σφετέρωμεν ἕως ἡμῖν αὐτὸς ἐκεῖνος ἐπιβουλεύειν ὁμολογήσῃ, πάντων ἁμαρτησόμεθα. ἕν μοὶ γάρ, οὐδ' αἰ σφὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σφοστελαύνῃ, ποιήσει. ὥσπερ οὐδ' ὁ Μάριος, οὐδ' ὁ Κίννας, οὐδ' ὁ Σύλλας· αἰ γὰρ ἐν τῷ κράτει τῶν πραγμάτων ἦσαν, οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐ δράσει τῶν αὐτῶν ἐκείνοις, ἢ ἔχαλεπώτερον. ἄλλα γὰρ λέγων οἱ σφᾶς ἁλισκόμενοι, καὶ ἄλλα ποιεῖν οἱ καλορθώσαντες εἰώθασι· σφὸς μοὶ γὰρ τὸ κράτιστον τούτου, πάντα πλάττοντες· τυχόντες γὰρ αὐτοῦ, οὐδενὸς ὧν ἐπιθυμοῦσιν ἀπέχοντες. Porro, quoniam jamdudum omni ex parte Antonius hostis noster esse convincitur, ita res habet, ut si statim in eum vindicemus, etiam eorum, quæ prius amisimus recuperanda-

randorum locum simus habituri: sin hanc occasionem neglexerimus, idque præstolati fuerimus, dum is insidias se nobis facere palam fateatur, omnia perdemus. Nam ne si ad ipsam quidem urbem exercitum adducat, hostiliter se agere confitebitur: sicut neque Marius id confessus fuit, neque Cinna, neq; Sylla: sed ubi omnia in sua potestate habuerit, omnia eorum crudelia facta aut æquabit aut sperabit. Nam à verbis eorum, qui rem aliam peragere cupiunt, hæc quæ ea re confecta ab ipsis aguntur discrepare solent. Eius enim rei consequendæ causa nihil non simulant: consecuti, nihil quod libido suaserit omittunt.

Miserum est, malè promerita, ut merita, si mihi ulcisci non licet.) *Versus è Plauti Trinummo, act.* v. *sc.* II. *versu* 49.

Mitte in ignem obliteratas duri ærarij singraphas.) *Debita vetera boni Principes exigere non solent, sed donare: neq; ratio securior, quàm si obligatorias tabulas igne delerent lucidissimo. Exempla nostri ævi, an reperiantur nescio. at veteris multa sunt: occurruntq; modò quædam, legenda apud Tacitum libro* XIII. *Annal. cap.* 23. *f. ut & cap.* 51. *pr. Suetonium Octavij cap.* XXXII. *Domitiani cap.* IX. *in Plutarchum in vita Agidis cap.* XVII. *p. Ausonium Gratiarum actione ad Trajanum; Ammanum libro* XXXI. *cap.* 40. *in Dionem Cassium libro* LIII. *non longe ab initio; Spartianum in Adriano cap.* VII. *f. Aurelium Victorem in Aureliano; Symmachum lib.* X. *Epist.* XLVII. *pr.*

Mole quod sua laborat, esse non potest bonum.) *Verba fere Senecæ è cap.* XIV. *de vita beata.*

Moribus pauci coli meruere, plures fascibus.)

Alludunt

Alludunt istis D. Cypriani libro II. *Epistola* 2. *ubi loquitur de cultu & honore habito magistratibus:* Neque enim moribus coli meruit ille, sed fascibus.

Mors mala haud ea est putanda, vita quam anteit bona.) *Voces D. Augustini, ex lib.* 1. *de Civitate Dei, capi* XI.

Mors ultronea actionum ne fuga sit, sed actio.) *Præclarè Therycioni Cleomenes apud Plutarchum in vita ipsius cap.* XLIV. Τῶν ἀνθρωπίνων τὸ ῥᾴδιον, ὦ πονηρὲ, καὶ πᾶσιν ἑτοιμότατον ὀνώνων, ἀποθνήσκειν, ἀνδρεῖον εἶναι δοκεῖς, φεύγων αἰσχίονα φυγὴν τὸ πρότερον; πολεμίοις μὲν γὰρ ἐνέδωκαν ἤδη καὶ κρείττοσιν ἡμῶν, ἢ τύχῃ ζφαλέντες, ἢ βιασθέντες ὑπὸ πλήθους. ὁ δὲ πρὸς πόνους καὶ παλαιπωρίας, ἢ δόξας ἀνθρώπων ἀπαρρησίων, ἡττώμενος τὴν ἑαυτοῦ μαλακίας. δεῖ γὰρ τὸ αἰσχρὸν θάνατον, οὐ φυγὴν εἶναι πράξεως, ἀλλὰ πρᾶξιν. αἰσχρὸν γὰρ ζῆν μόνοις ἑαυτοῖς καὶ ἀποθνήσκειν· ἐφ' ὃ νῦν σὺ προκαλεῖς ἡμᾶς, ἀπὸ δόξων ἀπαλλαγὴν τῶν παρόντων, καλὸν δὲ οὐδὲν οὐδὲ χρήσιμον ἄλλο πράττοντα. ἐγὼ δὲ καὶ σὲ καὶ ἐμαυτὸν οἶμαι δεῖν τὰς ὑπὲρ τοῦ πατρίδος ἐλπίδας μὴ καταλιπεῖν. Quod in rebus mortalium est facillimũ, sceleste, & omnibus promptissimum, captando vitam finire, existimas esse te fortem, quum fugam consciscas priore fœdiorem. Nam hostibus cesserunt jam & nobis præstantiores, vel fortuna titubantes vel oppressi numero: qui verò laboribus & ærumnis, vel præconiis & probris hominum fatiscit, is à sua ipsius superatur pravitate. Debet enim consulta mors non fuga esse actionum, sed actio. siquidem deforme est, sibi soli vivere & mori: quò tu nunc nos vocas, qui præsenti fortuna properas expedire te, nec quicquam egregiè aut utiliter efficis

aliud.

aliud. Ego verò & te & me existimo non debere spem deserere patriæ serviendi. ubi nos illa deseret, facillimè emori, ubi voluerimus, licebit.

Mores legeis perduxerunt in potestatem suam.) *Dictum Plautinum, è Trinummi act.* IV. *scen.* III. *versu* 30.

Moribus turpissimis sunt quæ se pulcras sentiũt.) *Ennodius dictione* XXVI. Habuimus conjugem honestis per longum moribus institutam, alieni ignaram contubernij, quæ non optaret desiderare, quod non licet. Non illam usus præcipitavit in vitia; sed scelerati prædonis impulsu secuta est Paridẽ voluntate captiva. Nunquam ad hoc illam erexit forma conscientiæ, ut se crederet adamari: quia ut confidimus, turpissimis sunt moribus, quæ pulcras se esse meminerunt.

Mortuo ne maledic, eius etsi malè à nato audias.) *Aristides Oratione Platonica*: Ἐνθυμηθῶμεν δὴ καὶ τὸν τοῦ Σόλωνος νόμον, ὡς ἥμερος· μὴ λέγειν κακῶς τὸν τελευτήσαντα, μηδ' ἂν αὐτὸς ἀκούσῃ ὑπὸ τῶν αὑτοῦ παίδων. Quin etiam, quàm sit humana Solonis lex, consideremus: quæ vetat mortuo maledici, etiamsi quis à liberis ipsius malè audiat.

Mulieri nimio malefacere melius est onus, quàm benè.) *Carmen Truculenti Plautini act.* II. *scen.* V. *versu* 17.

Multa humanitus præter fatum atq; naturam accidunt.) *Dictum M. Tullij ex prima Antonianarum, cuius voces examinat atq; interpretatur Gellius libro* XIII. *cap.* I.

Multa perficit quidem vis, verùm plura occasio.) *Cicero oratione contra Antonium apud Cassium:*

Ἐγὼ

Εγὼ μὲν οἶμαι καὶ ὑμᾶς τοῦτο καὶ ὑμᾶς τἆλλα πάντα συμβουλεύω ὑμῖν μὴ μέλλειν μηδὲ διατρίβειν, ἀλλ' ὅπως τάχιστα αὐτοῖς πολεμήσητε· λογισαμένους ὅτι τὸ πλείω τῶν πραγμάτων τοῖς καιροῖς ἢ τοῖς δυνάμεσι κατορθοῦται. His aliisq; omnibus de cauſis conſulo vobis ego ne cunctemini aut rem extrahatis, ſed bellum ei quamprimum inferatis: id cogitantes, plura negotia opportunitate occaſionum, quàm viribus eſſe rectè confecta.

Multa ſunt privatis, plura at Principi deformia.) *Tranquillus in vita Claudij cap.* XL. Multa talia eius quotidiana, & planè omnium horarum & monumentorum erant, etiam privatis, nedum Principi, neq; infacundo, neq; indocto, imò etiam pertinaciter liberalibus ſtudijs dedito, deformi.

Multitudo Regem honorat, quẽ timet nimis, aut amat.) *Eſtq; adeò nihil tertiũ. Veriſſimè enim Traiani præceptor, c.* XXXIX. *Demet:* Τὸ γὰρ φαυλότατον (ὡς ἔοικεν) ἀνοίας ὄχλων βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις τεκμήριόν ἐστιν ὑπερβολὴ τιμῆς, ἧς ἐν τῇ προαιρέσει τῶν ἀποδιδόντων ἔχουσης τὸ καλὸν, ἀφαιρεῖ πολὺ πίστιν ὁ φόβος. τὰ γὰρ αὐτὰ δεδιότες ψηφίζονται καὶ φιλοῦντες. διόπερ οἱ νοῦν ἔχοντες, οὐκ εἰς ἀνδριάντας, οὐδὲ γραφὰς, οὐδὲ ἀποθεώσεις, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὰ ἔργα καὶ τὰς προαιρέσεις τὰς ἑαυτῶν ἀποβλέποντες, ἢ πιστεύουσιν ὡς τιμαῖς, ἢ ἀπιστοῦσιν ὡς ἀνάγκαις. ὡς οἵ γε δῆμοι πολλάκις ἐν αὐτῇς μάλιστα τῆς τιμῆς μισοῦσι τοὺς ἀμέτρως καὶ ὑπερόγκως καὶ παρ' ἀκόντων λαμβάνοντας. Siquidem inconſtantiſſimum profectò benevolentiæ multitudinis regibus & dynaſtis ſunt indicium effuſi honores. quorum quum poſitum ſit in habentium ſtudio ornamentum, fidem metus derogat. Eadem enim, & quũ timent, decernunt, & quum

quum amant. Quamobrem non ſtatuas ſani neque tabulas pictas vel divinos honores, ſed ſua ipſorum potius reſpicientes opera & facta, aut fidunt ut honoribus, aut ut neceſſitate expreſſis diffidunt. nam frequenter populi in ipſis maximè habendis honorib. oderunt eos, qui immodicos & immoderatos accipiunt vel à volentibus.

Multi Reges non paſtores populi agũt ſui, at lupos.) *Aut, quod eodem redit, ſubſtituunt ſibi Lupos. De primo, Maximus Tyrius Diſſertatione* XL. *f.* Καὶ τὴν Κύρου ἀρετήν. ἀρετὴν καλῶ βασιλικὴν, ἣν ἐδίδασκε μὲν Κῦρος, Καμβύσης δὲ οὐκ ἐμανθανεν, οὐδὲ Ξέρξης ἐμανθανε. Κύρῳ μὲν γὰρ ἦγειτο περσῶν, ὡς ποιμὴν θρεμμάτων, σωζων τὸ ἀπώλιον καὶ τρέφων, καὶ μήδοις πολεμῶν, καὶ βαβυλωνίους λαμβάνων, καὶ μηδενὶ ἐφιεὶς λύκῳ βαρβάρῳ, ἢ δορίᾳ ἀναμίχθηναι, τῇ ἀγέλῃ. Καμβύσης δ' ἦν ἢ αὖθις Ξέρξης οὐ ποιμένων ἀγαθῶν πονηροὶ λύκοι. Ego & virtutem Cyri regiam dico ſcientiam: quam docebat quidem Cyrus non diſcebat tamen Cambyſes, non diſcebat Xerxes. Cyrus enim Perſis non aliter imperabat, quàm pecoribus ſuis paſtor. Ille ſalutis eius curam gerebat & pabuli. Ille in Medos bellum movet, ille Babylonios invadit. Lupis verò barbaris ferisq; ne aditum quidem ad gregem permittit. Cambyſes contra Xerxesq; è bonis paſtoribus lupi evaſere improbi.

De altero Dio Caſſius libro LV. Τοὺς δὴ Βάτωνος, ὃς πολλὰ τοὺς Ῥωμαίους, ἀποστήσας τοὺς Δαλματας, ἐπολέμησε, καθ' ὁμολογίαν ποτὲ τῷ Τιβερίῳ προσεχωρησότος, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἀπὸ βήματος αὐτοῦ καθημένῳ προσενεχθέντος, ὁ μὲν Τιβέριος ἠρώτησεν αὐτὸν, τί ὑμῖν ἔδοξε καὶ ἀποστῆναι, καὶ ἰσοῦστον ἡμῖν χρόνον ἀνθιπολεμῆσαι; ὁ δ' ἔφη ὅτι

ὅλη, ὑμεῖς τούτων αἴτιοι ἐστέ. ὅτι γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῖν φύλακας οὐ κυνὰς, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους πέμπετε. Quum Bato, qui concitatis ad rebellionem Dalmatis, multum incommodi Romanis exhibuerat, tandem ad colloquium de pace cum Tiberio congressus, postridie eum in tribunali sedentem accessisset, percontatus est Tiberius, quid ita deficere, ac tantum temporis rebellare Romanis statuissent: Vos respondit Bato, in culpa estis ipsi, qui ad vestros greges custodiendos non canes pastoresve, sed lupos mittitis.

Multi non valent virtute, verùm aliorum imbellia.) *Id est*, imbecillitate. *Inde argumentum Valerij Consulis apud Livium libro* VII. *cap.* 32. Campanos quidem haud dubiè magis nimio luxu fluentibus rebus, molliciaque sua quàm virtute hostium victos esse. *Mithridates apud Sallustium Epistolæ ad Arsacem fine, de Romanis:* Exercitus sine frumento, sine auxilijs; fortuna, aut nostris vitijs adhuc incolumis. *Thucydides libro* I.

Καὶ νυνὶ τοὺς μὲν Ἀθηναίους οὐχ ἑκὰς, ὥσπερ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντας, ὁρᾶτε, καὶ αὐτὶ τοῦ ἐπελθεῖν αὐτοὶ, ἀμύνεσθαι βούλεσθε μᾶλλον ἥκοντας, καὶ ἐς τύχας πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους ἀγωνιζόμενοι καθεστῆναι ἑτοίμους καὶ τὸν βάρβαρον αὐτὸν περὶ αὐτῷ τοῦ πλείω ζημιοῦντα, καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους πολλὰς ἡμᾶς ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον ἢ τῇ ἀφ' ὑμῶν πρωρείᾳ περιγεγενημένους. Nunc etiam Athenienses, *non remotos*, (*ut ille erat:*) sed vicinos negligitis, & pro bello, quod vos illis inferre debebatis, illos arma vobis inferentes propulsare, *& certantes cum hominibus, qui* [*nunc longè*] sunt potentiores, *incertos fortunæ casus* subire mavultis:

vultis: quamvis sciatis vel ipsum barbarum sua ipsius culpa, plerunq; offendisse, quin etiam nos ipsos in bello cum ipsis Athenien sibus gesto, ipsorum erratis potiùs, quàm vestris auxilijs, *jam sæpe victoriam ab illis reportasse.*

Multo nexus caritatis arctior, quàm sanguinis.) *Iohannis Sarisberiensis Epistola* CCXXI. Arctior nexus est caritatis quàm sanguinis: & ubi cognatio distrahitur amorum, carni coniuncta caro non prodest quicquam. Ex quo fit, ut inter ipsos fratres sit alius germanior alio, dum pro conformitate morum, pro dilectionis augmento vera cognatio suum recipit incrementum. Nam quæ carnis duntaxat est, non magis est hominum quàm brutorum. Quæ quia rationis expertia sunt, & virtutis ignara, non reminiscuntur quòd mala sunt, legitimos obliviscuntur affectus, & quo provectior fuerit ætas, eò longiùs recedunt à natura, & inutiles carnis sequuntur appetitus.

Munus abiurat cœleste ineruditus nobilis,) *Ennod. Dict.* VIII. Ergo magis vestrum est, quod laudatur in homine. nemo enim, si desit testimonium facundiæ, poterit prædicare quod nascimur. Splendorem familię prodit lingua, quam tributis: fit præco generis, magistri beneficium: inerudita nobilitas cæleste munus abjurat.

Murices calcat, decreta Ecclesiæ qui proterit.) *Manuel Imperator cap.* XI. Γ'σον τῷ πρὸς κέντρα λακτίζειν, τὸ πολεμεῖν τ ἐκκλησίας τοῖς δόγμασι. χαίρω οὖν τοῖς τοῦτο ποιοῦσιν εἰρηκὼς, εἴπερ σὸν ἐνὸν αὐ τοῦ διορθώσασθαι, ὅρα μοι πλὴν τούτων μανίαν, εἰς ὃν τύπτυς κακὸν ἐνέβαλε. λακτίζ γὰρ παίειν ἐθέλουσι πλὴν τ θεοῦ ἐκκλησίαν, ἣν

ἰδίῳ αἵματι ἐξεποιήσατο, οὐδὲν ἄλλο λείπεται τύπτοις, ἢ αἱμάττειν πόδας ἰδίους ἀπλαφορᾶς θερμότητι. Repugnare dogmatis ecclesiæ, perinde est, ac si quis velit stimulis calces impingere. Quapropter hoc facientibus longum valere jussis, si corrigi nequeant; eorum mihi furorem adspicito, in quale malum præcipites ipsos agat. Quippe dum calcibus Ecclesiam Dei ferire volunt, quam ipse suo sanguine adquisivit; nihil agunt aliud, quàm quòd audacia quadam insaniæ suosmet ipsi pedes cruentant.

Musas ipsas criminatur, qui poetis derogat.) *Libanius de Achillis ira:* Ἐλεεῖν ἄξιον τοὺς καταγορεύοντας τῶν ποιητῶν, εἰ δὴ τοὺς ἐκφρονας καὶ μεμηνότας ἐλεεῖν ἄξιον· ὡς γὰρ οὐκ ἐξεστήκασι σαφῶς οἱ τούτοις ἐπιτιμῶντες, ὧν πολλοῦ δεῖ σοφίας ἐπιλελῆσθαι; θαυμάζω δὲ εἰ μὴ τοῦτο δυνάτον μαθεῖν, ὅτι θεραπεύοντες μὲν ἐκείνων, καταγορεύουσι δὲ τῶν Μουσῶν. εἰ γὰρ ἐκ τῶν τῶν Μουσῶν πνεύματος ἴδε ποιοῦσιν, οἱ δὲ τούτους λέγουσι κακῶς, ἀνάγκη ἐπ' ἐκείνους ἰέναι, τὰς αἰτίας τῶν ποιήσεων. Miserabiles sunt accusatores poetarum, si tamen dementibus & insanis tribuenda est misericordia. Nam quis non videt, planè non esse apud sese, eos qui poetas reprehendunt, à quorum longe sapientia absint? Miror autem non hoc saltem illos intelligere, sub poetarum nomine accusari Musas ipsas. Si enim de Musarum numine sua poetæ opera perficiunt, hisq; illi maledicunt, necesse est impeti Musas effectrices poeseos.

Mutuo pudore quodvis indiget connubium.) *Plutarchus libro Amatorio:* Ἐπεὶ καὶ σωφροσύνη πρὸς ἀλλήλους, ἧς μάλιστα δεῖται γάμος. ἡ μὲν ἔξωθεν καὶ νόμων πλέον ἔχουσα καὶ ἐπιτρόπου τὸ βεβιασμένον, ὑπ' αἰσχύνης καὶ

νης καὶ φόβων, πολλῶν χαλινῶν ἔργον οἰάκων θ' ἅμα, διὰ χειρός ἐστιν ἀεὶ τοῖς σωφρονοῦσιν. ἔρωτι δ' ἐγκρατείας τοσοῦτον καὶ κόσμου καὶ πίστεως μέτεστιν, ὥστε κἂν ἀκολάστου ποτε θίγῃ ψυχῆς, ἀπέστρεψε τ' ἄλλων ἐρώτων. ἐκκόψας δὲ τὸ θρασὺ, καὶ καθαλλάσας τὸ σοβαρὸν καὶ ἀναίγωγον, ἐμβαλὼν αἰδῶ καὶ σιωπὴν, καὶ ἡσυχίαν, καὶ χρῆμα σεμνὸν θεὶς κόσμιον, ἑνὸς ὑφήνιον ἐποίησεν. Deinde mutua reverentia, qua maximè opus habet conjugium. Nam externa illa, legum necessitate magis quàm voluntate constricta, ob pudorem & metum,

Permulta fræna, multaq; gubernacula

desiderat. Amori tantum adest continentiæ, modestiæ, fidelitatis, ut etiam si libidinosam attigerit animam, eam ab alijs amoribus avertat, ferociaque & protervitate excisis, verecundiam, taciturnitatem, tranquillitatem, modestiamq; conciliet, uniq; amatori faciat morigeram.

Mutuo talento inimicum mihi emi, amicum perdidi.) *Versus è Plauti Trinummo, act.* IV. *sc.* III. *versu 49.*

Ne Deus quidem fortunæ destinata effugerit.) *Nedum homo. de quo non ineptè Thersander apud Herodotum libro* IX. *cap.* XVI. Ἐπαινέω ὁμοτρόπεζός τέ μοι καὶ ὁμόσπονδος ἐὼν, μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω· ἵνα καὶ σεσοφισμένως αὐτὸς περὶ σεαυτοῦ βουλεύεσθαι ἔχῃς τὰ συμφέροντα. ὁρᾷς τούτους τοὺς δαιμονιωμένους Πέρσας, καὶ τὸν στρατὸν τὸν ἐλίπομεν ὑπὸ τῷ ποταμῷ στρατοπεδεύομενον; τουτέων πάντων ὄψεαι, ὀλίγα πρὸς χρόνου διελθόντα, ὀλίγους τινὰς τοὺς περιγενομένους. ταῦτα ἅμα τε τὸν Πέρσην λέγων, καὶ μετιέναι πολλὰ τὰ δάκρυα. αὐτὸς δὲ θαυμάσας τὸν λόγον, εἶπα πρὸς αὐτόν· Οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα χρεὼν ἐστὶ λέγειν, καὶ τοῖσι μετ'

ἐκεῖνον ἐν αὐλῇ τοῦσι Περσέων. τὸν δὲ μετὰ ταῦτα εἶπαι, Ξεῖνε, ὅ, τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. οὐδὲ γὰρ πᾶσι λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδεῖς. ταῦτα ἢ Περσέων συχνοὶ ἀπισάμενοι, ἐπόμενα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. ἐχθίστη ἢ ὁδμὴ ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὖτη, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν. Quoniam tu mihi mensæ consors & libaminum effectus es, volo tibi relinquere sententiæ meæ monumentum, ut ipse quoq; præscius huius rei, queas tibi consulere. Cernis hos Persas in convivium acceptos, & copias, quæ ad flumen in castris relictæ sunt? horum omnium parvo post tempore pauculos cernes superstites. Et inter dicendum multas lacrymas Persam effudisse. Admiratumque se eam orationem, ad illum dixisse, Nonne hæc Mardonio expedit dicere, & ijs Persis qui secundum eum in honore sunt? Et illum subjecisse, Hospes, quicquid ex Deo fieri oportet, id homini inevitabile est. nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisquam vult. Atque hæc permulti Persarum quum sciamus, tamen Mardonium sequimur illigati necessitate. Est autem hoc in hominibus acerbissimum, Eum qui multum sapit, minimè potentem esse.

Ne quidem à latronibus quiescit dives mortuus) *D. Chrysostomus Homilia* XXXV. 1 *ad Corinthios*: Καὶ τί γε πρὸς τὸν ἀπελθόντα οὐ καταπλάττεται, κἂν θηρίον ᾖ, κἂν δαίμων, κἂν ὁτιοῦν; καὶ γὰρ ἡ θέα ἱκανὴ καὶ τὸ σφόδρα σιδηροῦν καὶ ἀναίσθητον ἐπικάμψαι. Δεῖ τοι ξένε, ὅταν τις ἴδῃ νεκρὸν, κἂν ἐχθρὸν ἴδῃ, κἂν πολέμιον, μετὰ τῶν φιλτάτων δακρύει, καὶ ἡμᾶς ὀργὴ μετὰ τῆς ζωῆς σβέννυται, ὁ ἔλεος ἐπισείεται: καὶ οὐκ ἂν τις ἐπὶ κηδους ἢ ἐκφορᾶς δράγοι τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοιοῦτον. οὕτως ἅπαντες

ἅπαντες τῷ κοινῷ αἰδοῖῳ τῆς Φύσιν, καὶ τοῦ περὶ αὐτῷ εἰστενεχθέντας νόμους. ἀλλ' ὁ πλοῦτος, οὐδὲ τούτου τυγχάν, ἀφίησι τῷ ὀργῷ τοῖς κληρονόμοις αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦ δὲν ἠδικημένους ἔτι τετελευτηκότι ἐχθροὺς καθίστησιν, εἴγε τὸ, νεκρὸν ζῶμα γυμνὸν, τῆς σφόδρα ἐχθρῶν, καὶ πολεμίων ἐστί. καὶ ἡ μὲν Φύσις καὶ τοῦ ἐχθρὸς αὐτῇ καὶ πολλαχόθεν τότε. ὁ δὲ πλοῦτος καὶ τοῦ οὐδὲν ἔχοντας ἐγκαλεῖν ἐκπολεμοῖ, καὶ ἐν ἐρημίᾳ πολλῇ τὸ σῶμα αἰκίζεται. καὶ τοι πολλὰ ἐκεῖ τὰ δυνάμενα ὑπὲρ πάσχοντος εἶναι οἶκτον, αὐτὸ τὸ νεκρὸν εἶναι, τὸ ἀκίνητον, τὸ περὶ γῷ ὀδύρειν καὶ φθέγγειν, τὸ μηδένα παρεῖναι τῷ βοηθήσοντα. ἀλλ' οὐδὲν τούτων καταπλαῖ τοῦ μιαρὸς ἐκείνους ἀλλὰ τῷ ὑπὸ τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας τυφεννίδα. ὁ γὰρ τῆς φιλοχρηματίας ἔρως, καθάπερ τις τύφεννος ἀπλοῦς, ἐφέσηκεν, ἐγκελεύομενος αὐτοῖς τὰ ἀπάνθρωπα ἐπὶ πάγματα ἐκεῖνα, καὶ θηρία ποιήσας, οὕτως ἐπὶ τὰς θήκας ἄγει. καθάπερ γὰρ θηρία τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιπτέμενοι, οὐκ ἂν τῶν σαρκῶν ἀπέχοντο, εἴγέ που χρήσιμα ἦν αὐτοῖς τὰ μέλη. τοιαῦτα ἀπολαύομεν τοὺς πλούτους, καὶ μετὰ τελευτὴν ὑβριζόμενοι, καὶ ταφῆς ἀποστερούμενοι: ὡς καὶ οἱ τὰ αὐτόκρατα πετολμηκότες ἀπολαύουσιν. **Atqui quis non reconciliatur cũ mortuo, etiamsi sit fera, etiamsi dæmon, etiamsi quilibet? Sufficit enim spectaculum ad flectendum vel ferreum, vel doloris expertem. Propterea quũ quis viderit mortuum, etiamsi viderit inimicum & hostem, lacrimatur cum amicissimis: & ira quidem extinguitur cum vita, eius autem locum subit misericordia: & in exequijs & funeris elatione non discreveris inimicum, & eum qui non est inimicus. Ita omnes communem reverentur naturam, & quæ de ea latæ sunt leges. Divitiæ autem ne hoc quidem assequutæ, iram immittunt in eos, qui ipsas possident:**

sed & eos qui nulla affecti sunt injuria reddunt inimicos defuncti, si mortuum corpus nudare, est acrium inimicorum & hostium. Et natura quidem etiam inimicos ei tunc reconciliat. Divitiæ autem etiam in eos bellum gerunt, quos ne possunt quidem ullius criminis accusare, & in magna solitudine crudeliter sæviunt in corpus. Atqui multa sunt illic quæ possunt attrahere ad misericordiã, hoc ipsum q; sit mortuum, q; immobile, quod ad terrã tendat, & interitum, quòd nemo adsit opem laturus. Sed nihil horum frangit illos execrandos, propter tyrannidem, quæ ex improba oritur cupiditate. Amor enim pecuniæ, tanquam immanis quidam tyrannus, eis præest inhumana jussa imperans, eosq; effectos bestias, ita ducit ad loculos. Nam tanquã feræ mortuos invadentes, ne à carnibus quidem abstinuerint, si membra eis essent utilia. Hos fructus percipimus ex divitiis, etiam post mortem probro & cõtumelia affecti, & sepultura privati, quam assequuntur etiam qui nefaria perpetrarunt.

Ne quidem ipsis obsequendum in re improba parentibus.) *Libanius Vituperio Achilles:* Τῶν λοιπῶν ἢ τὸ καιρὸν ἁρπαζόντων, καὶ τὸ ἡμιόνειον, καὶ τὸ δ' τοιούτων, καὶ οὐδὲ Θερσίτου μεῖόν τι οἶκοι δ' ὄφελος ἔχοντι εἰς τὴν μονὴν δικαίαν τὴν δ' ζώματι βλάβην, μόνον Ἀχιλλεῖς ὄντι ἐν ὅπλοις ἰδεῖν, ἀλλ' ἐν Σκύρῳ μετὰ τῶν παρθένων. καὶ αὐτὴν ἀποθέμενος τὴν σκευὴν τὴν πατρῴαν, ἐοικέναι γυναιξὶν ἐσχημάτιζετο. ξυτὰ δὲ εἴτε αἴκων, εἴτε ἑκὼν εἴτε αὐτὸς τῇ μητρὶ χαριζόμενος ἔπραξεν, ἀμφοτέρωθεν οὐ καλόν. μὴ γάρ μοι μηδὲ γονεῦσι τις χαριζέσθω μηδεὶς, ἀφ' ὧν ἄδοξος ἔσται· μὴ δὲ εἰ κακῶς ἐκεῖνοι βεβουλεύοντο.

βεβουλεύ-

βεβαιούτω παρεὶς ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Ibi aliis occasionem corripientibus, tam fortibus quàm ignavis, neque adeò Thersita domi remanente, qui detrectandæ militiæ justum prætextum haberet, corporis afflictionem, solus Achilles in armis non erat, sed in Scyro apud virgines. habituque deposito patrio, virginalem ornatum induebat. Hoc sive nolens, seu volens, seu matri gratificans fecit, inhonestum undiq; reperitur. Non enim ne parentibus quidem obsequendũ in ijs, de quibus infamia exoritura sit: neq; confirmanda sunt perversa consilia horum, sed his potius contradicendum.

Ne quidem parva ulla constet absque justitia domus.) *Macrobius initio Commentariorũ in Somnium Scipionis*: Rerum omnium Plato & actuum naturam penitus inspiciens advertit in omni sermone suo de republicæ institutione proposito infundendum animis justitiæ amorem; sine qua non solùm respublica, sed nec exiguus hominum cœtus, nec domus quidem parva constabit. Ad hunc porrò justitiæ affectum pectoribus inculcandum nihil æque patrocinaturum vidit, quàm si fructus eius non videretur cum vita hominis terminari.

Ne quidem querela injusta contemnenda Principi est.) *Cùm quis nimirum de ipso queritur. Pulchrè Manuel Imperator educationis regiæ cap.* XXXVIII.

Χεῖρον ἡγοῦ τὰς διαβολὰς, εἰ μή σου δικαίως καθάπτοιντο. λέγω δ' ὅταν μὲν ἐξῇ τὶ πρᾶξαι χρηστὸν ἐκείνας δὲ ἀμήχανον διαδρᾶναι μοχθήσωσι. ἐπεὶ εἰ ἔνεστι φυγεῖν αἰτίαν σὺν ἀληθοῦσαν, πολλοῦ γε χρὴ δεῖν προσίεσθαι. δεῖ δὲ μὴ δὲ τὴν ἀδίκου μέμψιν ὡς ἀφανοῦς ἄγειν τὰ ἄρχοντα. πολλοὺς γὰρ ψόγος διέφθειρεν, ἤ καὶ ζωζομένοις ἠδὴ

κησεν. εἰ δ' οὐχ οἷόν τε τοῦτο γενέσθαι, ἔχου τῶν καλῶν ἔργων, εἶναι μᾶλλον χρηστὸς ἀνὴρ, ἢ νομίζεσθαι θέλων. ἀγαπώης δ' ἂν, θεῷ καλὸς γνωριζόμενος, καὶ σαυτῷ, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν, οὓς οὐ δυνατὸν λανθάνειν ὑπὸ μοχθηρᾷ, κἂν ἐθέλῃς. ἐνθυμοῦ γὰρ κἀκεῖνο, ὅτι πᾶσι πράγμασι τοῖς ἀρίστοις εἶναι δοκοῦσι, συμφέρου τι καὶ τῶν οὐ καλῶν· καὶ πῶς ἐξουσίας τὸ φανερὸν κολακόμενοι, τὸ κρύφα ἁμαρτάνεσθαι, ὡς τι τῶν ἀναγκαίων ἐφέπετον. ἀλλ' εἰ μὲν ἀληθῶς ἁμαρτάνῃ, φέρε τε καὶ διορθοῦ, καὶ δι' ἐργασίαν ἀηδύσπουδον νόμιζε, τὴν τῆς διορθώσεως αἰ φορμήν. εἰ δ' ὅλως ἁμαρτάνεσθαι, ἀθεμιτοθείσθω σε χρηστὸς πολυτρόπως παθών τε, καὶ ἐπιπάσχων· καὶ ὅτι ἔστερξε τῶν ζώντων σὺν ὀνείδει ζῆν· οἷα περὶ ἐχελῶ, λέληθέ τινας, ἢ καὶ πάντας. τοῦτ' ἐκείνοις ἀνάπηδα, καὶ ἐρᾶν οἴεσθαι συκοφαντούμενος. Meris pro nugis calumnias habeto, nisi te meritò tangant. atque hoc intelligo, quum aliquid boni præstare licet; at fieri nequit, ut eas ullo modo effugias: quippe si falsum crimen vitari possit, magno id sanè redimendum. Nam principi viro ne quidem injusta de se querela floccifaciunda est. Multos enim mendacium perdidit, aut si salvi manerent, læsit. Quòd si res aliter fieri nequit, factis honestis insistito; potiusque vir bonus esse, quàm baberi velis. adeoque tibi satis esto, si te bonum esse, Deo, tibimet ipsi bonisque viris constet; quos latere diu non poteris, etiamsi velis. Hoc quoq; cogitabis, rebus omnibus, quæ esse præstantissimæ videntur, aliquid etiam adhærere non boni. Et potestate præditos, quibus apertè mortales adsentari consueverunt, ceu necessarium quiddam, obtrectationes clandestinæ comitantur. nimverò si vera de te sparguntur crimina, patienter feras, & teipsum corrige; proq; beneficio

non

non voluntario ducito, correctionis occasionem: sin falsis convicijs exagitaris, consoletur te Christus, qui eiusmodi multa perpessus est, & adhuc patitur: ac præterea, quod alia quædam tua fortasse nõ talia, qualia debeant esse, vel aliquibus ignota sint, vel omnibus. Hæc ergo pro istis reponas, & facilius calumnias feres.

Ne quidem senecta exstinguit postremissima ambitum.) *Marius certè decrepitæ maximè ætatis, Sullæ juniori se opposuit; ut in utriusq; vita pluribus descripsit Plutarchus.*

Ne quidem suos in somnis sine metu videt malus.) *Plutarchus libro de profectu virtutis cap.* XXXIII. Νέῳ δὲ ἀνδρὶ βελτιουμένῳ τὸ ἦθος, οὐδενὸς ἔρως ἐμφύεται μᾶλλον ἢ καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐγκαλλωπίσασθαι, καὶ ὡς δεῖν οἰκίαν αὐτοῦ καταφανῆ, τράπεζαν, γυναῖκα, παιδία, ἀπουδλὶ, λόγους λεγομένους ἢ γεγραφομένους, ὥστε καὶ δάκνεσθαι πατρὸς τεθνεῶτος ἢ καθηγητοῦ μεμνημένον, ὃν ἔπιδόντος αὐτὸν ἐν τοσαύτῃ διαθέσει, καὶ μηδὲν ἂν οὕτως αἰτῆσαι παρὰ θεῶν ὡς ἐκείνους ἀναβιώσαντας αὐτῷ χρήσασθαι πρὸς βίου καὶ τρόπων θεατάς. ὥσπερ ἂν τοὐναντίον, οἱ καταμελήσαντες ἑαυτῶν καὶ διαφθαρέντες, οὐδ' ἐν ὕπνῳ τοὺς σωφρονήσαντας ἀτρέμα καὶ ἀδεῶς ὁρῶσιν. Iuveni autem qui mores emendavit suos, nullius rei maior incessit amor, quàm se spectandum præbendi bonis honestisque viris, conspiciendamq; exhibere domum suam, mensam, uxorem, liberos, studia, dicta & scripta sua. itaq; etiam male ipsum habet antè è vivis decessisse patrem aut præceptorem, quàm ut videre isto eum in statu potuissent: nihilq; tantopere à Dijs immortalibus peteret votis, quam ut ij vitæ redditi morum suorum

actionumque fierent ſpectatores. Sicut contra, qui ſeipſos neglexerunt ac corruperunt, ſuos ne in ſomnis quidem ſine tremore & metu vident.

Nec cõfert in prælio virtutem, neç aufert locus.) *Videtur capiendum, de ordine, quem miles obtinet in pugnâ: ſtrenuum videlicet optimè pugnaturum, quamvis fuerit inter caligatos; ignavum vero de fugâ cogitaturum quamvis verſetur inter ordines primos.*

Ne tibi putes fideles, quos donis corruperis.) *Dictum Philippi Regis ad filium ſuum Alexandrum, cuius & meminit Tullius lib.* II. *de Officijs cap. 15. m.*

Nec cum proximis ſecumve congruit vir improbus.) *Apuleius libello de Philoſophia:* Quis itaq; non peſſimum eum, non ſolum turpem & damnoſum, & contemptorem Deorum, & immoderatam, & inhumanam, atque inſociabilem vitam ait vivere? Sed nec cum proximis ſecumve congruere, atque ideo non modo à cæteris, verùm etiam à ſe diſcrepare: nec alijs tantum, ſed ſibi inimicum eſſe. & iccirco hunc talem neq; bonis, nec omnino cuiquam, nec ſibi quidem amicum eſſe: ſed illum peſſimum videri, quòd nulla malignitatis ſuperlatio poſſit excedere.

Nec mutum eſſe, nec loquacem, convivam decet probum.) *Videatur Gellius lib.* XIII. *Noct. Attic. cap.* XI. *m. Reſpexit huc Periplectomenes ſenex, Plauti Milite, act.* III. *ſc. 1. verſu 48.*

Nec ego oblocutor ſum alteri in convivio:
Incommoditate abſtinere mea apud convivas cõmodè
Commemini, & meæ orationis juſtam partem perſequi:

Et

Et meam partem itidem tacere, cùm aliena oratio est.

Nec nimis miraculo habenda, detrahenda nec fides.) *Plutarchus in vita Camilli cap.* x. *f.* Πολλὰ δὲ τ καθ' ἡμᾶς ἀνηκόστες ἀνθρώπων λέγειν ἔχομεν ἄξια θαύματος, ὧν οὐκ ἄν τις εἰκῆ καταφρονήσειεν. ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις καὶ τὸ πιστεύειν σφόδρα, καὶ τὸ λίαν ἀπιστεῖν, ὕπουσφαλές ἐστι, διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ κρατοῦσαν, αὐτῆς, ἀλλ' ἐκφερομένην ὅπου μὲν εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τῦφον, ὅπου δὲ εἰς ὀλιγωρίαν τ θείων καὶ ἀθεότητα. ἡ δ' ἀλήθεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον. Multa item, quæ accepimus ex nostræ memoriæ hominibus, habemus referre miranda, quæ non contemnas facilè. Cæterùm fidem ijs adhibere vel detrahere nimiam, anceps sit humanam ob imbecillitatem, quæ nullis certis circumscripta cancellis est, neq; sui compos, sed recedit modò in superstitionem & vanitatem, modò in deorum neglectum & fastidium. Præstat autem cautio & mediocritas.

Nec relinque amicum adflictum, nec fortunato invide.) *Imò nec propinquum cognatumve. De Iulio Cæsare in Epithaphio M. Antonius inſit libro* XLIV. *Dionis Cassii:* Καὶ τοὺς συγγενεῖς πάντας, πλὴν τ ἀνοσιωτάτων, ἰσχυρῶς ἠγάπησεν. οὔτε γὰρ δυσχήσασά τινα αἰτίων ὑπερεῖδεν, οὔτε δυστυχήσαντι τινὶ ἐφθόνησεν, ἀλλὰ καὶ τούτοις τὰ σφετερίσματα ἐσωσεπηύξατο, καὶ ἐκείνοις τὰ ἐλλείποντα ἀνεπληρωσε, τοῖς μὲν χρήματα, τοῖς δὲ χωρία, τοῖς δὲ ἀρχάς, τοῖς δὲ ἱερωσύνας δούς. Propinquos suos, nisi qui essent sceleribus extremis polluti, summopere dilexit: neque aut ullum ex ijs afflictum adversis rebus neglexit, aut felicitatē invidit: sed &

sed & ijs sua bona auxit, & illis quæ deerant suffecit, aliis pecunias, aliis prædia, magistratusq; & sacerdotia aliis largiens.

Nec timet pœnam aut naturam, qui nocet parentibus.) *Dictum Simocattæ Epist.* LXXIII. *m.*

Nemo ab altero tam sæpe, ab ipso se quàm vincitur.) *Silenus Alexandro Magno in Iuliani Imperatoris Cæsaribus:* Αὐτὸς οὖν, εἶπεν, ἡττηθεὶς σεαυτὸν πολλάκις ὀργῆς, ἢ πνῖγος τοιοῦτος τὸν νοῦν ἢ τὰς φρένας ἥττω ἢ χείρω ποιήσας. Tu igitur, inquit, à te ipso sæpenumero victus es, cùm ira, aut ægritudine, aut alia huiusmodi perturbatione mentem animumq; tuum infirmiorem, aut imbecilliorem præstitisti.

Nemo ab umbra statuam laudat, aut leonem ab unguibus.) *D. Nazianzenus Oratione* XI. Ἐγὼ δὲ εἰ ἀπὸ τούτων ἐπαινοίην τὴν ἀδελφὴν, ἀπὸ τῆς σκιᾶς ἂν ἐπαινοίην τὸν ἀνδριάντα, ἢ ἀπὸ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα, πρὸς τὰ μείζω καὶ τελεώτερα. Ego verò, si ab his rebus sororem laudem, perinde faciam, ut si ab umbra statuam, aut ab unguibus leonem laudem, relictis maioribus rebus & perfectioribus.

Nemo dignus est Deo, cui corpus est earum nimis.) *Legitur inter sententiosa Annæi Senecæ dicta.*

Nemo id esse, quod etiam videtur cęteris, timet.) *Idem Philosophus lib.* VII. *de Beneficijs cap. 28. f.* Fortasse vitium, de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu invenies. Iniquè publico irascceris crimini, stultè tuo. Vt absolvaris, ignosce. Meliorem illum facies ferendo, utique peiorem exprobrando. Non est quod frontem eius indures. sine, si quid est pudoris residui, servet. Sæpe dubiam verecundiam vox conviciantis clarior rupit. Nemo id esse, quod

etiam

etiam videtur, timet. Deprehensus pudor amittitur.

Nemo languidas siti fameq; curat Gratias.) *Fuit ea quondam querela Pindari: nobis tale quid dicere ne licet quidem. neq; enim jam languent charites, sed mortuæ sunt.*

Nemo laudes, nemo culpas, scribere vetitus est suas.) *Iulianus Augustus in Misopogone:* ὁ δὴ αὐτὸς συνοήσας εἰώθει πρὸς ἐμαυτὸν λέγειν μετὰ μεγαλοφροσύνης, ὅτι δῆτα ταῖς μούσαις ᾄζω, καὶ ἐμαυτῷ. τὸ δ' ᾆσμα πιζῇ μὲν λέξει πεποίηται, λοιδορίας δ' ἔχει πολλὰς καὶ μεγάλας, οὐκ εἰς ἄλλους μὰ Δία· πῶς γάρ, ἀπαγορεύοντος τοῦ νόμου; εἰς δὲ τὴν ποιητὴν αὐτὴν, καὶ τὴν συγγραφέα. τὸ γὰρ εἰς ἑαυτὴν γράφειν ἐπαίνους ἢ ψόγους, εἰ μηδὲν νόμος οὐδείς. ἐπαινεῖν μὲν δὴ καὶ σφόδρα ἐθέλων ἐμαυτὴν, οὐκ ἔχω, ψέγειν δ' εὐμήχανα. Quare cùm id ipse considerarem, sic mecum tacitus, & quidem magna cum fiducia dicebam, Certè mihi canam, & Musis. Carmen autem soluta oratione factum est, multaque & gravia maledicta continet, non in alios me hercule (quomodo enim, cum lex id prohibeat?) sed in ipsum poetam atque auctorem. Etenim scribere in seipsum laudationes aut vituperationes nulla lex prohibet. Me verò si maximè vellem laudare, non possem: at vituperare infinitis modis potero.

Nemo omnes fefellit, omnes fefellerunt neminem.) *Plinius Panegyrico ad Traianum cap.* LXII. *f.* Perstat Cæsar in ista ratione propositi, taleisq; nos crede qualis fama cujusque est. Huic aures, huic oculos intende. Ne respexeris clandestinas existimationes, nullisque magis quam audientibus insidiantes susurros. Melius omnibus quàm singulis creditur. Sin-

tur. Singuli enim decipere & decipi possunt, nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.

Nemo non gravis infrunito Regi est adversarius.) *Vult, puto, regis qui animo fortunam suam non æquant, omnibus invidere, omnibus videri velle superiores, denigꝫ obtrectare tanquam paribus adversarijsq; etiam abiectissimæ conditionis extremæq; sortis hominibus; quemadmodum alibi pluribus ostendi, ex Plutarchi capite* III. *Oratione posteriore de virtute Alexandri, item libro de Animi tranquillitate, capite* XX. *nec non in vita Pompeij cap.* LXI. *m. ut & vitæ Dionis capite* XVIII. *f. ex Suetonij caligulâ cap.* XXXIV. *&* XXXV. *Nerone cap.* LIII. *&* LIV. *ex Dionis Cassij Adriano, Commodo, Caracallâ: præterea ex Herodoto, Xenophonte, Diodoro, Iosepho, Ennapio, Luciano, Sulpitio Severo, Aurelio Victore, Ammiano Marcellino, Historia Miscella, Niceta Choniate, ac Zonara, aliisq;.*

Nemo possidet Deum, nisi quem Deus quoque possidet.) *Simile quid proditum Prospero Aquitano, lib.* II. *de vita contempl. cap. 16.*

Nemo propria melius tuetur, quàm qui aliena haud appetit.) *Pronuntiatum Ennodio Episcopo in vita Beati Epiphany.*

Nemo rapinam sic suam tuetur, ut rem propriam.) *Demosthenes Oratione de Libertate Rhodiorum:* Οὐ γὰρ ὁμοίως οὐδεὶς ὑπὲρ τῆς πλεονεξίαν πολεμήσειεν ἄν, ὑπὲρ τῶν ἑαυτῶν· ἀλλ' ὑπὲρ μὲν ὧν ἐλαττοῦσθαι, μέχρι τοῦ δύνασθαι πάντες πολεμοῦσιν. ὑπὲρ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν, οὐχ ὅτως. ἀλλ' ἐφιεμένοις μὲν, ἐάν τις ἐᾷ. ἐὰν δ' κωλυθῶσιν· οὐδὲν ἠδικηκέναι σοὶ δοκοῦσι κωλυθέντες αὐτοῖς ἡγοῦνται. Nemo est qui pari contentione & rapinas

rapinas & opes ſuas proprias defendat. Sed pro his quæ de ſuo auferuntur, omnes ſumma vi pugnant: de finibus autem propagandis, opibuſque augendis, non item. Appetunt illi quidem aliena, ſi nemo prohibeat: ſin obſiſtitur, ſe ab his qui adverſati ſunt, læſos eſſe non putant.

Nemo triſtis eſt ſibi, triſtis quiſque eſt ſpectatoribus.) *Intelligendum de luctu. Seneca Epiſtola* XCIX. §. 3. *m.* Nihil verò mœrori adijciamus, nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus oſtentatio doloris exigit, quam dolor. Quotus quiſque ſibi triſtis eſt? Clarius, cùm audiuntur, gemunt: & taciti quietique, dum ſecretum eſt, cùm aliquos viderint, in fletus novos excitantur. Tũ capiti ſuo manus ingerunt: quod potuerant facere, nullo prohibente, liberius: tunc mortem comprecantur ſibi, tunc lectulo devolvuntur. Sine ſpectatore ceſſat dolor. Sequitur nos ut in aliis rebus, ita in hac quoque hoc vitium, ad plurium exempla componi, nec quid oporteat, ſed quid ſoleat, aſpicere. A natura diſcedimus: populo nos damus, nullius rei bono auctori, & in hac re, ſicut in omnibus, inconſtantiſſimo.

Nemo vitia ſingulorum adſcribit ipſis urbibus,) *Dictum Montani Votieni libro* IX. *Controverſia altera.*

Neminem eſt reperire, mortem qui non voto arceſſerit.) *Dictum veriſſimum Artabani ad Xerxem regem, de quo conſulatur Herodotus libro* VII. *cap.* XLVI. *f.*

Neminem mali ſolent laudare, quin culpent ſimul.) *Plutarchus libro de Herodoti malignitate, capit.* XXXIV.

pit. XXXIV. Οὐ δεῖ ἢ θαυμάζειν εἰ τοῖς ἀτυχήσασιν ἐγκέκλημπαι πικρῶς, ὅπου γε τοὺς συναγωνιζομένους καὶ σύγκλητον διαβάλλοντας εἰς τὴν τῶν πολεμίων μερίδα καὶ στάσεως μεταποιήσει. Ναύξιοι γοῦν τρεῖς ἔπεμψαν τριήρεις συμμάχους τοῖς βαρβάροις, εἷς ἢ τῶν τριηραρχῶν Δημόκριτος ἔπεισε τοὺς ἄλλους ἑλέσθαι τὰ τῶν Ἑλλήνων. ὥστε δὲ ἐπαινεῖν αὖθις τοῦ ψέγειν οἶδεν, ἀλλ' εἰ εἷς ἀνὴρ ἐγκωμιασθῇ, πόλιν ὅλην δεῖ κακῶς ἀκούσαι καὶ δῆμον. Neque mirum videri debet, eum acerbè insectari eos qui adversam pertulerunt fortunam: quandoquidem etiam hos qui interfuerunt rei gerendæ, unaque cum Græcis salutem suam periclitati sunt, inter hostes & proditores numerat. Naxios ait tres naves barbaris auxilio misisse, unum autem de triremium præfectis Democritum persuasisse civibus ut reliqui Græcorum causam amplecterentur. Adeò laudare sine vituperio nõ potest Herodotus, ut si unum hominem laudet malè audire totam civitatem aut populum oporteat.

Nihil hoc confidentius, qui quæ vides ea pernegat.) *Versus Plauti è Menæchmis, Actus* IV. *Scenæ* II. *num.* 51.

Nil commodius est quàm semper cum sapientia loqui.) *Totidem literis visitur in Petronij Satyrico.*

Nil bonum malumve eventus; mens bonum aut facit malum.) *Demosthenes adversus Aristocratem:* Ἂν τις ἐν ἄλλοις ἀποκλείνῃ τινά, ἴσον ὤφελεν οὐκ ἀδικεῖν. Διὰ τί; οὐ τὸ συμβὰν ἐσκέψατο· ἀλλὰ τὴν τοῦ διαφθαρέντος διάνοιαν. ἔστι δ' αὐτὴ τίς; ζῶντα νικῆσαι, οὐκ ἀποκλεῖναι. εἰ δ' ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν, τί ἂν ἦν τῆς νίκης ἐνεγκεῖν πόνον. αὐτὸν ἑαυτῷ τοῦ πάθους αἴτιον ἡγήσαιτο. διὸ πιμωρίαν οὐκ ἔδωκεν ἂν ἦν αὐτῷ. πάλιν, ἂν ἐν πολέμῳ φησὶν ἀγνοήσας, καὶ τοῦτον εἶναι καθαρὸν. καλῶς. εἰ δὲ ἐγὼ

ἐγώ τινα τῶν ἐναντίων οἰηθεὶς εἶναι διέφθειρα· οὐ δίκην ὑπέσχεν, ἀλλὰ συγγνώμης τυχεῖν δίκαιός εἰμι. Si quis in ludis aliquem occiderit: hunc insontem esse definijt. quamobrem? non eventum consideravit, sed eius qui fecerit, animum. Is verò qui fuit? viventem superare, non occidere. Quòd si ille infirmior fuit, quàm qui ferre posset eum, quem victoria requirit laborem: ipsum eius mali sibi causam extitisse censuit. quapropter eius necem ulcisci noluit. Rursus: Si in bello, inquit, imprudens: & hunc esse purum. Rectè. Si enim ego, hostem esse ratus, quempiam occidero: non dare pœnas, sed veniam impetrare debeo.

Pertinent & huc illa Libanii Declamatione XL. Εἰ δ' οὐκ ἂν ἔχοις κακίσαι τὴν γνώμην, δὲ εἰπεῖν ὅτι ταῦτα πολεμῶν ἐμοὶ πεποίκε, πῶς ἀγαθὸς ἔργον, ἢ μέμψαιο τὴν αἰτίαν οὐκ ἔχεις. καὶ ἐν τοῖς φονικοῖς νόμοις οὕτω κρίνεται τὰ πεπραγμένα. οὐ δυοῖν ἀνδροφονοιν, ὁ μὲν φυγὼν, καὶ καταρχεται· ὁ δὲ φάγας καθαπαξ, αὐτὸς καταγνούς· ἢ μὴ ἔδει ποιήσας, ἀποθνήσκειν μέλλων; τί τούτων αἴτιον. ἆρ' ὅτι μᾶλλον ἔδει, ἢ ἐκεῖνον ἀπέκτονεν; οὔ. οὐκ ἔστι γὰρ ἧττον ἢ μᾶλλον ἀποθανεῖν. ἀλλ' ὅτι τῷ μὲν ἐκ προνοίας ἔδοξε μὴ δεῖν τὸ ἔργον, τῷ δ' οὐ βουλομένῳ, ἀτυχῆσαι συνέβη. ἀλλ' ἔστω, τὴν μὲν ὀνόμασι μισεῖ, τὴν δ' ἐλεεῖ· κἂν ἀμαρτάνειν, φησὶν, ἐξέσω· κἂν ἐν μάχῃ νομίσας, τὸν οἰκεῖον πολέμιον κτείνῃ, μὴ ἔσω δίκη. τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις ἡ γνώμη δύναται. καὶ πρὸς αὐτὸν εἰώθαμεν βλέποντες, τὸ πεπραγμένον ἢ χρηστὸν, ἢ πονηρὸν ἡγεῖσθαι. Verùm si mentem vituperare nequeas, nec dicere, me hæc tibi mihive adversando peregisse: quinã opus calumniaris, quod, ut reprehendas, causam non habes? Atq; in legibus capitalibus hoc ipso judicantur, quæ facta sunt.

Nonne ex homicidis duobus, alter fugit, & redit: alter aufugit, prorſus à ſeipſo condemnatus: aut niſi fecerit, remanens moritur? Quid horum cauſa eſt? nunquid quòd hic potius quàm ille interfecerit? minimè: non enim magis aut minus èmori licet. Sed quia ab hoc facinus conſultò & compoſitò aggreſſum eſt: alterum, nolentem & invitum infeliciter agere contigit. Quapropter hunc lex odit; alterum miſericordia proſequitur: Si defenderit ſe, inquit, impunè ferat. Item, ſi in prælio pugnans hoſtem familiarem èſſe ratus interfecerit, damnas non eſto. Tantum in operibus pollet mens & voluntas! atq; ad ipſam reſpicientes conſuevimus, quod factum eſt vel rectum, vel pravum cenſere.

Nil eorum quæ Deus creavit, prorſus interit.) *Piè id ipſum diducit Baſilius Imperator Exhortationum cap.* IV. Ἰσθι πιστεύειν τὸν κόσμον εἶναι φθαρτὸν, ἐπειδὴ καὶ γέγονε· μετὰ γὰρ τὴν φθορὰν, εἰς ἀφθαρσίαν πάλιν μεταποιούμενον. οὐδὲν γὰρ τῶν ἐκ θεοῦ γεγονότων εἰς τὸ μὴ ὂν χωρήσει, κἂν τὸ τῆς ἁμαρτίας ἐπιβάπωμα, ἅμα ἡμῖν, καὶ πᾶσιν τὴν κλίσιν τῆ διαλύσει συγκατέδικασεν. ἄφθαρτον γὰρ τὴν κλίσιν πάλιν, ἥνωσεν τὸ κτίσμον, ἀπεκδεχόμεθα, καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμολογοῦμεν, καὶ κρίσιν δικαίαν τοῦ ἑκάστῳ βεβιωμένων ἀναμένομεν. οὐδὲν γὰρ κακὸν ἀληθῶς τὴν θείαν διαφθείρειν κλίσιν, οὐδέ γε καλὸν ἀστεφάνωτον διαλαθῆ. μήτε γὰρ τὰ τῶν ἀγαθῶν γέρα λογίζου θνητὰ, μήτε μὴν πᾶς τις φαύλων κολάσεις τέλος λέξασθαί ποτε· ἀμφότερα γὰρ αἰωνίαν ἔχει τὴν διαμονὴν, καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἔστιν τὸ ἀπαλλάττειν. Immota fide perſuaſum habe corruptioni obnoxium eſſe mundum, quippe quem ortum habuiſſe conſtat, ſed poſt corruptionem rurſus ad incorruptam integritatem eſſe reverſurum: nihil enim

enim eorum quæ à Deo creata sunt, in nihilum unquam abibit, etiam si peccati lapsus, & nos & omnẽ simul creatam naturam mortali dissolutioni adjudicavit. Ea autem ratione incorruptibilem esse mundum admittens, confidere etiam redivivam mortuorum suscitationem, & justam expecta judicationem omnium quæ quisque in vita sua gesserit: nihil enim mali impunitum Dei justitiam effugiet, nihil boni non suo præmio coronatum latebit. Sic enim statuere apud te debes, neque interitura unquam esse bonorum merita, neque malorum supplicia finem habitura, quoniam utraque perpetuò duratura sunt, & neutrius finis ullus unquam futurus est.

Nil honoribus licet, ubi fervida est affectio.) Solida *habet Ennodius libr.* IV. *Epist. 7. unde petita sententia est.*

Nil in posterum valescit, quàm meditatio ac labor.) *Tacitus lib.* IV. *Annalium cap. 61. f.* Quintus Haterius familiâ senatoria, eloquentiæ quoad vixit celebratæ monimenta ingenij eius haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis, quàm cura vigebat. utque aliorum meditatio & labor in posterum valescit; sic Haterij canorum illud & profluens cum ipso simul exstinctum est.

Nihil iucundius bona spe, fama, conscientia.) *Episcopus oris aurei Homilia* XXII. *in Epistolam* I. *ad Corinthios*: Καὶ γὰρ τὸ, σωφδὸς ἔχειν ἀγαθὸν, καὶ τὸ ᾠδῆς ἁπάντων θαυμάζεσθαι, καὶ τὸ χρήσεως ἀναμένειν ἐλπίδας, πάντων ἥδιον τῷ φύσιν ἡδονῆς ἐπεσκεμμένῳ· ὥσπερ γὰρ τὰ ναυτία, πάντων ὀδυνηρότερα τῷ λύπης εἰδότι φύσιν: οἷον τὸ ᾠδῆς ἁπάντων ὀνειδίζεσθαι, τὸ κατηγορεῖσθαι οἴκοθεν, τὸ

πρέμειν, καὶ δεδοικέναι καὶ τὰ μέλλοντα καὶ τὰ παρόντα. Etenim bonam habere conscientiam, & ab omnibus haberi in admiratione, & bonam spem expectare, est omnium iucundissimum ei, qui consideraverit naturam voluptatis: quomodo etiam cõtraria sunt omnium molestissima ei, qui novit naturam doloris. Vt probris ab omnibus appeti, à seipso accusari, tremere, & tam futura quàm præsentia formidare.

Nil magnum est apud Deum, quod non queat pauper dare.) *D. Nazianzenus Orat.* XL. οὐδὲν τῷ Θεῷ μέγα, ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσιν.

Nil moror mihi fucum in alveo, apibus qui peredit cibum.) *Citatur à Grammaticis è Plauti Lipargo.*

Nil nisi sordidum è servili contubernio trahas.) *Verba Poppæa ad Neronem apud Taciti librum* XIII. *Annalium cap 45. f.*

Nil opus beatitate est, ubi præsens sapientia est.) *Petitum ex Platonis Euthydemo.*

Nisi feras argentum, frustra ducere scorta non potes.) *Lenæ alicuius verba apud Plauti Menachmos actu* IV. *sc.* III. *vers. 20.*

Nolo ego metui; me amari, mi gnate, abs te mavolo.) *Verba patris ad filium suum è Plauti Asinaria actus* V. *sc. 1. vers. 9.*

Non ferunt ignominiam acta vita queis cum gloria est.) *Aiax se jugulaturus apud Libanium:* Δόξῃ συμβέβιωκα, καὶ τὴν νῦν αἰσχύνην οὐ φέρω. Μετὰ γὰρ δόξης ἀγαθὸς ἢ ζῆν ἐδοκιμωῦτας ἢ τεθνηκέναι. Cum gloria semper vixi: ideo ignominiam istam ferre non possum. Fortes enim aut vivere cum honore, aut mori oportet.

Non

Non fulcitur usu opum religio, sed evertitur.) *Dictum quasi ex Oraculo Salviani ore, lib.* II. *contra avaritiam.*

Non modò in facta, etiam in voces vindicandum est improbas.) *Videatur Gellius lib.* X. *cap.* 6.

Non placent, quem scurræ laudant, manipulares mussitant.) *Versus è Truculento Plautino* X. *actus* II. *scen.* VI.

Non placet, qui amicos intra dentes conclusos habet.) *Eiusdem Plauti è Trinummi actu* IV. *scen.* II. *versu* 63.

Non potest quæstus, si eum sumptus superat consistere.) *Etiam & istud è Plauti Pœnulo, actus* I. *sc.* 2. *vers.* 75.

Non qui patitur contumeliam est miser, sed qui facit.) *Dictum alicubi D. Hieronymo.*

Non regunt, verùm reguntur, qui magistratum gerunt.) *Allusum his Sophocleis:* Τύραις γὰρ ὄντες δεσπόταις δουλεύομεν, Καὶ τᾶς δ' ἀνάγκης ἐσιωπώτων κλύειν: Servimus his qui iure nobis subiacent, Ac mos gerendus ipsis vel tacentibus. *quorum veram interpretationem suggerit nobis Plutarchus initio vitæ Gracchorum.*

Non sumptum augent, sed minuunt sapientium convivia.) *Plutarchus convivio* VII. *Sapientum cap.* XI. *m.* Ἐμοὶ γὰρ δεῖπνον ὀλιγελέστερόν τι καὶ σιωπηθὲς ὁρῶντι, ἐννοεῖν ἐωικὲ πρὸς ἑμαυτὸν, ὡς σοφῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀποδοχὴ καὶ κλῆσις οὐδεμίαν περιλήψει δαπάνην, ἀλλὰ συνέλλειμαλλον, ἀφαιροῦσα περιεργίας ὄψων, καὶ μύρα ξενικὰ καὶ πέμματα, καὶ πολυτελῶν οἴνων μαχύσεις οἷς καθ' ἡμέραν χρώμενος ἐπιεικῶς ὁ Περίανδρος ἐν τυραννίδι καὶ πλούτῳ καὶ πεζήμασι, τότε πρὸς σοῦ ἄνδρας

ἐναλλωπίζετο λιτότητι καὶ σωφροσύνῃ δαπάνης. οὐ γὰρ μόνων τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῆς γυναικὸς ἀφελὼν καὶ ἀποκρύψας τὸ σεμνήθη κόσμον, ἐπεδείκνυε σὺν ἀτελείᾳ καὶ μετριότητι κεκοσμημένων. Mihi verò conſideranti cœnam uſitata ratione nonnihil frugaliorem, ſubiit apud animum meum cogitare, ſapientum & bonorum virorum convivia non augere impenſas, ſed minuere potiùs, dum ſupervacanei obſoniorũ apparatus omittuntur, & unguenta peregrina ac bellaria, vinorumque pretioſorum diffuſiones. quibus cùm Periander quotidie uteretur, utpote in tyrannide, opibuſque & rebus tantis; tum ſeſe iſtis viris tenuitate & frugalitate commendabat. nam non aliarum duntaxat rerum, ſed uxoris quoque demens atque occultans conſuetum mundum, frugaliter eam & modicè ornatam oſtendebat.

Non ſunt imputanda perſonarum delicta artib.) *Tale quid etiam innuit Plinius lib.* XXIX. *Naturalis Hiſtoriæ cap.* 1.

Non vinum hominibus moderari, ſed homines vino ſolent.) *Verſus Plauti è Truculenti actu* IV. *ſc.* III. *verſ.* 57.

Notius malum quo quodque eſt, hoc tolerabile maximè eſt.) *Proverbium fuiſſe Campanis uſitatum, innuit Livius lib.* XXIII. *cap.* 3. *f.*

Noxium in terris animal, ſub undis eſt innoxiũ.) *Voces D. Ambroſij ex lib.* 5. *Hexaem.cap.* 2.

Nudo Amori nil Venus iuſſit puellas credere.) *Carmen ex Pervigilio Veneris, Pithœi primum auſpicio vulgatum à Lipſio noſtro.*

Nulla culmina, charitatis ſunt innoxia à iugo.) *Ennodius libro* III. *Epiſtola* 30. *p.* Miror favis magnitudinis

tudinis tuæ iniucunda copulari, & ſerenitatem conſcientiæ verborum auſteritate maculatam, dum ſcribis imperare me potius paginas, quàm diligentia exactrice promereri: putans ullum genus dominandi eſſe ſublimius, quàm illud, quòd amori nos ſubiicit. Nulla ſunt, domine Aviene, culmina à iugo charitatis immunia. quicquid in orbe libertatis eſt, tali non ſubtrahitur ſervituti. Ecce ego loco humilis, ignotus honoribus, veſtris faſcibus ſic iubebo, parili contentus ordine ſubiacere.

Nulla cos ibi eſt juventæ, nulla ubi adverſaria eſt.) *Plutarchus in Laconicis cap.* IV. *p.* Πόλιν ποτὲ κρατήσαντες Λακεδαιμονίων, οἱ ἔφοροι εἶπον, οἴχεται τὸ πάλαισμα τῶν νέων. οὐκ ἔτι ἔξουσιν ἀνταγωνιστάς. Ἄλλην πόλιν ὑπισχνουμένου βασιλέως αὐτῶν τέλεον ἀφανιεῖν ἣ συμβεβήκει πράγματα πολλάκις παρεσχηκότα τοῖς Λάκωσιν, οὐκ ἐπέτρεψαν, φάμενοι, Μηδαμῶς ἀφανίσῃς μηδ' ἀνέλῃς τὴν ἀκόνην τῶν νέων. Cùm Lacedæmonii urbem quandam vi cepiſſent, Ephori dixerunt: Periit palæſtra juvenum, non habiturorum concertatores. Aliam urbem, quæ ſæpe negotium exhibuerat Spartanis, rege ipſorum pollicente ſe funditus deleturum, non permiſerunt, inquientes: Noli abolere aut delere cotem juventutis.

Nulla felix ſub tyranno dicitur puerpera.) *Ceſtius Pius lib.* II. *Controverſia 5.* Subitò infelices nuptias oppreſſit tyrannus. Trahebantur matronæ, rapiebantur virgines: nihil tutũ erat: nulli feliciores tunc videbantur, quàm qui liberos non habebant. Quædam itaq; eliſere conceptos: quædã fæcunditatem ſuam memoratæ ſunt. Quod ad hanc pertinet, agit ſuæ fortunæ gratias, quòd illo tẽpore nihil peperit.

Nulla major est libertas quàm servire Numini.) *Aristides Oratione 11. pro Quatuorviris*: Ἐγὼ δ' ἐκεῖνον αὖ ὡμὲν αἰμείνω τε καὶ δικαιότερον τὸν λόγον εἶναι. καὶ εἰκότως λέγοντά τιν' ἂν καὶ ἁμαρτάνειν, ὡς θεοὶ μὲν τῷ ὄντι σωτῆρες, καὶ τὴν Ἑλλάδα οἱ τότε ζώσαντες εἰσὶν οὗτοι, δι' ἡκόντων δὲ Μιλτιάδης καὶ Θεμιστοκλῆς, ἥπερ μεγίστη καὶ καλλίστη δυνάμις ἀνθρώπου, διακονῆσαι θεοῖς κρείττοσι. Sed ego sermonem hunc iustiorem fore ac meliorem arbitror, atque ita rectius aliquem dicturum: Deos Servatores tum Græciam conservasse, Miltiadem autem ac Themistoclem ministrasse: quod quidem maximum est ac pulcherrimum hominis munus, diis ministrare.

Nulla major turpitudo est, quàm quæ infertur corpori.) *Iosephus lib.* IV. *cap.* 8. Ἐκ μισθοῦ γυναικὸς πορνικῆς θυσίας μὴ πλεῖν. οὐδεμιᾷ γὰρ μηδενὶ τῶν ἀφ' ὕβρεως τὸ θεῖον. χείρων δ' οὐκ ἂν εἴη τις ὕβρις τοῖς σώμασιν αἰσχύνης. Ex mercede meretricis non est sacrificandum. neq; enim quicquam Deum delectat cum iniuria coniunctum: neq; maior est turpitudo, quàm quæ corporibus infertur.

Nulla merces si intercedit, homo hominem nõ diligit.) *Repræsentare voluit versum Græcum:* μισθοῦ γὰρ ἀνθρώπου, τίς αὖ ἄνθρωπον φιλεῖ; Mercedis ergò namq; hominem homo diligit. *Quem explicat Plutarchus lib. de Amore prolis cap.* VI. *m.*

Nulla miseria gravior illa quæ excusari non potest.) *Verba D. Ambrosij, libro de Tobia cap. 5. f.*

Nulla res benè exerceri ab occupato hõmine est potis.) *Sumptum ex Senecæ cap.* VI. *de vita beata.*

Nulla planè glorioſa Honori dissimulatio est.) *Manuel Imperator cap.* LXXVII. Μήτε εἰρωνείας

σωτείναι

σωεῖναι θέλε, μήτε ἀλαζονείας σωέσω σοί. ἐπιδὴ τὸ μὲν, αἰσχρόν. ὕπουλον γὰρ, μικροπρεπές. θαῦπερον ἦ, βαρύ. ὑπερόγκον γάρ τι, καὶ σκηνικόν. δρκεῖ, μὴ τοῖς ἑτέρων ἐπαίνοις σεαυτῷ μᾶλλον πιστεύειν, ἐπιδὰν σὺκ ἀληθεύωσι. μὴ νοις σεαυτῷ μᾶλλον πιστεύειν, ἐπιδὰν σὺκ ἀληθεύωσι. μὴ ἦ εἰπεῖν φορτικὸν μηδὲν, μὴ ἦ κομπάζοντα ῥῆμα. μὴ ἀκροβατεῖν, μὴ ἦ τῷ ὀφρῦ αἴρειν, μὴ δ' ἂν ἀληθεύωσιν οἱ κροβατεῖν, μὴ ἦ τῷ ὀφρῦ αἴρειν, μὴ δ' ἂν ἀληθεύωσιν οἱ κεκτομῶντες. τὸ ἦ σεῖς σοῦ παρ' ἑτέρων ἐπαίνους, ὥσπερ κεκτομῶντες. τὸ ἦ σεῖς σοῦ παρ' ἑτέρων ἐπαίνους, ὥσπερ ἀκκιζόμενον θρύπτεσθαι, καὶ μικρὰ μὲν λέγειν σεὶ σαυτοῦ, ἀκκιζόμενον θρύπτεσθαι, καὶ μικρὰ μὲν λέγειν σεὶ σαυτοῦ, μεγάλα ἦ οἴεσθαι. μικροῦ δεῖν, σκηνικόν ἐστι, καὶ σεδζωμεγάλα ἦ οἴεσθαι. μικροῦ δεῖν, σκηνικόν ἐστι, καὶ σεδζωπίου δεόμενον, ὃ σοι μηδαμόθεν σεσοῆκε. Gloriosa tuis

à moribus absit adrogantia, sicut & dissimulatio. nam ut hæc turpis est, quòd ficta; quòd inertis & dee generis animi: sic gravis altera, quod superba nimium, quòd mordax. satis est non te magis aliorum credere laudibus, quàm tibi, quum illæ veræ non sunt, nec asperum aliquid, hominique jactabundo conveniens, proferre: non incedere cum fastu, nec attollere supercilia; licet ij, qui plausum dant, verum dicant. Ad ingestas autem laudes ab aliis, quasi tergiversantem delicias facere, paucaque de se dicere, magna sentire; prope scenicum quiddam est, & egens larvæ. tibi quidem minimè convenit.

Nulla satietas satis est ornādi navem & feminā.) *Est è Plauti Pœnulo, actus 1. sc. 2. vers. 6.*

Nulla virtus est, in qua non homines vincant belluæ.) *Exsequitur istud omnibus membris Plutarchi Gryllus, qui consulatur.*

Nulla vis est obsequi ferro vulnerumque incommodo.) *Montanus Votienus libr.* IX. *Controversia* V. An in re vis sit. Nulla vis est, quæ arma, quę pugnam, quæ vulnera non habet.

Nullam rem citiorem apud homines esse, quàm

famam reor.) *Citatur à Grammaticis tanquam Plautinum.*

Nullus Athenis locus honestior, quàm ubi Miltiades jacet.) *Sententia Gallionis lib.* IX. *Controvers.* 1. *quam & imitatus est Seneca, ubi asseverat* à Socrate carcerem omni curia redditum honestiorem. *lib. de vita beata capit.* 27. *item consolatione ad Elbiam, capite* 13. *m.*

Nullus est tyrannus se regnare quin bellè putet.) *Iulianus Imperator in Cæsaribus:* Λήξαντος δὲ καὶ τοῦδε τοῦ λόγου, τὸν Ὀκταβιανὸν αὖθις ὁ Ἑρμῆς ἐκίνει, σὺ δὲ, εἶπεν, οὐκ ἐρεῖς ἡμῖν τί κάλλιστον ἐνόμιζες εἶναι; καὶ ὃς Βασιλεύειν, εἶπεν, καλῶς, τί δέ ἐστιν τὸ καλῶς ὠσεβασὲ φράσον, ἐπεὶ δὴ τό γε ἐστὶ καὶ τοῖς πονηροτάτοις λέγειν. ὥστε γοῦν καὶ ὁ Διονύσιος καλῶς βασιλεύειν, καὶ ὁ τούτου μιαρώτερος Ἀγαθοκλῆς. Postquam & hic sermo quoque finitus est, Octavianum deinceps Mercurius interpellabat. Et tu nobis non dicis, quid pulcherrimum esse duxeris. Et ille: pulchrè imperium administrare. Quid verò illud est, pulchrè explicato, ô Auguste? inquit Silenus, quandoquidem & idem profiteri pessimis quibusque licet. Etenim se quoque pulchrè regnare existimabat Dionysius; & illo sceleratior Agathocles.

Nullus ex quibus usus ad res quàm malas, nõ sunt bona. *D. Cyprian. lib.* II. *Epist.* 2. O nominum quanta diversitas? bona appellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res malas usus est.

Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructũ ferat.) *Versus positus extra literam suam. sciamus tamen laudari à Scholasticis pro Lucilliano.*

Nuncium remitte honesto, si cupis ditescere.)

Leno

Leno esto, aut cãpo, aut prædo, aut veterator &c. sumptum ex Dialexi XXX. *Maximi Tyrij.*

Nunquam eris bonus Dux, omnem nisi famam contempseris.) *Exemplo Q. Fabij*, qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm secundâ famâ malè rem gerere, *ut loquitur ad milites suos Paullus Æmilius, apud Livium libro* XLIV. *cap. 22. m.*

Nunquam facto unius fama publica corrumpi solet.) *Gallio libro* X. *Controversia* V. Verùm Atheniensium corrumpitur opinio. misericordia semper censi sumus. Nunquam unius facto publica fama corrumpitur. Solidior est opinio Atheniensium, quàm ut labefactari tormentis captivi possit.

Nunquam tardum existimatur, quod rerum omnium ultimum est.) *Verba sunt Ammiani lib.* XXIX. *cap. 15. f. ubi ostendit non esse properandum ad necem hominis.*

Nupta amat locum, maritus illi ubi zonam abstulit.) *Phalaris Epistola* CXXXV. φίλτατα τὰ χωρία τῆς νυμφαγωγηθείσιν, ἔνθα αἱ τὰ πρῶτα θεσμαὶ ἀποδῶνται παρθενίας: Carissima matrimonio junctis ea loca sunt, ubi virginitatatis primùm deponunt jura.

O domus Anci quam domino nimium dominaris dispari!) *Notissimus versus vel ex Ciceronis citatione.*

O felicem à quo rogare nemo rem audet improbam!) *Dictum Plinij, præfatione historiæ generalis.*

Ob victum modo obque amictum bella homines sani movent.) *Plutarchus in vita Alexandri cap.* CIII. Ὁ δὲ Ταξίλης λέγεται μὲν τῆς Ἰνδικῆς ἔχειν μοῖραν

οὐκ ἀποδέουσαν Αἰγύπτου τὸ μέγεθος, ἄβολον δὲ καὶ καλλίκαρπον ἐν τοῖς μάλιστα. σοφὸς δέ τις αὐτὴν εἶναι, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀσπαζόμενον, Τί δεῖ πολέμων (φάναι) καὶ μάχης ἡμῖν Ἀλέξανδρε πρὸς ἀλλήλους, εἰ μήτε ὕδωρ ἀφαιρησόμεθα ἡμῖν ἀφιξαι, μήτε τροφὴν ἀναγκαίαν; ὑπὲρ ὧν μόνων ἀνάγκη διαμάχεσθαι νοῦν ἔχουσιν ἀνθρώποις.
Taxiles perhibetur Indiæ obtinuisse Ægypto non anguſtiorem laxitate portionem, pabulo autem lætam fœcundamq; fructibus imprimis, ac virip ſe ſapiens fuiſſe. atque quum ſalutaret Alexandrum, dixiſſe, Quid bellis inter nos & prælio Alexander opus eſt, quum neq; aquam nobis ademptum, neque victum neceſſarium veneris? pro quibus ſolis neceſſe habent homines ſani decertare.

Obſequentior minus eſt plebeia viro quàm nobilis.) *Videatur Plutarchus Catonis maioris capite* XXXVIII.

Obſequi fas eſt animis, bono id fiat dum cum modo.) *Fictum ex verſ.* XIII. *Amphytruonis Plautinæ, act.* III. *ſc.* IV.

Obſequium votis quæ pręſtat felix eſt neceſſitas.) *Verba Ennodij lib.* IV. *Epiſt.* 2 *p.*

Octo hominum munus paraſitus facilè ad menſam fungitur.) *Verſus ferè Plautinus, formatus ex Menæchmorum actu* I. *ſc.* IV. *verſ.* 5.

Offerunt Duces ſe multi in caſtris, pauci milites) *Qua de re multa querela apud Iulium Cæſarem libro* 1. *belli Gallici cap.* 40. *apud Livium libro* XLIV. *cap.* 22. *apud Plutarchum cap.* XXXIII. *Phocionis, ubi inſit.* Πορθουμένης δὲ τῆς Θρᾴκίας ὑπὸ Μιθριδάτου συχνοῖς Μακεδόσι καὶ μισθοφόροις, ἀποβεβηκότος εἰς Ῥαμνοῦντα, καὶ καταστρατοπεδεύοντος τὴν χώραν, ἐξήγαγε τοὺς Ἀθηναίους ἐπ' αὐτόν.

αὐτόν. ὡς ἢ πεθομένους ἀλλαχόθεν ἄλλο διεσπαλήγουν, ἢ συμβούλιον αὐτῷ τὸ λόφον καταλαβεῖν, ἐκεῖ πεμπέμψαι σοῦ ἱππέας, ἐνταῦθα παρεμβαλεῖν, Ω Ἡράκλεις (εἶπεν) ὡς πολλοὺς ὁρῶ στρατηγοὺς, ὀλίγους δὲ στρατιώτας. Quum verò ora maritima à Micione, qui ingenti manu Macedonum & mercenariorum in Ramnunta descenderat, agerque vastaretur: eduxit in eum exercitum Athenienſium. Ibi alio atq; alio hinc inde accurrentibus, inferentibusque se in partes ducis, & monentibus ut illic tumultum occuparet, illic equitatum circummitteret, hîc subsidiarios inter principia locaret: Papæ, inquit, quàm multos duces, paucos video milites?

Omne si futurum incertum est, quænam ulli est securitas?) *Simile quid ponitur in libro Philonis Iudæi de Legatione ad Caium, oratione Agrippæ regis.*

Omnes homines ad suum callent quæstum & fastidiunt.) *Verba è Plauti Truculento, actus nimirum* v. *sc. 1. versus 40.*

Omnes navigant nunc lucri, non scientiæ gratiâ.) *Querela est Plinij libro* 11. *Naturalis Historiæ, cap. 46.*

Omnia nimia nimium, hominibus ex se negotium exhibent.) *Sumptum è Plauti Panulo, actus 1. sc.* 11. *vers. 31.*

Omnibus Dijs hominibusq; massa auri est formosior.) *In Petronij Satyrico Eumolpus:* Noli ergo mirari si pictura defecit, cùm omnibus Diis hominibusque formosior videatur massa auri, quàm quidquid Apelles Phidiasve, Græculi delirantes fecerunt.

Omnibus fidem profani rebus pulcris derogãt.)

Dictum

Dictum D. Nazianzeni Orat. XIX. ψυχαῖς γὰρ βεβήλοις ἥδιον τῶν καλῶν ἀξιόπιστον.

Omnibus te fac jucundum; verùm utaris optimis.) *Manuel Imp. cap.* XV. *citat ex Isocrate, monstratq; rationem, quâ id ipsum facilè quis præstet regiæ potentiæ candidatus.*

Omnibus qui inutilis est, sibi utilis esse non potest.) *Verbum Divi Ambrosij libro* IV. *Officiorum cap.* 52.

Omnis inordinatus animus pœna sibimet est sua.) *Voces Divi Augustini libro* 1. *capite* 12. *Confessionum.*

Omnis prælij haud magè est, quàm judicii anceps alea.) *Ideò homines, cùm victoriam emere ipsam non valent, spem tamen emunt victoriæ; ac rapiendi ad tribunal, advocatos requirunt, patronos adhibent, Officialium atque apparitorum gratiam favoremq; emercantur.*

Operam ludit in pertusum dolium lymphas, qui ingerit.) *Factum è Plautino, act.* III. *sc.* III. *v.* 132.

Oppugnatur parte murus debilis qua maximè est.) *Lucianus libro de Calumnia.* Καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ οὐκ ἔστι τὰ ὑψηλὰ καὶ ἀπόκρημνα καὶ ἀσφαλῆ τοῦ τείχους προσίασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἐν ᾗ μάλιστα φύλακος ἐνδεῖ καὶ ῥᾳθυμοῦντι, ἢ ταπεινὸν, ἔστι δὲ ᾗ τὸ πάσῃ δυνάμει χωρεῖσιν, ὡς ἔρᾳστα παρελθοῦσαι, καὶ ἑλεῖν δυνάμενοι. οὕτω καὶ οἱ βλάπτοντες, ὅ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς, καὶ ἀνώχυρον καὶ ἀβέβαιον, τούτῳ προσβάλλουσι, καὶ προσάγουσι τὰς μηχανάς. Nam perinde atque oppugnaturi urbes, non quà probè munitæ sunt alto, præcipiti ac solido mœnium opere, hostes invadunt: sed ubi sentiunt quàm minimè defendi, muniri, muros ac-

ros acceſſu faciles, collapſos, hac omnibus viribus certatim contendunt, quo citra difficultatem irruere, ac potiri rebus queant: ita qui criminandis aliis deſudant, quod in auditoris animo languidum, fragile, facilè ſubactu vidēt, in eam partem traducunt coguntque machinas ſuas.

Opprimas vinum vino, eia, crapulamque crapulâ.) *Natum è vulgi inſania: taxatque Plutarchus libro de Sanitate tuenda cap.* XIX. Τὰς ὑπὸ πλείονας ἀκρασίας καὶ μαλακίας σωτήριον ἔχουσα παροιμίαν, ἐλπὶς ἀναπείθει καὶ προάγειν βαδίζειν ἀναισάντας ἰταμῶς ὅπι τὸ σωθῆναι, ὡς οἴνῳ δὴ τὸν οἶνον, κραιπάλῃ δὲ τὴν κραιπάλην ἐξελόντας καὶ διαφορήσαντας. πρὸς μὲν οὖν ταύτην τὴν ἐλπίδα, τὴν ὑπὲρ Κάτωνος διλάβεσθαι ἀνιταχτέον. ἐκεῖνος φησιν ὠφελεῖν ὁ ἀνὴρ τὰ μὲν μεγάλα μικρὰ ποιεῖν, τὰ δὲ μικρὰ παντελῶς ἀναιρεῖν· καὶ ὅπι κρεῖττον ἔνδειαν ὑπομεῖναι διαπεπῆς καὶ ἡσυχίαν, ἢ διακινδύνου πρὸς λουτρὸν ὠσαμένους καὶ δεῖπνον. εἰ μὲν γάρ ἐστί τι, βλάψει τὸ μὴ φυλάξασθαι, μηδὲ ὅπισχεῖν· εἰ δὲ μηδὲν, οὐ βλάψει τὸ συσταλῆναι τῷ σώματι, καὶ γενέσθαι καθαρώτερον. Plurimos intemperantiæ & molliciei ſpes patrocinium à proverbio quærens, quod vinum vino, crapulam crapula pelli & diſcuti ait, movet, perſuadetque ut omiſſo lecto audacter ad conſueta redeant pocula. Cui quidem ſpei Catonis illa opponi debet cautio, qua is dicebat magna imminui, parva omnino aboleri: tenendumque eſt, quod præſtat fruſtra abſtinuiſſe & quieviſſe, quàm ſanitatem ad balneum aut cœnam ſe proripiendo in periculum conijcere. Etenim ſi mali aliquid ſubeſt, non caviſſe, non ſe inhibuiſſe nocebit: ſi nihil ſuberat mali, non obeſt corpori abſtinentia illa, qua factum eſt purius.

Optima

Optima in conviviis initur consultatio.) *Tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat; ut loquitur Tacitus libro de Moribus Germaniæ: cuius rationes confirmat Plutarchus libro septimo, Symposiacon quæstione* X.

Optimum est in bello, verùm legibus belli, mori.) *Piè & prudenter Iosephus libro* III. *de bello Iudaico cap.* 14. Τί γὰρ τοσοῦτον ἔφη ζῴων αὐτῶν ἕτεροι φανῶμεν; ἢ τί τὰ φίλτατα διαπαισάζομεν ζῶμα καὶ ψυχήν; ἢ λλαάχθαι τὶς ἐμὲ φησίν; ἀλλ' οἴδασι Ῥωμαῖοι καὶ τὸ γενναῖον ἐν πολέμῳ θνήσκειν. ἀλλὰ πολέμιος νόμῳ, τουτέστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων. εἰ μὲν οὖν Ῥωμαίων ἀποτρέπομαι σίδηρον, ἄξιός εἰμι ἀληθῶς τοὐμοῦ ξίφους, καὶ χειρὸς τῆς ἐμῆς. εἰ δὲ ἐκείνους εἰστέρχεται φειδὼ πολέμου, πόσῳ δικαιότερον ἂν ἡμᾶς ἡμῶν αὐτῶν εἰς ἔλθοι. καὶ γὰρ ἥδιστον τοῦτο δρᾶν ζῴας αὐτούς, ὡς ἐν ὧν ὡς ἐκείνους δησάμενοι. καλὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν. φημὶ κἀγώ. μαχομένους μέντοι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀφαιρουμένων αὐτήν. νῦν δὲ ὄντες εἰς μάχην ἀνηβιάζεσθαι ἡμῖν, οὔτε ἀναιροῦσιν ἡμᾶς. ἄδηλος δὲ ὁμοίως, ὅ τε μὴ βουλόμενος θνήσκειν ὅτ' ἂν δέῃ, καὶ ὁ βουλόμενος ὅτ' ἂν μὴ δέῃ. Et quid enim tantoperè, inquit, ô socii propriæ cædis avidi sumus? aut cur amicissimas inter se res, corpus & animam in dissensionem vocamus? mutatum me esse quispiam dicet? sed Romani hoc sciunt. Optimum in bello mori: sed lege belli, hoc est à victoribus trucidari. Proinde siquidem Romanorum ferrum deprecor, verè meo gladio meaque manu sim dignus: sin illi hosti suo parcendum putant, quãto iustius nos ipsi nobis pepercerimus? Quippe stolidũ est ea circa nos admittere, pro quibus ad

bus ab illis dissensimus. Pulchrum enim esse pro libertate mori, & ipse fateor, pugnando tamen, & illorum manibus, qui eam præripuere: nunc autem neque prælia nobis obstant, neque nos interficiunt. Itidem autem timidus est habendus, qui mori non vult cùm opus est, & qui vult cùm non oportet.

Optimum quod est, ad usum jucundissimum sui est.) *Aristides contra proditores mysteriorum*: Πρὸς Διὸς, ἵππου δὲ ἄριστοι καὶ θαυμασιώτατοι. καὶ μὰ λίαν καθ' ἡδονὴν τοῖς θεωροῦσιν. ἆρ' οὐχ οἵ πυες ὡς ἐρρωμένεσταται καὶ διαφερέστατα κὴ μηδὲν ἔξω τοῦ δρόμου βάντες ἀπήντυσαν, παντὶ χοῦ τῷ οἰκείαν ἀρετὴν σώζοντες; κὴ φύσει ταὐτὸν ἄριστόν τε κὴ ἥδιστον εἰς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν. Quid? equi nonne ij sunt optimi ac præstantissimi, & maximæ spectantibus voluptati, qui validissimè ac potentissimè intra orbitam progrediũtur, ubiqui propriam servantes virtutem? Quin & natura sic est cõparatum, ut idem sit & optimum, & ad usum sui jucundissimum.

Optimum quemque inter nos diurnare haud sinunt Dei.) *Citatur pro Quadrigariano.*

Optimum quemque esse putato vel fidelem maximè.) *Certè* optimum quemque fidelissimum putatum *Agricolæ, diserte tradit gener eius Tacitus in vita ipsius cap.* XIX. *Nec aliud volebat hisce Velleius Paterculus libro posteriore cap.* CXXVIII. *p.* Neque novus hic mos senatus populique R. est, putandi, quod optimum sit, esse nobilissimum. nam & illi antiqui, ante primum Bellum Punicum, abhinc annos CCC. Ti. Coruncanium, hominem novum, cùm aliis omnibus honoribus, tum pontificatu

etiam maximo, ad principale extulere fastigium; & equestri loco natum Sp. Carvilium, & mox M. Catonem, novum etiam, Tusculo, Vrbis inquilinum, Muniumque Achaicum in consulatus, censuras, & triumphos provexere, & qui C. Marium, ignotæ originis, usque ad sextum consulatum sine dubitatione Romani nominis habuere principem, & qui M. Tullio tantum tribuere, ut pæne, assentatione sua, quibus vellet, principatus conciliaret; quique nihil Asinio Pollioni negaverũt, quod nobilissimis, summo cum sudore, consequendum foret; profecto hoc senserunt. In cuiuscunq; animo virtus inesset, ei plurimum esse tribuendum. *Quibus accedunt illa Quintiliani Declamatione* III. *pro Milite Mariano:* Quantâ cura robora militum legeris imperator, ut hostibus propè humanas vires excedentibus opponeres parem delectum, vel ex eo manifestum est, quòd cùm scires non ex censu esse virtutem, præterita facultatum contemplatione, vires tantum animosq; spectasti.

Orbitas pecuniosa impunè quævis perpetrat.) *Inde apud Petronium legere est:* Dum hæc magno tempore Crotone aguntur, & Eumolpus felicitate plenus prioris fortunæ esset oblitus statum, adeo ut suis jactaret neminem gratiæ suæ ibi posse resistere, impuneque suos, si quid deliquissent in ea urbe, beneficio amicorum laturos. *Verùm de hoc vitio plura nos ad Tacitum libro* XIII. *Annalium cap.* 52. Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat; poscebatq; tempus evocandorum testium; reus illicò defendi postulabat. valuitque pecuniosa orbitate & senecta, quàm ultra eorum vitam produxit, quorum ambitu evaserat.

Orato-

Oratores ob tacendum pretia accipiunt maxima.) *Explicatur apud Gellium lib.* XI. *Attic. Noct. c. 10.*

Oratori gestuosæ minimè conveniunt manus.) *Sanè tale quid vitio datum Demosthenis scriptum Gellio lib. 1. cap. 5.*

Ordo temporum, in Dei sapientia absque tempore est.) *Citat explicatq; ex D. Augustino D. Prosperus, numero* LVII.

Ornamenta sunt sermonis, otij, haud negotij.) *Ennodius Apologetico pro Synodo:* Dicẽdi ornamenta non sunt negotij sed quietis.

Otiosi etiam reddenda homini ratio silentij.) *Idem Episcopus Dictione* IX. Simul etiam percepi animo, quod si reddenda est de otioso sermone ratio, non minus de silentio.

Otiari atque imperare multis, nemini datur.) *Libanius sine sententia, qua probat,* Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα: *infit:* Καὶ τί δεῖ παλαιὰ λέγειν ἀλλὰ τὰ πάντα χρήσιμα φέρομεν, τίς οὐκ οἶδε λόγον, ὃς φησι δεῖν ἐν νυκτὶ βουλῆς ἔχεσθαι; ὁ δὲ σοφὸς Σοφοκλῆς; πότερα διὰ φρένων ἀπεκάλεσε τὴν νύκτα; οὐχ ὅτι τὸ φρονεῖν, ὡς μάλιστα τότε τοῖς ἀνθρώποις ἐγγίνεται; εἰς ταὐτὸν τὸν ὁρῶν ὁ βασιλεὺς, ἀποστείλαι τὸ ὕπνον, εἰδὼς ὡς οὐκ ἔστιν ἅμα ῥᾳθυμεῖν καὶ πολλοῖς ἐπιτάττειν: Quid verò prisca afferre opus? Aut cui ignotum, vulgi sermone tritum proverbium? Noctu urgenda consilia. Quo autem sensu sapiens Sophocles, noctem dixit vocabulo de mente ducto? nunquid ne ideo, quod tum mentis vis in hominibus maximè exercetur? Hunc spectans excutiat somnum rex, sciatque non posse fieri simul ut otio indulgeatur, ac multis imperetur.

Parce alios quicunque laudat, laudis est inops suæ.) *Plutarchus libello de Auditione, cap.* XXI. Τοῖς γὰρ ἀληθινῶς καὶ βεβαίως ἀγαθοῖς τιμὴ τε καλλίστη, τὸ τιμᾶσθαί τινα τῶν ἀξίων· καὶ κόσμος ὑπερέχων, τὸ ἐπικεκοσμῆσθαι τῇ οὐσίᾳ δόξης καὶ ἀφθονίᾳ γινόμενον· οἱ δὲ γλίσχροι περὶ τοὺς ἑτέρων ἐπαίνους, ἔτι πένεσθαι καὶ πτωχεύειν ἐοίκασι τῶν ἰδίων. Qui revera & constanter sunt boni, iis honor est pulcherrimus honore dignum aliquem afficere, summumque ornamentum alios ornare: quod abundantia quadam gloriæ & liberalitate possunt. Qui verò in aliis laudandis parci sunt, suarum adhuc inopes laudum famelici; videntur.

Participat parem sibi pestem qui alteri exitium parat.) *Leguntur apud Ciceronem libro* II. *Tusculan. quæst. cap.* 17.

Pauperes puellæ longè pulchriores ditibus.) *Rationes subiiciam è Chrysostomi Homilia* XI. *in primam Epist. ad Corinthios:* Οὐδὲν γὰρ οὕτως αἰδοῖος, ὡς γυνὴ πολλὰ σιτουμένη. Διὰ τοῦτο ἐν ταῖς πενομέναις πλείονα τὴν εὐμορφίαν ἴδοι τις ἄν, τῶν περιττωμάτων ἀναλισκομένων, καὶ οὐχὶ περισπωμένων αὐτῆς, πηλοῦ τινος περιπλάσσειν, εἰκῇ καὶ ματαίως. ἡ γὰρ καθημερινὴ γυμνασία, καὶ οἱ πόνοι, καὶ αἱ ταλαιπωρίαι, καὶ ἡ σύμμετρος τράπεζα, καὶ ἡ λιτὴ δίαιτα, πολλὴν μὲν αὐτῆς τὴν ἀκμὴν, πολλὴν δὲ ἐντεῦθεν καὶ τὴν ὥραν παρέχουσιν. Nihil est æquè injucundum & insuave, ut mulier quæ multa comedit. Propterea in pauperculis videris maiorem formæ pulchritudinem, dum consumuntur excrementa, & non temerè ac frustrà allinuntur instar luti supervacanei. Nam quotidiana exercitatio, & labores, & afflictiones, & mensa moderata, & tenuis vitæ ratio, mul-

tio, multam eis præbent bonam habitudinem, & hinc quoq; multam pulchritudinem.

Paupertate citius quàm divitijs gloriam excites.) *Citatur à Stobæo sermone* XCV. Κράτης οὐ τῷ πλούτῳ εἶπεν ἑαυτὸν ἠυδοξηκέναι μεγάλα, ἀλλὰ τῇ πενίᾳ: Crates Cynicus magnam sibi gloriam non divitijs partam dicebat, sed paupertate.

Pacem sic petas, ut olivæ ramulo gladium inferas.) *Dictum D. Hieronymi contra Luciferianos.*

Pace victor vix contentus bellis est civilibus.) *Inde Florus libro* III. *fine ipso:* Victores, quod non temerè aliàs in civilibus bellis, pace contenti fuerunt. *Videatur Sallustius Jugurthinæ Historiæ cap. 42. Velleius libro* II. *cap. 52. f. cap. 56. p. Plutarchus cap.* LV. *Marcelli. p. Iustinus lib.* XVIII. *cap. 16. Egesippus libro 1. Excidij Hierosol. cap. 17. aliq; passim obvij.*

Per vera ad mendacium viam struit calumnia.) *Plutarchus in Alexandri vita cap.* LXXV. *f.* Δέγεται γὰρ ἤδη τὰς δίκας Ἀλεξάνδρου διδόχῃ τοῖς βασιλικοῖς, τὸν χρυσοῦν ἀπὸ τῶν τοῦ ἑτέρου προσλήψεσθαι, καὶ κατηγόρους λέγοντος, ὅπως τῶν κινδυνεύοντι κακῶς φυλάττηται καὶ ἀβλαβῆ. Ἀλλ' ὕστερόν γε αὐτὸν ἔσχον καὶ πολλοὶ καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ ἀληθῶν παρόδων ὥστε ἐπὶ τὰ ψεύδη λαθοῦσαι. Iam initio quum judicia capitalia disceptaret, fama tenet manum eum alteri auri dum diceret accusator admovere solitum, reo ut alteram integram & intactam servaret à calumnijs. Cæterùm post crebræ calumniæ per veros tramites ad mendacia fidem accipientes exasperaverunt eum.

Perdit misericordiam, quæ ignoscit post iniuriam.) *Portius Latro lib.* VII. *Controversia 8.* Non dissimulo: metuo te puella, si nusquam rogari vis, nisi

ubi occidere potes. Gravius punior nunc, cùm me peccasse pudet, quàm cùm peccavi. Quæ post iniuriam ignoscit, perdit misericordiam.

Perforato similis dolio est delicatè victitans.) *D. Chrysostomus Homilia* XII. *ad Ephesios, de Divitiis*: Ὅταν ἢ εἰς τρυφὴν ἀναλώσῃς, ἴδωμεν αὐτῶν τὸ τέλος, τί ποτέ ἐστι. λιπαρμὸς σώματος, ἐρυγαί, πνεύματα, κόπρου πλῆθος, καρηβαρία, μαλακία σαρκὸς, καὶ θερμότης, καὶ ἔκλυσις. ὡς ἂν εἴ τις εἰς τετρημένον πίθον ἐναντλῶν ματαιοπονεῖ, ἕτως καὶ ὁ τρυφῶν, εἰς πίθον τετρημένον ἀντλεῖ. Quando autem eas consumpseris in delicias, videamus quisnam sit earum finis. Pinguedo corporis, ructus, flatus, multitudo stercoris, crapula, carnis mollities, calorq; & dissolutio. Vt si quis infundat in dolium perforatum, vanè laborat, ita etiam qui degit in deliciis, infundit in dolium perforatum.

Pernicioſius à voluptate eſt, ab hoſte quàm capi.) *Valerius Maximus de Annibale lib.* IX. *c.* 1. At Campanica luxuria, per quam utilis civitati noſtræ fuit. Invictum enim armis Annibalem illecebris ſuis cõplexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris uſu laſciviore, ad ſomnum & delicias evocavit. Ac tum demum fracta & contuſa Punica feritas eſt, cùm Seplaſia ei & Albana, caſtra eſſe cœperunt. Quid ergo his vitiis fœdius, quid etiam damnoſius, quibus virtus atteritur, victorię languescunt, ſopita gloria in infamiã convertitur, animiq; pariter & corporis vires expugnãtur, adeo, ut neſcias ab hoſtibusne, an ab illis capi pernicioſius habendum ſit.

Perſium

Persium non curo legere, Lælium Decimum vo-
lo.) *Lucilij versus, productus, nisi fallor, & à Cicerone.*
Pessimum est domi foriſque vivere ex libidine.)
Pulchra sunt quæ huic sententiæ haud aliena exstant
in Oratione Appij Claudij, apud Halicarnassæum libro
v. Antiquit. Rom. Παντὸς ἧττον μᾶλλον σκοπεῖν αὐτοῦ ἠξίου
καινὴν καθιστάμενος πολιτείαν, ὅπως μηδὲν εἰς αὐτὴν ὑπὸ
νηπίων εἰσελθόντων ἔθη πολλὴν ἀναίγκην εἶναι λέγων,
ἐπεῖτα ἄπειρα τὰ πανταχόθεν πόλεων ἐπιτηδεύματα, τοὺς
γίνεσθαι τοὺς τῶν ἰδιωτῶν βίους. ἔθη δὲ εἶναι οὐδὲν κάκιον
ἔτε πόλεσιν, οὔτε οἴκοις, τὰ καθ' ἡδονὰς ζῆν ἕκαστον ἀεὶ, καὶ
τὰ πάντα συγχωρεῖσθαι τοῖς ἥττοσιν ὑπὸ τῶν κρειττόνων, εἴτε
πρὸς χάριν, εἴτε πρὸς ἀνάγκην. ἐπιπληροῦσθαι γὰρ
τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀφρόνων, τυγχανόντας ὧν ἂν δεηθῶσιν,
ἀλλ' ἑτέρων δίκης ὀρέγεσθαι μᾶζόνων, καὶ εἰς ἄπορον πρό-
εισιν· μᾶλλον δὲ τοῦτο πάσχειν τοὺς ὄχλους· ἃ γὰρ καθ'
ἕκαστον ἕκαστος αἰσχύνεται πρᾶξαι, ἢ λέγειν ὑπὸ τῶν χρείτ-
των κατεργόμενα, ταῦτα ἐν καινῷ νομίμου ἑτοιμότε-
ρον πράττομεν, πρὸς ἡλικιώτας ἡλικιῶται τοῖς ἑαυτῶν γνώ-
μας ἐκ τῶν ὁμοίων βουλόμενοι. ἀπλήρωτος δὲ καὶ ἀοριά-
στους ὑπὸ ἀρχούσας τὰς τῶν αἰσθήτων ὄχλων ἐπιθυμίας ἀρ-
χομένας ἐφ' ἡλίκων κωλύειν, ἕως εἰσὶν ἀσθενεῖς, οὐκ ἄπαν ἰ-
σχυρὸν καὶ μεγάλα μὴ δυνάμενον καθαιρεῖν. χαλεπωτέ-
ρους δὲ ὀργὴν ἅπαντας ἔχειν τῶν συγχωρηθέντων στερουμέ-
νους, ἢ τῶν ἐλπιζομένων μὴ τυγχάνοντας. Sed maximè
considerandum ipsis, qui novam reip. formam in-
ducant, ne quis malus in eam mos surrepat; quod
necessariò, qualiacunque sunt publica studia, talis
etiam fiat vita privatorum hominum. nullum au-
tem esse morem peiorem in urbibus domibusve,
quàm unumquemq; pro libidine semper vivere, &
potiores omnia indulgere deteriorib., sive id sponte

sive coacti faciant. nec enim expleri amentium cupidines, si potiantur quibus libet; sed mox alia majora concupiscere, atque ita in infinitum progredi: idque maximè vulgi esse ingenium. quæ enim quisque aut pudore proprio, aut ab alio præstantiore cohibitus veretur facere, ea si vulgo fiant, delinquit facilius, in sua voluntate aliorum libidine simili. inexplebiles porrò & infinitas esse insensati vulgi cupiditates: quarum principiis resistendum esse, dum adhuc sunt invalidæ; non quum magnis & validis adminiculis convelli nequeunt. nam gravius irasci cunctos, si semel concessis priventur, quàm si speratis frustrentur.

Pharmaci loco tyrannus civibus datur malus.) *A Deo scilicet, quo morbi eorum mali corrigantur.*

Plura metue ne putrescant, putribus dum parcitur.) *Sententia D. Augustini ex Epist.* LXXXVII.

Plures à populo damnati innoxij, quàm noxij.) *Intelligendum de viris illustribus, qui bellua illi multiplici odiosi ob splendorem.*

Plurimas res pessimas mala ætas affert cùm advenit.) *Versus Plauti ex Menæchmis, act.* v. *sc.* 2. *v.* 7.

Plurimis non fortitudo, sed fortuna deficit.) *De Epaminonda Diodorus Siculus libro* XV. *Bibliothecæ, cap.* LXXXIV. *m.* Καίπερ ἁπάντων τῇ ἐρετμῷ πεφροντικώς· ἀλλὰ τῶν τύχῃ λαβὼν αὐτὸν ἐρῆμον, τῆς δόξης ἀπέβαλε τὴν νίκην. Quamquam vero omnia, ut solers Imperator tum providerat, quod proposuerat, tamen obtinere non potuit: sed fortunam sibi obnitentem expertus, inopinato victoriam amisit.

Plurimum dives potest hæres, cui non est suus.) *Id est,*

Id est, qui nullos habet liberos, qui orbus est. talem enim omnes captant.

Pluris est auritus testis unus, quàm oculati decé.) *Versus Apuleij libro 1. Floridorum, quem opposuit illi Plautino:* Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem. *nam*, si magis pollerent oculorum, quàm animi judicia, profectò de sapientia foret aquilæ concedendum, *inquit ibidem qui videatur.*

Pluris unus fit maritus quàm viginti cœlibes.) *Unde Libanius Encomio conjugij*: Δόξα τῷ μὲν ἀβουλήτῳ γαμεῖν, ἢ χείρων, τῷ δ' ἑλομένῳ σωφρονεῖν, ἢ βελτίων ἀναγκαίως ἕπεται. καὶ τοσοῦτον ἰσχύϊ τῶν ἑκάτερον, ὥστ' ὁ μὲν ἄγαμος, κἂν σωφρονῇ, τὴν ἐναντίαν τύχην ἐφέλκεται. ὁ δ' οἰκῶν γεγαμηκὼς, κἂν εἰς ἡδονὰς ἐκφέρηται, συκοφαντεῖσθαι δοκεῖ. πολλὴ γὰρ ἔχει ἀνάγκη εἰς τὸ σωφρονεῖν τὸ γυναῖκα. Existimatio abhorrentem à nuptiis deterior, maritum melior necessariò sequitur. Tantumq; hoc in utrisque potest, ut cælebs etiam in castitate, contrariam fortunam sibi accersat: maritus verò, etsi in voluptates deferatur, calumniis tamen impeti credatur. Magnam enim necessitatem habet ad castitatam uxor.

Plus agit clavo adsidens nauclerus, quàm omnes navitæ.) *Sumptum è Ciceronis cap.* VI. *de Senectute.*

Plus livor favet vetustis quàm bonis præsentib.) *Factum videtur ex illis Phadri initio lib.* V. *Fabularum Æsopicarum*: plus vetustis nam favet Invidia mordax quàm bonis præsentibus.

Plus Regem ornat una virtus, quàm bona Orbis omnia.) *Idem ad ravim usq; clamitant Sapientes; sed & ipsum quoq; filio suo inculcavit Basilius Imperator, cap.* VIII.

Οὐχ ὕτω τὰ ἔξω κόσμου πάντα περπνὰ, ὡς ὁ τῆς ἀρετῆς πλοῦτος, τὴν βασιλέα κοσμεῖ. τὸ μὲν γὰρ κάλλος καὶ ἡ διαπρέπεια ἢ νόσῳ, ἢ χρόνῳ μαραίνεται· τὸ δὲ τῆς εὐφυΐας καὶ ἡδονῶν ἐπιτήδευμα πατήρ. ἐρώμη μὲν γὰρ τὰ μὲν σώματα τῆς νίκας κοσμεῖ, πῆρις δὲ ψυχῆς ἐπιτελείαις ἐπίσκοπεῖ. ἡ δὲ κλῆσις τῆς ἀρετῆς, οἷς αὐ προσγένηται, καὶ πλούτου καὶ εὐγενείας χρησιμωτέρα ἐστί· καὶ ὅπερ ἄλλοις ἀδύνατα δοκεῖ, αὕτη ταῦτα σὺν θεῷ ῥᾳδίᾳ παρίστησι. Sola virtutis dotatio plus ornamenti affert regibus, quàm universa quæ mundus hic habet grata & delectabilia. Nam forma & decor aut morbo, aut certè ætate flaccescunt. Opes, ignaviæ & voluptatum plerumque sunt fomites. Robur, corpus quidem victoriis honestat, sed animi luminibus obstruit. Virtutis autem acquisitio quibus contingit, & divitiis & nobilitate generis est potior atque utilior: & quæ aliis fieri non posse videntur, illa cum Dei auxilio ad faciendum expedita subijcit oculis.

Plus suis solet bonus timere Princeps, quàm sibi.) *Unde Plutarchus ad Principem indoctum cap.* VI. *f.* Τῷ γὰρ ὄντι δεδίασιν οἱ βασιλεῖς ὥσπερ τὴν ἀρχομένων, οἱ δὲ τύραννοι τοὺς ἀρχομένους. διὸ τῇ μὲν ἀληθείᾳ τὸ δέος σὺν αὐξουσι· πλείονας γὰρ ἄρχοντες πλείονας φοβοῦνται. Re vera principes subditis, tyranni subditos metuunt. Itaque horum cum potentia crescit metus, & quo pluribus imperant, eo plures timent.

Plus timendum spes vicina dum desideria, ustulat.) *Ennodius libro* I. *Epistola* 10. Ore te parentis stimulo dico; sint licet grandia, quæ in cano eloquentiæ flore polliceris, ego tamen nisi te messe non gratulor: ut solet avarus agricola, qui uberratem anni, nisi in horreis non metitur. Jam in re, & si non gravidas

vidas ariſtas, multo tamen videmus lacte turgentes. Iam prope ad aream vota perveniunt. Sed plus timendum eſt, quotiens deſideria noſtra ſpes vicina ſuccendit. Labora circa ſtudia, lucem in colloquiis dilige, lectioni devotus inſiſte, ut fructus eloquentiæ multiplicium auctorum ventilatione purgetur. Pulcra ſunt quæ ſcribis; ſed ego amo plus fortia. redimita ſunt floribus, ſed poma plus diligo.

Plus unguenti apud Campanos fit, quàm olei quàm cæteris.) *Effatum iſtud viſitur Plinij lib.* XVIII. *Natur. Hiſt. cap.* XI.

Pœna plerunque innocentis, judicis ignorantia eſt.) *Voces D. Auguſtini libro* XIX. *de Civitate Dei. capit. 6.*

Poſſidenti perpuſilla, damnum minimum maximum eſt.) *Caſſiodorus lib.* VII. *variarum, Formulâ 14.* Officium tuum æquitatis conſideratione moderare. Semper enim & præſtandi & lædendi cauſas invenit, qui publicis actionibus adhibetur. Sed quantum adminiſtratio tua inter mediocres agitur, tanta debet æqualitate trutinari: quia illum potius expedit tenere menſuram, qui defectam naſcitur gubernare ſubſtantiam. Idonei damna vix ſentiunt, tenues autem levi diſpendio vulnerantur: quando vel mediocri iniuria totum videtur amittere, qui exiguum cognoſcitur poſſidere.

Poſſidentem quod meliorem non facit, minimè eſt bonum.) *D. Nazianzenus Oratione* XXIII. *in laudem Neronis Philoſophi:* Ἰουφίνῃ μὲν αἰμαίζῃ καὶ πρεσουσίαν, καὶ δυναστίαν, πλέον, ἢ τοῦ ἄλλους οἱ ταῦτα προέχοντες· καὶ τὴν μὲν, ὡς πρώτην κακοπάθειαν, τὴν δὲ ὡς ἐλαττὴν πενίαν, τὴν δὲ ὡς αἰδεστάτην τὴν ἀνωτάτω,

Ἀπλύσιαν

ἁμαρτὺς καὶ ἀποτέμπεται. οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ μήτε βελτίους ποιεῖ τοὺς κεκτημένους, ἀλλὰ καὶ χείρους ὡς τὰ πολλὰ, μήτε ἁμὰ τέλους ἀφικνέεται τοῖς ἔχουσι. Luxum enim & delicias, atque opes & potentiam magis aspernatur, quàm alios ij solent, qui his rebus excellunt. Ac delicias quidem, ut primam ærumnam, & afflictionem, opes autem ut extremam paupertatem, potentiam verò ut summam imbecillitatem despicit, atque amolitur. Neque enim quidquã boni nomen obtinere posse statuebat, quod dominos suos haudquaquam meliores, immò etiã perspicaciores efficeret, nec constanter cum his, à quibus possidetur, maneret.

Possidere vis Deum? mundo remitte universum) *D. Prosper. lib. 11. de vita Contemplat.* Quis enim cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud quærit? aut quis non pro amore illius omnia quæ putantur magna, contemnit? Ergo qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo is quem terrenæ possessionis adhuc delectat ambitio: quia quamdiu sua nõ relinquit, mundo, cuius bona retinet, servit: & utiq; non potest mundo servire simul, & Deo.

Posteris servire quærunt maximè viri optimi.) *Est à Ciceronis lib. 1. Tusculan. Quæstionum cap. 15.*

Præcavisse iustius quàm expectavisse iniurias.) *Verba Tyronis Tullij*: Nam beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remunerari quàm facta sint: iniurias autem imminentes præcavisse iustum est quàm expectavisse. Summa enim professio stultitiæ est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperirique, ut cùm admissa & perpetrata fuerint,

fuerint, tum denique, ubi quæ facta sunt infecta fieri non possunt, puniantur. *citat Gellius lib.* VII. *capite 3.*

Præcipitati non trahunt quod impulit, sed obvium est.) *Sunt verba Vibij Galli, libro* IX. *Controversia 6.*

Præco morbi, difficultas motus, præco cruditas.) *Vult puto, duo illa esse prænuntia morborum, ut etiam sunt. videatur modò Hippocrates eiusq; interpretes.*

Præmio aut dolo pugnare non placet Quiritib.) *Quadrigarius apud Gellium libro* III. *cap. 8.* Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis iniuriis continuo animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus. sed communis exempli & fidei visum est, uti te salvum velimus; ut esset, quem vincere possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi precium à nobis peteret, si te clam interfeciset. id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi exspectaret: & simul visum est, ut te certiorem faceremus; ne quid eiusmodi, si accidisset, nostro consilio civitates putarent factum; & quod nobis non placet precio aut præmio aut dolis pugnare. tu, nisi caves, iacebis.

Præmio imò impunitate nullum non acuas malum.) *Tacitus libro* XIII. *Annalium capite 25. f.* Ludicram quoq; licentiam & fautores histrionum, velut in prælia convertit, impunitate & præmiis. *Suetonius Vespasiani cap.* 01. *Libido atq; luxuria, coercente nullo invaluerat, &c.*

Præmium quicunque differt aufert mercenario.) *Tale quid voluit Lex Mosaïca, quæ mandabat nulli pauperi differendam mercedem in crastinum.*

de quo

λαπύς καὶ δυσπέμπελον. οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ μήτε βελτίους ποιεῖ τοὺς κεκτημένους, ἀλλὰ καὶ χείρους ὡς τὰ πολλὰ, μήτε λαμπρὸν τέλους ἀπολείπει τοῖς ἔχουσι. Luxum enim & delicias, atque opes & potentiam magis aspernatur, quàm alios ij solent, qui his rebus excellunt. Ac delicias quidem, ut primam ærumnam, & afflictionem, opes autem ut extremam paupertatem, potentiam verò ut summam imbecillitatem despicit, atque amolitur. Neque enim quidquam boni nomen obtinere posse statuebat, quod dominos suos haudquaquam meliores, immò etiã perlæpe deteriores efficeret, nec constanter cum his, à quibus possidetur, maneret.

Possidere vis Deum? mundo remitte nuncium) *D. Prosper. lib. 11. de vita Contemplat.* Quis enim cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud quærit? aut quis non pro amore illius omnia quæ putantur magna, contemnit? Ergo qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo is quem terrenæ possessionis adhuc delectat ambitio: quia quamdiu sua nõ relinquit, mundo, cuius bona retinet, servit: & utiq; non potest mundo servire simul, & Deo.

Posteris servire quærunt maximè viri optimi.) *Est à Ciceronis lib. 1. Tusculan. Quæstionum cap. 15.*

Præcavisse iustius quàm expectavisse iniurias.) *Verba Tyronis Tullij*: Nam beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remunerari quàm facta sint: iniurias autem imminentes præcavisse iustum est quàm expectavisse. Summa enim professio stultitiæ est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperirique, ut cùm admissa & perpetrata fuerint,

fuerint, tum denique, ubi quæ facta sunt infecta fieri non possunt, puniantur. *citat Gellius lib.* VII. *capite 3.*

Præcipitati non trahunt quod impulit, sed obvium est.) *Sunt verba Vibij Galli, libro* IX. *Controversia 6.*

Præco morbi, difficultas motus, præco cruditas.) *Vult puto, duo illa esse prænuntia morborum, ut etiam sunt. videatur modò Hippocrates eiusq; interpretes.*

Præmio aut dolo pugnare non placet Quiritib.) *Quadrigarius apud Gellium libro* III. *cap. 8.* Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis iniuriis continuo animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus. sed communis exempli & fidei visum est, uti te salvum velimus; ut esset, quem vincere possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi precium à nobis peteret, si te clam interfeciset. id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi exspectaret: & simul visum est, ut te certiorem faceremus; ne quid eiusmodi, si accidisset, nostro consilio civitates putarent factum; & quod nobis non placet precio aut præmio aut dolis pugnare. tu, nisi caves, iacebis.

Præmio imò impunitate nullum non acuas malum.) *Tacitus libro* XIII. *Annalium capite 25. f.* Ludicram quoq; licentiam & fautores histrionum, velut in prælia convertit, impunitate & præmiis. *Suetonius Vespasiani cap.* 01. *Libido atq; luxuria, coercente nullo invaluerat, &c.*

Præmium quicunque differt aufert mercenario.) *Tale quid voluit Lex Mosaïca, quæ mandabat nulli pauperi differendam mercedem in crastinum.*

de quo

de quo consulatur & Iosephus libro IV. *Antiq. Iudaic. capite. 8.*

Præstat uti nutrimento multiplici quàm simplice.) *Super hac controversia in utramq; disputatur partem apud Plutarchum lib.* IV. *Symposiacon quæst. 1.*

Præsidum mores tuorum, noris, aut per dis tuos) *Dicitur istud principibus. egregiéq; de hoc ipso Basilius Imperator. cap.* XXX. Ἰατρὸς ἐκεῖνός ἐστιν ἀληθὴς, ὃς καλοὺς καλῶς τοῖς νοσήμασι τὰς ἰατρείας ἐπιτίθησι· καὶ βασιλεὺς ἐκεῖνός ἐστιν ἀγαθὸς, ὃς εὐθηνουμένων τὸ εὐθηνεῖν, τὸ τὰς ἀδικίας ἐνδιωξάντας πρεσβεύεται ἄρχοντας, ὡς χρὴ ἱππονόμου μὲν ἴδιον, τὸ τὸ ἵππων ἑκάστου τὴν ἀρετὴν ἐπιγινώσκειν, κυνηγέτου δὲ τὸ τοὺς διώκοντας τὸ κυνῶν καλῶς ἐξεπίστασθαι, καὶ στρατηγοῦ δὲ τὸ τοὺς στρατιώτας γνωρίζειν, ὁποῖοι τὰς ἀρετὰς τῶν ἀρχόντων ἕκαστος ᾖ, ἵν' ἐν παρατάξει τὸ ἄριστον τῆς ἐπιτάξεως ἔχῃ· οὕτω καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ, τὰ τὰ ἔθνη καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ γνώμας τῶν περὶ αὐτὸν ἀρχόντων ἀκριβῶς εἰδέναι, ἵν' ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς ἑκάστους, καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ καθ' ἑνὸς τὴν προσηκούσῃ τάξει ἁρμοττούσην· καὶ τοὺς μὲν λοιμοὺς τῆς πολιτείας ἐξορίζειν, τοὺς δὲ εὐσεβεῖς δὲ καὶ ἀρίστους, τοὺς πολιτικὰς ἀρχὰς διοικεῖν καὶ κοσμεῖν. Præstantissimus Medicorum ille est, qui accommodatas cuique morborum generi novit adhibere curationes: & Rex optimus, qui eos instituit Magistratus, qui à suis subjectis omnem injuriam arcere ac propulsare queant. Sicut enim equisonis virtus propria est, equi cujusque nosse præstantiã: & venatoris intelligere quantum quisque canum cursu valeat ad persequendas feras: ac Imperatoris milites suos cognoscere, & qua quisque eorum fortitudine sit perspectum habere, ut in instruenda acie intelligat quo quemque loco

debeat

debeat collocare: ita boni Regis est subditorũ suorum mores, animos, actus & sententias perdiscere, ut de singulis edoctus, unumquemque sciat suo ordine disponere: ac pravos quidem & pestilẽtes homines à Republica extorres cijcere: Probos autem & veritatis amantes, honoribus & publicis muneribus præficere.

Pravitatis omnium facillima expugnatio est.) *D. Nazianzenus.* Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅπως ἑαυτὸν ἀποκρύψῃ, οὐδ' ἂν πολλαὶ σοφῇ, καὶ παντοίῳ γνώμῃ τῆς ἀπονοίας, οὐδ' εἰ πλὴν Ἀΐδου κυνέαν (ὡς δὴ λέγεται) περιθέσθαι μέλοι, ἢ τῷ δακτυλίῳ Γύγου, καὶ τῇ σοφῇ τῆς Φερεκύδους χρησάμενον, ἑαυτὸν ἀποκλέψαι. τοιαῦτον μὲν οὖν, ὅσῳ φαύλῃ ἀπαχθεῖ ἐξαλλοιῶσαι, τοσούτῳ πλέον αἰσχύνεται τὴν ἀλήθειαν διαζουσῃ, καὶ τοῖς ζωηροτέροις τούτων κεντοῦσι· ὡς ταῦτα πράττων τὲ καὶ πολιτῶν, αἷς οὐδ' αὐτὸς ὡς δικαίως πραττομένοις ἔχει συνηγορεῖν. οὕτως ἀλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ παντὶ σχήματι ἑαυτῇ περιπίπτουσα.

Sed nulla unquam ratione seipsum occultabit, ne si in omnem quidem partem se vertet, ac per vafritiem suam in omnes formas immutet, atque Orci galeam, ut dici solet, induat, aut Gygis annulo & palæ conversione sese suffuretur. Immò contrà, quò magis elabi atque effugere tentat, hoc magis comprehenditur & convincitur apud veritatis tribunal, ac prudentissimos quosque earum rerum judices, utpote hæc faciens atque committens, quæ ne ipse quidem, ut justa, defendere queat. Adeò expugnatu facilis res est improbitas, atque undecumque secum ipsa pugnat.

Primus est gradus felicitatis, haud delinquere.) Secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia inte-

λαπύς καὶ ἀποπέμπεται. οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ μήτε βελτίους ποιεῖ τοὺς κεκτημένους, ἀλλὰ καὶ χείρους ὡς τὰ πολλὰ, μήτε λαὶ τέλους ὀνίνησι τοῖς ἔχουσι. Luxum enim & delicias, atque opes & potentiam magis aspernatur, quàm alios ij solent, qui his rebus excellunt. Ac delicias quidem, ut primam ærumnam, & afflictionem, opes autem ut extremam paupertatem, potentiam verò ut summam imbecillitatis despicit, atque amolitur. Neque enim quidquã boni nomen obtinere posse statuebat, quod dominos suos haudquaquam meliores, immò etiã perspe deteriores efficeret, nec constanter cum his, à quibus possideretur, maneret.

Possidere vis Deum? mundo remitte nummum) *D. Prosper. lib. 11. de vita Contemplat.* Quis enim cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud quærit? aut quis non pro amore illius omnia quæ putantur magna, contemnit? Ergo qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo is quem terrenæ possessionis adhuc delectat ambitio: quia quamdiu sua nõ relinquit, mundo, cuius bona retinet, servit: & utiq; non potest mundo servire simul, & Deo.

Posteris servire quærunt maximè viri optimi.) *Est à Ciceronis lib. 1. Tusculan. Quæstionum cap. 15.*

Præcavisse iustius quàm expectavisse iniurias.) *Verba Tyronis Tullij*: Nam beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remunerari quàm facta sint: iniurias autem imminentes præcavisse iustum est quàm expectavisse. Summa enim professio stultitiæ est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperirique, ut cùm admissa & perpetrata fuerint,

fuerint, tum denique, ubi quæ facta sunt infecta fieri non possunt, puniantur. *citat Gellius lib.* VII. *capite 3.*

Præcipitati non trahunt quod impulit, sed obvium est.) *Sunt verba Vibij Galli, libro* IX. *Controversia 6.*

Præco morbi, difficultas motus, præco cruditas.) *Vult puto, duo illa esse prænuntia morborum, ut etiam sunt. videatur modò Hippocrates eiusq; interpretes.*

Præmio aut dolo pugnare non placet Quiritib.) *Quadrigarius apud Gellium libro* III. *cap. 8.* Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis iniuriis continuo animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus. sed communis exempli & fidei visum est, uti te salvum velimus; ut esset, quem vincere possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi precium à nobis peteret, si te clam interfeciset. id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi exspectaret: & simul visum est, ut te certiorem faceremus; ne quid eiusmodi, si accidisset, nostro consilio civitates putarent factum; & quod nobis non placet precio aut præmio aut dolis pugnare. tu, nisi caves, iacebis.

Præmio imò impunitate nullum non acuas malum.) *Tacitus libro* XIII. *Annalium capite 25. f.* Ludicram quoq; licentiam & fautores histrionum, velut in prælia convertit, impunitate & præmiis. *Suetonius Vespasiani cap.* 01. *Libido atq; luxuria, coercente nullo invaluerat, &c.*

Præmium quicunque differt aufert mercenario.) *Tale quid voluit Lex Mosaica, quæ mandabat nulli pauperi differendam mercedem in crastinum.*

de quo

de quo consulatur & Iosephus libro IV. *Antiq. Iudaic. capite. 8.*

Præstat uti nutrimento multiplici quàm simplice.) *Super hac controversia in utramq; disputatur partem apud Plutarchum lib.* IV. *Symposiacon quæst. 1.*

Præsidum mores tuorum, noris, aut per dis tuos) *Dicitur istud principibus. egregiéq; de hoc ipso Basilius Imperator. cap.* XXX. Ἰατρὸς ἐκεῖνός ἐστιν ἀληθὴς, ὃς κατὰ πάλιν τοῖς νοσήμασι τὰς ἰατρείας ἐπιτίθησι· καὶ βασιλεὺς ἐκεῖνός ἐστιν ἀγαθὸς, ὃς ἀδικημάτων τὰ ἰάματα, τοὺς τὰς ἀδικίας ἐπιδιωξαντας προβάλλεται ἄρχοντας· ὡς γὰρ ἱπποκόμου μὲν ἴδιον, τὸ τοὺς ἵππους ἐκ παίδων τιμᾶν ἀρετῆς ἕνεκα, ἵνα ἐν παρατάξει τὸ ἄριστον τῆς ἐπιτάξεως ἔχῃ· οὕτω καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ, τοὺς ἐν ἔθνη καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ γνώμας τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀρχόντων ἀναμαντάνειν, ἵν' ὑπομονῶς ἔχῃ πρὸς ἕκαστον, ἢ καταλλήλως τὰ καθ' ἕνα τῇ προσηκούσῃ τάξει ἀφορίζῃ τάπτειν· καὶ τοὺς μὲν λοιμοὺς τῆς πολιτείας ἐξορίζειν, τοὺς δὲ σώφρονας, τοὺς πολιτικὰς ἀρχὰς διοικεῖν καὶ κατέχειν. Præstantissimus Medicorum ille est, qui accommodatas cuique morborum generi novit adhibere curationes: & Rex optimus, qui eos instituit Magistratus, qui à suis subjectis omnem injuriam arcere ac propulsare queant. Sicut enim equisonis virtus propria est, equi cujusque nosse præstantiã: & venatoris intelligere quantum quisque canum cursu valeat ad persequendas feras: ac Imperatoris milites suos cognoscere, & qua quisque eorum fortitudine sit perspectum habere, ut in instruenda acie intelligat quo quemque loco

debeat

debeat collocare: ita boni Regis est subditorũ suorum mores, animos, actus & sententias perdiscere, ut de singulis edoctus, unumquemque sciat suo ordine disponere: ac pravos quidem & pestilẽtes homines à Republica extorres ejicere: Probos autem & veritatis amantes, honoribus & publicis muneribus præficere.

Pravitatis omnium facillima expugnatio est.) *D. Nazianzenus.* Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅπως ἑαυτὸν ἀποκρύψῃ, οὐδ' ἂν πολλαὶ σοφῇ, καὶ παντὶ γρήτυι πῆς ἀπατηλίης, οὐδ' εἰ πὴ Αἴδος κυνέην (ὡδὴ λέγεται) πείθεται ἢ τῷ δακτυλίῳ Γύγου, καὶ τῇ σοφῇ τὸ ζῳφόνης μήδεα νοήσῃ, ἑωυτὸν ἀποκλέψῃ. τοιοῦτον μὴν οὐδὲ, ὅσῳ φύσει ἀπηχθρεῖ τὸ ἀλαθὲς, τοσούτῳ πλέον ἀλίσκεται καὶ δίκῃ ἀληθείης δικάζουσι, καὶ τοῖς ζωοτατέροις τούτων κριτῇσι· ὡς ταῦτα προϊδὼν τὲ ἡ πολυμῆς, αἷς οὐδ' ἂν αὐτὸς ὡς δικαίως προσομιλήσοις ἔχη συνηγορεῖν. οὕτως ἀπάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ παντάχόθεν ἑαυτῇ ἐπίπλοον. Sed nulla unquam ratione seipsum occultabit, ne si in omnem quidem partem se vertet, ac per vafritiem suam in omnes formas immutet, atque Orci galeam, ut dici solet, induat, aut Gygis annulo & palæ conversione sese suffuretur. Immò contrà, quò magis elabi atque effugere tentat, hoc magis comprehenditur & convincitur apud veritatis tribunal, ac prudentissimos quosque earum rerum judices, utpote hæc faciens atque committens, quæ ne ipse quidem, ut justa, defendere queat. Adeò expugnatu facilis res est improbitas, atque undecumque secum ipsa pugnat.

Primus est gradus felicitatis, haud delinquere.) Secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia inte-

tia integra & illibata, quæ ſervet: hic ſuccedit medela, quæ ſanet, *ut loquitur D. Cyprianus, lib. 1. Epiſt. 3.*

Principium Deo indicante, facilè eſt reliqua proſequi.) *Eſt à Pindaro, laudaturque inter alios ab Ariſtide Orationis initio, contrà criminantes, quod non declamaret.*

Principi malè adſenteris, imò vel magnis Deis.) *Iulianus Apoſtata in Miſopogone:* Τὰς μὲν δὴ τρωάδας οὔτι τοῖς τ' Πριάμου, ἢ τινας τ' τούτου θυγατέρων ἢ υἱέων, οὐ μὴν οὐδ' αὐτὸν τ' Ἕκτορα· καί τοι τούτῳ, φησὶν, ὡς θεῷ Τρῶας ἀλολύζειν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτ' ἔδειξεν ἐν τῇ ποιήσει οὔτε γυναῖκας, οὐδ' ἄνδρας· ἀλλὰ τῇ Ἀθηνᾷ ἁπάσῃ ἀλολυγῇ πᾶσαι, φησι, χεῖρας ἀνέσχον. βαρβαρικὸν μὲν δὴ καὶ τοῦτο καὶ γυναιξὶ πρέπον· οὐ μὴν ἀνόσιον γε εἰς σοὺ θεοὺς, ὥσπερ τὸ παρ' ὑμῖν ποιούμενον. ἐπαινεῖτε γὰρ αὐτὴ τ' θεῶν σοὺ ἀνθρώπους ἡμᾶς, καὶ κολακεύετε. καίτοι κρεῖττον μὲν ἐστιν, οἶμαι, μηδ' ἐκείνους κολακεύειν, ἀλλὰ θεραπεύειν σωφρόνως. Troianas quidem certè neque Priamo, neque cuiquam ex eius liberis, ac neipſi quidem Hectori (quamquam huic veluti Deo ait Trojanos ſupplicare) ſed tamen illis ſupplices neque feminas, neque viros fecit in poemate. Sed ad Minervam (ait) omnes cum ululatu manus tendebant. Quamquam hoc etiam barbarorum eſt, & mulierculis conſentaneum, tametſi non impium erga deos, ſicuti id quod vos facitis, qui nos homines nanquam deos collaudatis, nobiſque adulamini: cùm longè melius eſſet, ne diis quidem ipſis adulari, ſed ſobriè ac modeſtè eos colere.

Principem haud colit adſentator, ſed fortunam Principis.) *Dictum Philonis Iudæi, de Legatione ad Caium.*

Caium. Sed & de satellitibus eiusdem Caligulæ infit Iosephus libro XIX. *Antiquitatum Iudaic. cap. 1.* Οὗτοι οὖν πυθομένοι ἔτι ζῶντι τὸν Γάϊον, καὶ σφαλησάντες ἀφ' τὸ μὴ δρετῇ κρίνειν ἕκαστα τοῖς ὅλοις, ἀλλὰ συμφέροντα ἑαυτοῖς, μᾶλλον ἢ αὐτοῖς φιλοφρονούμενος Γάϊος δόσεσι χρημάτων τὸ ἄνουν αὐτοῦ κλώμενος. Hi cognita morte Caij vehementer indoluerunt, non ipsius virtutibus rem metientes, sed suis commodis, quòd gratiosus apud illos fuerat crebris largitionibus benevolentiam eorum sibi comparans.

Principes magni haud alios quàm se patiuntur Iudices.) *Unde Avitus Ansibarijs apud Tacitum libro* XIII. *Annal. cap. 56. p.* Patienda meliorum imperia. Id Diis placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent: neque alios judices quàm seipsos paterentur,

Principum pauci Camœnis aurem habent idoneam.) *Inde Midæ adsinguntur aures asininæ. Sed & Plutarchus Orat. altera, de fortuna vel virtute Alex. Magni:* Ὁ γοῦν Σκυθῶν βασιλεὺς Ἀντέας, Ἰσμηνίαν τὸν αὐλητὴν λαβὼν αἰχμάλωτον, ἐκέλευσε φανερὰ πότον αὐλῆσαι· θαυμαζόντων δὲ τῇ αὐλήσει τὰ ἄλλα καὶ κροτούντων, αὐτὸς ὤμοσεν ἀκροᾶσθαι μᾶλλον ἵππου χρεμετίζοντος ἡδίονος οὕτω μακρὰν ἀπεσπακὼς τὰ ὦτα τῶν μουσῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ἐν τοῖς φάτναις εἶχεν, οὐκ ἵππων ἀλλ' ὄνων ἐπιτηδειοτέραν ἀκοὴν φέρων. Τίς οὖν οὕτω φαῦλος τοιούτοις βασιλεῦσιν, αὔξησις ἢ τιμὴ τέχνης γένοιτο καὶ μούσης τοιαύτης; Scytharum Rex Ateas captivuum adeptus Ismeniam tibicinem jussit inter pocula canere. cumque cantum eius reliqui plausu & admiratione prosequerentur, juravit se suaviùs audire hinnitum equi adeò procul is aures suas à Musis abduxerat, ani-

mumque in præsepibus habebat, non equos, sed asinos, qui audiret dignum. Quid putas apud tales reges incrementi aut honoris artibus & Musicæ futurum?

Principum quis est, quem nulla fama perstringat gravis?) *Julius Capitolinus in vita M. Antonij Philosophi cap.* XV. Nemo est Principum, quem non gravis fama perstringat: usque adeo ut etiam Marcus in sermonem venerit, quod Verum veneno sustulerit, &c.

Pro quocunque præmio, bonis est conscientia.) *Symmachus ltb.* IV. *Epist.* 7. Nolo ex verbis cuiusquã speres tanti beneficij solutionem. præ cæteris nosti, solum conscientiæ bonæ præmium satisfacere posse magna præstantibus.

Promptius juveni suadere ægroq; quàm sano ac seni.) *Persuaderi enim citius solent, qui minus valent reluctari, atq; in quibus hæsitatio est imbecillior.*

Promptus quæcunq; fingat quis, quàm stultitiam meram.) *Neminem fingere stultitiam, tractatum fuit libello quodam famoso in Claudium Imperatorem, titulo μωρῶν ἀνάξεσις, ut meminit Tranquillus vitæ eius, cap.* XXXVIII.

Prosperæ res supprimuntur; dilatantur tristia.) *Potest accommodari & famæ, & rumori, & malignitati, & multis aliis. Sed & huc referas illud Isidori Pelusiotæ lib.* III. *Epistola* CCXXXVII. Πολλοὶ τ̃ ἀνθρώπων (οὐκνῶ γὰρ εἰπεῖν πάντες. καίτοι τῆς γραφῆς τοῦτο λοιδόρησις λέγειν) οὐ τῷ δικαιοσύνῃ ἀπαράζεσθαι, ἀλλὰ τῷ τοῖς ἀδικωτέροις ἑαυτοὺς παραβάλλειν τῇ συγκρίσει τ̃ χειρόνων τὴν τ̃ δικαιοσύνης φαντασίαν καρποῦνται, οὐκ αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς τὰς θείας ἐντολὰς δοκιμάζοντες, ἢ πρὸς τ̃ τούτων

τ τύτων κανόνα ῥυθμίζοντες τ οἰκεῖον βίον, ἀλλὰ τοῖς ῥαθυμοῦσι τ πέλας, ϖλημμελοῦντες τὴ αὐ τ πολιτείαν. διὸ καὶ τοῦ ἐῤῥέθη, ὅπερ ἐμπαθεῖν ἠθέλησας. πᾶς ἀνὴρ Φαίνεται ἑαυτῷ δίκαιος. ϖρὸς μὲν γὰρ τὰ καλορθώματα τ πέλας τυφλώττει, τὰ δ ἐλαττώματα ὀξέων ὁρᾷ. καὶ καθάπερ οἱ γύπες λῆμμας πολλάκις ἢ ϖλατείους ϖαρέχοντες, τοῖς νεκροῖς ἐφίπτανται ζώμασιν. Pleriq; mortalium (vereor enim dicere omnes: etiamsi hoc Scriptura dicere videatur) non quòd virtutem amplectantur, sed quòd iniquioribus seipsos comparent, per deteriorum collationem, opinionis errore justos se esse fingunt: non ipsa per se Dei mandata expendentes, ac suam vitam ad eorum normam componentes, verùm cum aliorum languore atque socordia suam vivendi rationem conferentes. Eaque de causa dictum est illud, quod à me tibi explicari cupis, Omnis vir justus sibi esse videtur. Etenim ad ea quidem, quæ alij rectè atque virtute gerunt, cæcutit: eorum autem vitia liquidò perspicit: non secus, videlicet ac vultures, prata persæpe atque hortos prætereuntes, cadavera volatu petunt.

Puberes nati haud suis lavantor cum parentibus.) *Itaolim obtinuisse, haurire est ex D. Ambrosij libro 1. Officiorum cap. 18.*

Publicam rem nil adæquè servat quàm sacer Timor.) *De Lacedæmoniis refert Plutarchus in vita Cleomenis cap.* XI. Τιμῶσι δ τ φόβον, οὐχ, ὥσπερ οὗς ἀπολέποντας δαίμονας, ἡγούμενοι βλαβερὸν, ἀλλὰ τὴ πολιτείαν μάλιστα σωέχεσθαι νόμῳ νομίζοντες. διὸ καὶ ϖροεκήρυττον οἱ ἔφοροι τοῖς πολίταις εἰς τὴ ἀρχὴ εἰσιόντες, εἰς Ἀριστοτέλης φησὶ, κείρεσθαι τὴ μύσακα, καὶ ϖροσέχειν

τοῖς νόμοις, ἵνα μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς· τὸ δὲ μύσαχθαι (οἶμαι) προλέγοντες, ὅπως ἡ φείδηται τοῦ μικροῦ τοῦ νέου πάθους ἐθίζωσι. καὶ τὴν ἀνδρείαν δέ μοι δοκοῦσιν, οὐκ ἀφοβίαν, ἀλλὰ φόβου φυγὴν ἡ δέος ἀδοξίας οἱ παλαιοὶ νομίζειν. οἱ γὰρ δειλόταλοι πρὸς τοὺς νόμους, παρρᾳθυμόταλοι πρὸς τοὺς πολεμίους εἰσί. καὶ τὸ παθεῖν ἥκιστα δεδίασιν, οἱ μάλιστα φοβούμενοι τὸ κακῶς ἀκοῦσαι. Timorem autem venerantur, non quòd, ſicut quos deteſtantur lares, arbitrentur noxium: ſed quod contineri rempublic. imprimis arbitrentur timore. Quapropter proclamari jubebant ephori in contione, quum magiſtratum inirent, (ut autor eſt Ariſtoteles) mentum ut raderent, & legibus adverterent animum, ne ſævirent in ipſos. Quod ad mentum attinet, proponunt, meo judicio, ut etiam in minimis aſſueſcat juventus parêre. Ac fortitudinem mihi videntur priſci non intrepidum animum, ſed probri trepidationem atque infamiæ metum exiſtimaſſe. ſiquidem timidiſſimi legum, ſunt adverſus hoſtes animoſiſſimi: & pati quidvis minimè timent, qui maximè trepidant malè audire.

Publici fures ætatem in auro agunt & purpurâ.) *Cato Oratione de Præda Militibus dividunda:* Fures privatorum furtorum in nervo atq; in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atq; in purpura.

Publico operi non qui id fecit, ſed qui ei præeſt, inſcribitur.) *Iulianus Imperator in Cæſaribus:* Οὗτοι γὰρ οὐκ ἀλλοτρίοις ἔργοις, ὥσπερ ἐν πολιτικαῖς οἰκοδομίαις καὶ δαπανήμασιν, ἐπ' ἄλλων καταβληθείσης καὶ ὑπιτελεσθείσης, ἔπειτα ἄρχων ἐπεγεγράφη μικρὰ κομιώσας τὸ τοῖχον, οὕτω ταῖς ἀλλοτρίαις ἐπεγεγράφησαν πράξεσιν. Non enim

ſicut

ſicut in ædificationibus, quæ publicis impenſis fiunt, accidit, quibus aliorum opera & ſumptu ad exitum perductis, opus alterius, qui ei præeſt nomine inſcribitur, licet in eius confectione minimum laboris impenderit, iſti aliena egregia facta ſibi adſcripſerunt.

Publicum bonum ſi multas uſque privata impedit.) *Tacitus libro decimoquarto Annal. capite 38.* Iulius Caſſicianus ſucceſſor Cato miſſus, & Suetonio diſcors, bonum publicum privatis ſimultatibus impediebat.

Pulcritudo corporum, an non Temporis ludibrium eſt?) *Certè; ſi modo eamante non abſtulerit valetudo, adeò ut tempori nihil jam fuerit relictum quod raptaret. Citavimus ſupra huc facientia D. Nazianzeni verba, ex Orat. XXXI. ea repetantur.*

Pulchrum abundè haud adſecutis eſt voluiſſe rem adſequi.) *Plinius præfatione Hiſtoriæ Naturalis*, Res ardua, vetuſtis novitatem dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturam, & naturæ ſuæ omnia. Itaque etiam non adſecutis, voluiſſe, abunde pulchrum atque magnificum eſt.

Pulchrum etiam eſt vel reluctanteis ad officium cogere.) *De Cleomene Plutarchus in vita eius, cap. 2. p.* Ἐφαίνετο δὲ κάλλιστον μὲν αὐτῷ κρατεῖν ἑκόντων, καλὸν δὲ καὶ μὴ πειθομένων βιάσασθαι, πρὸς τὸ βέλτιον ἐναγκαζόμενον. Videbatur ei honeſtiſſimum volentibus imperare, honeſtum etiam expugnare reluctantes, & ad id quod rectum eſſet adigere.

Pulcrior haud finis vitæ eſt, æmulari quàm

Deos.) *Iulianus in Cæsaribus:* Καὶ ὁ Ἑρμῆς βλέψας πρὸς τὸν Μάρκον, σοί λε, εἶπεν, ὦ σοβαρὲ, τὶ καλλιστον ἐδόκει τοῦ βίου τέλος εἶναι, καὶ ὁς ἡρέμα καὶ σωφρόνως, τὸ μιμεῖσθαι, ἔφη, σοὺ θεούς. ἔδοξεν μοὶ οὖν ἀθρόως ἡ ἀποκρισις οὐκ ἀγλωννὴς, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ πάντος ἀξία.

Et Mercurius in Marcum intuitus: Tibi, inquit, ô venerande, quis pulcherrimus vitæ finis esse visus est? Cui ille graviter admodum, & moderatè: Deos, inquit, imitari. Visa est statim hæc responsio non modò non ignobilis, sed etiam omnia complectens.

Pulcrius nil quàm ridere, cùm nobis maledicitur.) *Dictum Divi Ambrosij libro* II. *in Iobum, capite* 3.

Puniuntur scelera quamvis subsidant citra exitum.) *Verba Declamatoris alicuius, salva nobis libr.* V. *Cootroversia* 7.

Quæ Deus meus non est, egestas, omnis copia est.) *D. Augustini sententia è libro* XI. *Confessionum cap.* 8.

Quæ famulatur indignis, suspecta obedientia est.) *Quia ut est apud Sallustium Oratione prima, de Republica ordinanda*; Nemo alteri imperium volens concedit, &c. *Ennodius Panegyrico dicto Theodorico Regi:* Suspecta est obedientia, quæ famulatur indignis: & quoties prælatos convenit conscientia stirpis ultimæ, & illud metuunt, quod metuuntur.

Quæ rectum ordinem relinquunt, rarò habent lætum exitum.) *Desumptum ex istis Iohannis Sarisberiensis Epistola* LVIII. Quæ rectum ordinem deserunt.

ferunt, aut nunquam, aut rarò lætos exitus sortiuntur. Est autem in caussis ordo rectissimus, ut præcedat sententiarum examinatio, & tunc demum quis pœna feriatur legitima, cùm innocentiam suam tueri, aut non potest, aut contemnit.

Quædam quæ licent, mutato tempore aut loco haud licent.) *Omnes voces literæque sunt à Silone Pompeio, productæ libro* IX. *Controversia 2. à Seneca patre.*

Quale mundus absq; Sole, tale anima absq; litteris.) *Dictum Basilij Imperatoris cap. 1. Exhortationum ad Filium suum.*

Quàm mage obsoleta vestis, tantò curatur animus.) *Apuleius Apolog. 1.* Pudor veluti vestis, quantò obsoletior est, tanto incuriosius habetur.

Quàm miser est, cui ex miseria invidia quæritur sua.) *Gallio libro* IX. *Controversia 5.* Iam unum occidistis, alterum occiditis. nihil est miserius, quàm ubi alicui ex miseria sua invidia quæritur.

Quam primum quit expugnari amator, amicæ est optimum.) *Versus Plauti è Truculenti actu 1. sc.* VI. *versu 8.*

Quàm serum est, cùm definendum est, tunc incipere vivere!) *Ita totidem characteribus expressit Seneca libri de Brevitate vitæ, cap.* IV. *m.*

Quam mage addis relligioni robur, tam mage accipis.) *De Iouiniano Cæsare D. Nazianzenus Oratione* XXI. Ζητεῖ δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως τὼ ἀληθῆ ὑπὸ πολλῶν μὲν παραδεῖσαι, καὶ συγχυθεῖσαν, ἐς πολλὰς δόξας καὶ μοίρας νενεμημένην, ὥστε μάλι-

καὶ μὴν τὸν κόσμον ὅλον οἵτε τι συμφωνῆσαι, καὶ εἰς ἓν ἐλθεῖν τῇ συνεργίᾳ τοῦ πνεύματος. εἰ δ' οὖ ἀλλ' αὐτήν γε μετὰ τῆς βελτίσης χωρεῖσθαι, κἀκείνῃ ὠφελεῖν τὸ κρείττω, καὶ παρ' ἐκείνης ἀνιπλαβεῖν λίαν ὑψηλῶς τε καὶ μεγαλοπρεπῶς, περὶ τῶν μεγίστων διανοεῖσθαι: Quin etiam fidei noſtræ veritatem à multis laceratam & perturbatam, atque in ſexcentas opiniones partesque diſtractam, ſibi tradi poſtulavit: ut maximè quidem univerſus orbis, ſi fieri poſſet, in fidei negotio conſentiret, Spiritusq; auxilio in unum coiret: ſin minus, ipſe certè optimæ parti ſeſe adjungeret, ſimulq; & ei robur afferret, & ab ea viciſſim acciperet, excelsè ſimul & magnificè de rebus maximis cogitans.

Quamvis eſt intactus, odit quiſq; quem timet ſibi.) *Factum ex illo Horatij libro* II. *Satyrâ* I. *verſu* 23. Quem ſibi quiſq; timet, quanquam eſt intactus, & odit.

Quando ſterilis eſt amator à datis, eſt improbus.) *Verſus è Truculento Plautina trigeſimus, actus* II. *ſcen.* I.

Quanta opus indignatione eſt, ubi dolendum pro omnibus?) *Quintilianus filius Declamation.* XII. O ſi vires ſufficerent, latera durarent, aliquid exaridis diu faucibus reſiduæ vocis exiret: quanta indignatione opus erat, ubi pro omnibus dolendum eſt? Quod cùm ita ſit, univerſi qui aſſumus, proclamemus, hæc tota concio in unam vocẽ conſentiat, non eſſet tamen futura par crimini invidia, ut omnes accuſemus, quota pars quæritur? Secum quisq; reputet quæ tulerit, quid admiſerit.

Quatenus hominem ſe eſſe Princeps novit, ea-

tenus

tenus est Deus.) *Scribit Plutarchus monostichon tale Pompeio scriptum Athenis*, Ἐφ' ὅσον ὢν ἄνθρωπος οἶδας, ἴσθι τοσοῦτον εἰ θεός, *in vita eiusdem capite* XLIV.

Queis animi est imago nulla, & corporis negligitur.) *Querela Plinij libro* XXXV. *cap.* 2. *Histor. Natural.*

Quem semel virtus relegat, exulat perenniter.) *Maximus Tyrius Dissertatione* XL. Τοσοῦτον ἀφέστηκε τὸν νόμον Ἀλκιβιάδης ἐδυσύχει, οὐχ ὁπότε αὐτὸν ἐκ σικελίας ἀθηναῖοι ἐκάλουν, οὐδ' ὁπότε ἐπηρώτων αὐτῷ κήρυκες καὶ Εὐμολπίδαι, οὐδ' ὁπότε ἔφευγεν ἔξω τῆς ἀττικῆς. μικρὰ ταῦτα, καὶ καταδίκη δίκαια φέροντος. χρεῖττον γὰρ ἦν καὶ μένων Ἀλκιβιάδης τῶν οἴκοι μεμφόντων ἔσω ἀφ' ἑαυτοῦ Λακεδαιμονίοις φεύγων δίδοκίμει, ἔσω δεκέλειαν ἐπετείχιζεν, ἔσω Τισσαφέρνη φίλος, καὶ πελοποννησίων ἡγεῖτο. ἀλλ' ἡ ἀληθὴς Ἀλκιβιάδου δίκη πρεσβυτέρα μακρῷ πρεσβυτέρου νόμου, καὶ πρεσβυτέρων δικαστῶν, ἦν ἐξῆλθε λυκείου, καὶ ὑπὸ Σωκράτους καταγινώσκετο, καὶ ὑπὸ φιλοσοφίας ἐξεκηρύττετο. τότε φεύγει Ἀλκιβιάδης, τότε ἁλίσκεται. ὦ καταδίκης πικρᾶς καὶ ἀμφιλίκλου ἀρᾶς, καὶ ἐλεεινῆς, πλανήτης. τιμαρουμένου ἀθηναῖοι μὲν αὐτὸν ἢ δεηθέντες κατεδέξαντο, φιλοσοφία δὲ καὶ ὑπομένει καὶ ἀρετὴ τοῖς ἅπαξ φεύγουσιν ἀεὶ μένει καὶ ἀμάραντος. Hanc legem transgressus est Alcibiades, huius ex legis iudicio infelix dicendus fuit, non cùm è Sicilia ab Atheniensibus ad dicendam causam vocaretur, nõ cùm à sacris præconibus, non cùm ab Eumolpidis devoveretur, non cum Atticam relinqueret. Vulgaria hæc sunt, leviſſimæ hæ pœnæ sunt. Major enim & in exilio iis qui manebant erat Alcibia-

des. Nam & apud Lacedæmonios exul vixit non inglorius postea, & Deceliam munivit, & amicus Tissaphernis & dux fuit Lacedæmoniorum. Sed vera illa de qua loquor Alcibiadis pœna antiquior multo, ab antiquiore irrogata lege, antiquioribusque judicibus : cùm Lyceum relinqueret, cùm à Socrate damnaretur, cùm à philosophia fuit proscriptus. Tum exulare cœpit Alcibiades, tum capi. O proscriptionem gravem, ô diras implacabiles, ô miseram fugam! Igitur postea etiam cùm precibus receperunt eum Athenienses; philosophia verò & scientia & virtus quem semel proscripserunt, nunquam admittunt, nunquam in gratiam recipiunt.

Qui audiunt, audita dicunt, qui vident planè sciunt,) *Versus* VI. *ex Truculento Plauti, Act. II. Scen. 6.*

Qui bonum colit propter se, nunquam deseret bonum.) *Theologus Græcus Oratione* XXVII. ὁ μὲν γάρ τινος ἕνεκεν τὸ καλὸν ἀσπαζόμενος, οὐ βέβαιος εἰς χρεῖαν· ὁμοῦ τε γὰρ παρῆλθεν ἐκεῖνο, καὶ τοῦ καλοῦ στήσεται, ὥσπερ ὁ κέρδους ἕνεκεν πολέμων ἢ πλεῖν, αὐ μὴ παρῇ τὸ κερδαίνειν. ὁ δὲ αὐτὸ δι' ἑαυτὸ πρὸς τὸ ἧ πεφιλέπων. Ἐπειδὴ ἔστιν ἐρᾷ, ἐστῶσαν ἔχει καὶ τὴν περὶ αὐτὸ σπουδήν, ὥστε θεῖόν τι πάσχων, καὶ τὸ ἐκ θεοῦ δικαίως λέγειν. ἐγὼ δὲ ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. οὐκοῦν μεταποιηθήσεται, οὐδὲ μεταλεθήσεται, οὐδὲ συμμεταπεσεῖται τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν, ἄλλοτε ἄλλος γινόμενος, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χροιάς, ὥσπερ τὰς τῶν πετρῶν οἱ πολύποδες, αἷς ἂν ὁμιλήσωσι. μένει δὲ ὁ αὐτὸς ἀεὶ πάντως ἐν οὐ πεπηγόσι, καὶ ἐν ῥευστοῖς ἄστρος. πέτρα τίς οἶμαι πρὸς ἐμβολὰς ἀνέμων

quoque aliquid facere, fortaſſe concedemus. Nam qui vim apertè adhibere nequit, hic ſi vafrè & callidè aliquid faciat, veniam aliquam meretur. Imperatori autem, cùm vi & potentia ſuperari admodum turpe ſit, tum verò turpius, ut opinor, & indignius eſt, conatus ſuos & intentiones arte occultare.

Sine mihi genere morem : utar haud linguâ verùm lingulâ.) *Verſus Nævii è tragœdiâ Heſionâ, laudatus Gellio libro* x. *cap.* 25. *Noctium Atticarum.*

Sine munditiâ & ſumptu, inſulſa atque invenuſta femina eſt.) *Verſus Plautinus, è Pœnulo act.* 1. *ſc.* 2. *numero* 31.

Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præficâ.) *Carmen Plauti è Truculenti actu* II. *ſc.* VI. *numero* 19.

Societas nulla eſſe fide, perfidiæque usquam poteſt) *Dictum D. Cypriani libro* 1. *Epiſtolâ* 3.

Socratis non fugio mortem, dummodo ſocios aut famam adſequar.) *Verſus Phœdri è tabula* XLVIII.

Sola ad exteros ſua eſt, non ad cives, legatio.] *Id eſt, non ſolent legati mitti ad cives rebelles. ius enim ſolum legationis cum exteris. ut pluribus oſtendi ad Livii libr̃ũ* VI. *cap.* 17. *f.*

Sola peccandi voluntas, peccati pœnas luit.) *Factum ex illo Juvenalis Satyra* XIII: Has meruit pœnas peccandi ſola voluntas.

Sole oborto graſſatorum ceſſant latrocinia.) *Sententia D. Cypriani libro* I. *Epiſtola* 3. *Similiter & Prudentius Hymno matutino:* Fur ante lucem ſquallido Impunè peccat tempore: Sed lux dolis contraria latere furtum non ſinit, &c.

Sollicitant signata furem: vile habetur quod patet.] *Effatum Senecæ Epistolâ nescio quâ.*

Solus aut Rex, aut poeta non quotannis nascitur.) Versus vetus, passim citatus.

Servavit somnus Lucullum, qui alios perdidit Duces.) *De eo videndus Plutarchus capite* XXXII. *vitæ ejusdem.*

Sordent prima cùm majora quæque homini spes objicit.) *Curtius libro* X. *cap.* XXXVII. *f.*: Et quidem suas quisque opes, divisis imperii partibus tuebantur, quas ipsi fundaverant, si unquam adversus immodicas cupiditates terminus staret: quippe paulò antè regis ministri, specie imperii alieni procurandi, singuli ingentia invaserant regna, sublatis certaminum causis, cùm & omnes ejusdem gentis essent, & à cæteris sui quisque imperii regione discreti. Sed difficile erat, eo contentos esse, quod obtulerat occasio: quippe sordent prima, cùm majora quæque sperantur.

Sortiatur aliquis judicem, an eligat; multum interest.) *Verba Plinii è præfatione Historiæ Naturalis.*

Spes, Amorque animæ perenne humanæ contubernium.) *Maximus Tyrius:* Συγκατῴκισε δὲ ὁ θεὸς τοῖς λογισμοῖς ἔρωτα καὶ ἐλπίδα, τὸ μὲν, ὡσπερεὶ πέρωμά τι καὶ φορτον ἑτερόποτον, ἐπαῖρόν τε καὶ ἀναπτερόζον τὴν ψυχὴν, καὶ παρέχον αὐτῇ δρόμον ἐπὶ τὰς αὐτοῦ ὁρέξεις [καλοῦσι δὴ τὸ πέρωμα οἱ φιλόσοφοι τοῦτο, ὁρμὴν ἀνθρωπίνην] αἱ δὲ ἐλπίδες συγκαταῳκισμέναι τῇ ψυχῇ, ἀναμύθιον τὴν ἑκάστου ὁρμαῖς· καὶ τὸ ἀπλοῦν ποιητὴν, τυφλαὶ, ἀλλὰ ὀξυωπεῖς πάνυ, οὐκ ἐῶσαι αὐτὴν ἀπαγο-

ἀπαγορεδσαι πονῦζαν, ὡς τελιξομένοις πάντως ὧν ἐρᾷ πέλαγος δὲ αὖ, ἀπούσης ἐλπίδος, ἓ ὁ χρηματισὴς ἐπαύσατο χρηματιζόμενος, ἓ ὁ μισθοφόρος στρατεύόμενος, χ' ὁ ἔμπορος πλέων, χ' ὁ λῃστὴς ληϊζόμενος, καὶ ὁ ἀκόλας μοιχέυων. Rationibus humanis contubernales duos adjunxit Deus, Amorem ac Spem: alteram quidem tanquam alarum remigium lege, quod in altum per se feratur, animamque secum sursum ferat & extollat: viamque qua id quod petit consequatur, ostendat. Quod quidem appetitionem humanam vocant philosophi. Spes verò animam comitantur, ut illam quam diximus appetitionem sustineant ac solentur; non illæ quidem cæcæ, ut ab Attico dicuntur poeta, sed perspicaciſſimæ, ne ante deficiat anima, sed ea quæ maxime optat consecuturam se confidat. Quæ quidem spes ex humanis si exulasset rebus, jam diu commercia sua negotiator & stipendia miles, & navigationem mercator, & rapinas suas prædo, & nocturna intermisisset furta scortator.

Strenui damno parasitis, usui sunt improbi.) *Versus Plautinus actu* IV. *sc.* VII. *numero* XXVIII. *Truculenti.*

Strenui nimio plus prosunt populo quàm argut. & cati.) *Ex eadem Truculento, act.* II. *sc.* VI. *vers.* 13

Stultum est haud sibi cavere, & aliis consilium dare.) *Est è Phædri fabula* IX.

Sub tyranno mater partum abominatur editum) *Seneca pater lib.* II. *controv:* V: Blandus in ultima parte controversiæ, qua de Republica disputatur quæstioné fecit, An quinquenniũ numerari debeat excepta tyrannide. illud temp' nõ debere imputari quasi

sterili, quo matres etiam editos partus abominatæ sunt. illud tempus imputatur feminis in Rep. quando pariunt non plus tyranno.

Sub venatione multi divitum doli latent.] *Simocatta Epistola* LXV: Ὁ Γοργίου παῖς ἡμᾶς ἀδικεῖ. ξυνορεκτάνει γὰρ ἱππαζόμενος, ὁ παμμιάρος, καὶ περισχήμασι θήρας περιπέτεται τὴν παντεργίαν ὁ κάκιστος. ὅτι γὰρ λαγὼς φοιτᾷ παρ' ἡμῖν, ὅτι δορκὰς ἐνδημεῖ, ὅτι βουβαλίδες, ὅτι ἔλαφοι ἢ κἄλλό τι τῶν περὶ θήραν ἐπιτηδείων ὄντων. Gorgiæ filius injuriam nobis adfert, confinia enim nostra equo vectus invadit, scelus: & sub nomine venationis dolos suos pertexit pessimus. sed neque Lepus apud nos versatur, neque dorcas errat, neque bubali, neque cervi, neque aliquid aliud eorum quæ ad venationem sint utilia.

Summa imperia etiam quietem gentibus externis volunt.) *Claudius Imperator Meherdati & legatis Parthorum*: Rem Romanam huc Societate gloriæ provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit. *Taciti libro* XI. *Annal.*

Summa laus Ducis vel salvè vincere, honestè vel mori.) *Plutarchus in vita Marcelli cap.* LVIII. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν Πελοπίδαν ποιεῖ σύγγνωστον, ἅμα τῷ τὸ μάχης καιρῷ θερμὸν ὄντα καὶ πρὸς τὸ ἄμεινον οὐκ ἀγλῶς ἐκφέρων ὁ θυμός. ἄρειον μὲν γὰρ νικῶντα ζῶντος τὸν στρατηγὸν, ἢ ἀποθανεῖν, εἰς ἀρετὴν καταλύσαντα βίον. ὡς Εὐριπίδης φησίν. ὅτῳ γὰρ ἡ πάθος, ἀλλὰ πρᾶξις γίνεται τὸ τελευτήσαν ὁ θάνατος. Verùm Pelopidam excusat tamen, quæ in pugnæ articulo ardentem

tem

tem ad perſequendâ pœnâ non ignavè excitavit, ira.

Primum eſt ut incolumis ſiet victoriam

Dux aſſequens, ſecundum honeſtè ut oppetat, ut ait Euripides; tum enim non incommodum oblatum, ſed actio dicitur decedentis mors.

Summa lex gubernatorũ eſt, poſſe ſomnum vincere.) *Libanius in Progymnaſmatis.* Τοῖς μὲν ἰδιώταις πολλὴν παρέχει τὴν ἀπάτην τὸ μὴ περὶ πολλῶν ἀναγκάζεσθαι φροντίζειν· τοὺς δὲ βασιλέας τὰ μεγέθη τῶν ἀρχῶν, αἷς ἐφεδρεύουσιν, ἀφαιρεῖται τὸν ὕπνον. καὶ μὲν κἀκεῖνο αἰσχρὸν, ταῦτα κυβερνήτην ἀμείνω εἶναι ὑπομένειν τὴν τηλικαύτας ἐχχεχειρισμένων. νόμος γὰρ ὅπως κυβερνήτης, κρείττους εἶναι τοῦ ὕπνου δυναστείας· καί που τοὺς ἄλλους ὁρῶσι διὰ τῶν καταστρωμάτων καθεύδοντας· ἀλλ' ὁ μὲν τοῦτο τὸ αὐτὸ πόνον, πρὸς τὰ ἐκείνων καταφέρουσι. ἀλλ' ἴσασιν, ὅτι ναύτης μὲν ἐν τῷ τάξεως, ἐν τούτῳ δεῖ, καθεύδειν τέτακται· κυβερνήτην δὲ ἡ τῆς νεὼς ἀρχὴ βλέπειν ἐπαναγκάζει πρὸς τὰ ἄστρα. Privatis igitur longam concedet requietem, quod neceſſe non habeant ſolicitari de multis: regibus verò magnitudo imperii quod tenent, ſomnum adimit. Quin etiam hoc turpe fuerit, hæc poſſe rectius perferre gubernatorem, quàm eos quibus tantæ res commiſſæ ſint. Hanc enim gubernatores legem habent, ſomnum vincere. Vident hi alios per tranſtra fuſos dormire neque ideo ſuum munus deſerunt, & ad illos deferuntur. Non enim ignorant, nautam ſuo in loco quem accepit, etiam ſomno relinquere locum debere: ſed gubernatorem navis imperium cogit, reſpicere ad ſidera.

Sunt etiam leges ſuæ quibus parent latronibus.) *Voces ſunt M. Tullii libro* II. *de officiis cap.* XI. *m.*

Sunt ferè plebis miniſtri, quos vocamus Principes.) Ὅπερ ἀληθῶς οἱ πρὸς ἐπιθυμίας ὄχλων καὶ ὁρμὰς πολιτευόμενοι πάσχουσι, δουλεύοντες καὶ ἀκολουθοῦντες, ἵνα δημαγωγοὶ καὶ ἄρχοντες ὀνομάζωνται· καθάπερ γὰρ οἱ πρῳρεῖς τὰ ἔμπροσθεν σκοπούμενοι τοῦ κυβερνήτου, ἀφορῶσι πρὸς ἐκεῖνος, καὶ τὸ προσταττόμενον ὑπ' ἐκείνου ποιοῦσιν· οὕτως οἱ πολιτευόμενοι καὶ πρὸς δόξαν ὁρῶντες, ὑπηρέται τῶν πολλῶν μέν εἰσιν, ὀνόματος δ' ἀρχόντων ἔχουσιν. Quod revera illis uſu venit pro multitudinis libidine & appetitu qui rempubl. gerunt, ancillantes & pediſſequi, ut dominatores in concionibus & magiſtratus appellentur. Vt enim proretæ, quamvis ea quæ ante curſum ſunt, proſpectent melius quàm gubernatores, reſpiciunt tamen illos, atque ab iis exequuntur imperata: perinde qui rempublicam tractant, & gloriam ſpectant, miniſtri ſunt plebis, licet appellatione fruantur magiſtratuũ, *inquit Plutarchus initio vitæ Ægidis.*

Sunt meliora unguenta terram quæ ſapiunt, quá quæ crocum.) *Videatur de his Plinius libro* XVII. *cap.* 6. *m.*

Sũt opes perinde ut animus ejus eſt qui poſſidet.) *Dictum Cenſorini principio libelli De die natali.*

Sunt venena quæ ſibimetipſi homines excogitant.) *De eis etiam conſulendus Plinius libro* XXV. *cap.* 10.

Suſtineas habitu tibi eſſe ſimiles virtute impares) *Translatum è phœdri fabulâ* LXXIV.

Talis

T.

TAlis ipſe ſis Deo, eſſe qualis vis tibi tuos.) *Imperator Manuel cap.* VIII: Σοὶ πρὸς ὑπὸ σὲ πάντας θελουλὶ φίλτρῳ καὶ φόβῳ σὲ θεραπεύειν, καὶ τὸ δοκοῦν σοι νόμον ἡγεῖσθαι, μάλιστά γε πάντων ἀνάγκη, τῇδε τὸν θεὸν θεραπεύειν. ὁποίους γὰρ ἂν εἶναί σοι θέλεις πρὸς ὑπὸ σὲ πεπαγμένους, τοιούσδε δήπουθεν ἔσῃ τῷ τῶν ὅλων αὐτὸς δεσπότῃ· εἰ δὲ μὴ, πολλὰ μὲν ὄντως πονήσῃς, ὀλίγα δὲ πάντως ἀνύσῃς, ἐξ ὧν τοὐναντίον τὸ πεφῦγμα σοι φανήσεται· τό, τε γὰρ πρὸς σὲ ὑποτεταχθαι σοι γνώμην, τὸ ὑποτεταχθαι σε θέλειν, ᾧ τὰ πάντα ὑποτέτακται Φύσει, μάλιστά γε πάντων ἐργάζεται· καὶ τὸ τῷ θεῷ ἀποκρούεσθαι, κινεῖν ἐστὶ κατὰ σαυτοῦ καὶ τὴν ἀναίσθητον Φύσιν.

Ante omnia tibi, ſi ſubditos tuos cum amore pariter ac metu te colere voles, quodque viſum tibi fuerit, pro lege ducere; neceſſarium erit, ut eadem ratione Deum ipſe colas. Quales enim tibi vis eſſe ſubditos, talem ſcilicet ipſe te geres erga dominum hujus univerſi, abſque quo fuerit, multum revera laborabis; at parum omnino perficies, & eventum inſtituto tuo contrarium experieris. Quippe teipſum ei ſubditum eſſe velle, cui natura ſubjecta ſunt univerſa: id verè vel in primis efficit, ut tui ſponte ſua tibi ſubjecti pareant: itidemque Deum offendere, nihil eſt aliud, quàm contra teipſum expertem quoq; ſenſus naturam concitare.

Tam

Tam diu curæ esse Regi quis pote, quàm diu usui est.] *Non id Regum tantummodo vitium est, sed cujuscunque etiam privati, paullò ad rem attentioris. De quo videatur Demosthenes Epistola* III. *de Lycurgi liberis; item Oratione adversus Leptinem; nec non Plutarchus Catone Maiore cap.* X. *m. Lucianus libro de mercede conductis; Nazianzenus Epistola* XXII. *aliique qui nunc non occurrunt.*

Tam mala imperii magistra inopia est quàm avaritia.] *Valerius Maximus libro* V. *cap.* IV. *de Scipione Æmiliano*: Idem cùm Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta consules in senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter Patres conscriptos dissensio esset; omnibus quonam ejus sententia inclinaretur expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil est satis. Atque malam licentis imperii magistram judicans inopiam, atque avaritiam. Quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.

Tam malus nemo est, quandoque quin aliquid patret boni.) *Divus Augustinus apud Prosperum, numero* XLVI: Sicut non impediunt ab æterna vita justum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur: sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cujuslibet pessimi hominis invenitur.

Tam malus nemo est quin aliquid faciat, aut dicat boni.) *Gellius lib.* II. *Noct. Attic. cap.* VI: Nemo quisquam tam effictis est moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat.

Tam

Tam volup miseris defendi, quàm mori innocentibus.) *Varius Geminus libro* VII. *controversia 3:* Ter, inquit, abdicatus es. Videris mihi pater objicere, quod tamdiu vivam, quod venio, quod pro meloquor. Nolite mirari: tam jucundum est innocentibus mori, quàm miseris defendi.

Tantundem est pietati, jusjurandum frangas, an fidem.) *Phalaris Epistola* XLI: Ἐπιτρέπω σοι ἥξειν με ὡς ἀξιοῖς· ὅρκον δὲ οὐδένα σοι δίδωμι, ἵνα μηδέν σε πείσεσθαι κακὸν, ἀλλὰ πιστόν· εἰ δέ μοι τῶν λόγων ἀπιστεῖς ὑποσχέσει, νῦν με τῆς ἀληθείας ἀδικεῖς, οὐχ ὅτε κατηγορήθης· εἰδὼς γάρ με μηδενὶ πώποτε ὡμοσεβηκότα πίστιν, ὡς καλῶς, ὅρκῳ μετέρχῃ καὶ τί διαφέρει πρὸς θεοσέβειαν, ὅρκον ἢ πίστιν συγχέαι ἀμφότερα γὰρ ἡ γνώμη βεβαιοῖ. Permitto tibi ut me accedas, sicuti rogas. Iusjurandum autem tibi nullum do, te nihil passurum mali, sed fidem. Si autem meorum verborum promissioni non credis, me nunc verè injuria afficis, non quando accusatus es. Nam cùm scias me nulli unquam transgressum esse fidem, quasi me damnaveris, jurejurando tentas. Et quid inter est ad pietatem, jusjurandum vel fidem confundere? Vtraque enim voluntas rata facit.

Tanto gratior suis quis est, quanto est & doctior.) *De Arryba Iustinus libro* XVII. *cap.* V. Athenas quoque erudiendi gtatiâ missus, quanto doctior majorib. suis, tanto & gratior populo fuit.

Tardius meritò concedas quod non adimitur datum.) *Senatores quidam apud Tacitum libro* XIII. *Annal.*

Annal. cap. XXVII: Dispiceret quisque merita, tardeque concederet, quod datum non adimeretur.

Tempestate gubernatorem, militem in acie intelligas.] *Verba Senecæ libro de Providentia capite* IV.

Templa Numinum colunt, non divites, sed pauperes.] *Inde acumen versus P. Syri:* Deos ridere credo cùm felix vovet.

Temporibus bonis infirma semper est Opulentia.) *Id est non dominatur, non plurimum potest. Sunt verba Symmachi libro* X. *Epistola* XXI. *m.*

Terminus Iovi vel ipsi noluit concedere.) *De eo Gellius libro* XII. *Noct. Attic. cap.* XVI. *f. Usurpari autem poterit, cùm quid injusti à nobis petitur.*

Terra ea omnis est Laconum tangere hastâ quam queunt.) *Dictum Spartani cujusdam, cuius aliquoties meminit Plutarchus, & nominatim Quæstione Romana* XV.

Tertiis tantum diebus Sauromatæ capiunt cibum.) *Dici poterit hominibus ab inedia alienis; non esse quod sibi metuant à jejunio à fame, &c. de Sarmatis istis, videndus Gellius libro* IX. *cap.* IV.

Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio.) *Versus Plauti è Truculento act.* IV. *sc.* II. *numero* XVIII.

Tolle amicitias è vitâ, & Sol è mundo tollitur.) *Tale quid autumavit Tullius libro Lælii capite* XIII. *m.*

Tolle jura Regum, & dicere quis queat? Villa hæc mea est.] *Dictum D. Augustini Tractatu* VI. *in Ioannem.*

Tol-

Tollere vis opes, tollatur earum una oſtentatio.) *Plutarchus libro de Catone majore capite* XXXV. *p:* Πλούτου γὰρ ἀφαίρεσιν ὁ πολλοὶ νομίζουσι τὴν κώλυσιν αὐτοῦ τῆς ἐπιδείξεως· ἐπιδείκνυσθαι δὲ τοῖς περιττοῖς, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις. Pro divitiarum ereptione habet vulgus earum prohibitionem oſtentationis: oſtentari autem ſuperfluis, non neceſſariis.

Tollitur ſtatim omne natum, ſi voluptas tollitur.) *Pluribus id ipſum adſtruit Maximus Tyrius Diſſertatione* XXIII.

Tota manca fortitudo eſt quam fortuna deſerit.) *Pauſanias in Attica ſua:* Κεῖνται δὲ καὶ οἱ περὶ Κόρινθον πεσόντες· ἐδήλωσε δὲ οὐχ ἥκιστα ὁ θεὸς ἐνταῦθα καὶ αὖτις ἐν Λεύκτροις, τοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων καλλίστους ἀνδρείους, τὸ μηδὲν ἄνδρα τύχης εἶναι, εἰ δὴ Λακεδαιμόνιοι, Κορινθίων τότε καὶ Ἀθηναίων, ἔτι δὲ καὶ Ἀργείων καὶ Βοιωτῶν κρατήσαντες, ὕστερον ὑπὸ Βοιωτῶν μόνων ἐν Λεύκτροις ἐς τοσοῦτον ἐκακώθησαν. Siti etiam ibi ſunt qui ad Corinthum ceciderunt: ubi facilè declaravit Deus, quemadmodum & poſt in Leuctrica pugna nihil inter eſſe ſpectata quemquam virtute eſſe, ejus conſiliis fortuna ſi non reſpondeat. nam Lacedæmonii, qui Corinthios antè, Athenienſes, Argivos, & Bœotios armis domuerant, ad Leuctratam ingenti clade à ſolis Bœotiis afflicti ſunt.

Tota vita ſub tyrannide innocentium eſt timor.) *Plinius Panegyrico ad Trajanum cap.* XLIV. Vixiſti nobiſcum, periclitatus es, timuiſti, quæ tunc erat innocentium vita.

Tota

Tota vita virûm bonorum mortis commentatio est.) *Verba Ciceronis ex libro* I. *Tusculan. quæst. cap.* XXX. *f.*

Totus est in armis, idem quando nudus est Amor.) *Carmen è Pervigilio Veneris.*

Totum jure mundum spernas, animæ damna ne feras.) *Salvianus libro* III. *contra Avaritiam*: Si ergo homines totum mundum spernere oportet, ne animarum damna patiantur: & propter suam salutem debet quispiam etiam sua lucra contemnere: quàm infidelis est, quàm insipiens est, qui ut alium divitem faciat, animam suam ipse condemnat: maximè cum & ille non multum adipiscatur, qui usum temporalium rerum accipit; & ille inæstimabilia damna perferat, qui fructum beatæ æternitatis amittit.

Transferunt libidinem illuc feminæ unde lucrum venit.) *Ita certè solebat facere Poppæa, de quo ita Tacitus libro* XIII. *cap.* XLV. *f:* Famæ nunquam pepercit; maritos & adulteros non distinguens, neque adfectui suo, aut alieno obnoxia. unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat.

Transit in mores avorum mos suus nepotium.) *Iulianus Imperator in Misopogone*: Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς φυτοῖς εἰκός ἐστι διαδίδοσθαι μεχρὶ πολλῶν τὰς ποιότητας, ἴσως δ' ἂν καὶ ἅπασαν ὁμοίως τὰ μετὰ ταῦτα τοῖς ἐξ ὧν ἐβλάστησε, φύεσθαι· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων εἶναι εἰκὸς ἀεὶ μᾶλλον τὰ ἤθη τῶν ἀπογόνων τοῖς προγόνοις. Nam quemadmodum in plantis verisimile est diffundi qualitates quàm latissimè, ac fortasse etiam in totum

totum similia nasci ea quæ gignuntur, iis unde orta sunt: sic etiam in hominibus credibile est, nepotum mores avitis affines esse.

Transit omne crimen qui vult confidentem fallere.) *Verbum Ennodii libro* I. *Epistolâ principe.*

Tristiora sunt cùm scelere regna exsiliis omnibus.) *Formata ex Senecæ versu 624. Thebaidis.*

Triticum in luto seras, seras in pulvere hordeum.) *Tale quid & Græco dicitur proverbio, citato alicubi à Plutarcho.*

Tu alteri facias, tibi non dicatur contumelia?) *Versus ex asinariâ Plauti, actu* II. *scen.* IV. *numero* LXXXII.

Tu nisi probrum omnia alia indicta esse æstumes.) *Citatur à Festo ex Helenibus Accii.*

Turbandus tibi est lacus captare anguillas si cupis.) *Translatum ex Aristophane.*

Tunc de proretâ est agendum, cùm iam coctus panis est.) *Videatur Plutarchi Cleomenes capite* XXXVIII. *p.*

Tunc potissimus locus votorum est, cùm nullus spei.) *Dictum Plinii è libro* VIII. *Natural. quæst. cap.* XVI.

Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.) *Laudatur à Tullio libro* IV. *Tuscul. cap.* VIII. *a. f.*

Turpe minus timere est hostes, quàm adsentare militi.) *Plutarchus in Sylla cap.* XXVI: Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀνδρῶν τε ζωφρόνων ἐμεμαθηκότων σιωπῇ τοῖς ἄρχουσι παρέχειν τὰς χεῖρας, ἡγούμενοι κατὰ νόμον· αὐτοί τε τὰς ψυχὰς βασιλικοὶ, καὶ τὰς λαπάναις

ἀπελεῖς ὄντες, μετρίοις ἐχρῶντο καὶ πεταγμένοις ἀναλώμασι, τὸ κολακεύειν τοὺς στρατιώτας αἴσχιον ἡγούμενοι τοῦ δεδιέναι τοὺς πολεμίους· οἱ δὲ πόπε στρατηγοὶ, βίᾳ τὸ πρωτεῖον καὶ ἀρετῇ κτώμενοι, καὶ μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλους δεόμενοι τῶν ὅπλων, ἢ τοὺς πολεμίους, ἠναγκάζοντο δημαγωγεῖν ἐν τῷ στρατηγεῖν. Atqui modestorum illi & dicto audientium duces legitimi militum, atque animis ipsi regiis præditi, sumptibus autem restricti, modicis utebantur & temperatis expensis, assentari verò militibus fœdius ducebant quàm formidare hostes: at hujus temperatis duces, qui vi primatum non virtute parabant, & qui magis in se mutuò arma, quàm in hostes quærebant, cogebantur in imperio obsequi.

Turpe non minus putant flecti quàm vinci Principes.) *Seneca libro* VI. *de Beneficiis cap.* XXX: Non vides quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, & fides in obsequium servile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetque, sed adulandi certamen est, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissimè fallat? Ignoravere vires suas, & dum se tam magnos quàm audiunt, credunt, attraxere supervaca, & in discrimen rerum omnium perventura bella: utilem & necessariam rupere concordiam: secuti iram, quam nemo revocabat, multorum sanguinem hauserunt, futuri novissimè suum, dum vindicant inexplorata pro certis, flectique non minus existimant turpe quàm vinci, & perpetua credunt, quæ in summum perducta maximè nutant.

Turpe

Turpe virili virginalem me ore ploratum edere.) *Laudatur apud Ciceronem libro* II. *Tuscul. quæst. cap.* VIII. *f.*

Turpiter fert paupertatem paupertatis quem pudet.] *Dici adagio Græco innuit Plutarchus libro de sanitate tuenda, cap.* XX. *p.*

Turpiter pueritiam egit, qui negare nil potest.) *De eo dicto, videatur Plutarchi Brutus, cap.* X.

Turpiter sese coram alios osculantur conjuges.) *Plutarchus præceptis conjugialibus cap.* VI. ὁ Κάτων ἐξέβαλε τῆς βουλῆς τ Φιλήζαντα τὴν ἑαυτ γυναῖκα τ θυγατρὸς παρόσης. τοῦτο μὲν οὖν ἴζως ζοοδρότερον· εἰ δὲ αἰσχρόν ἐστιν [ὥσπερ ἐστὶν] ἑτέρων παρόντων ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν καὶ προσβάλλειν ἀλλήλοις, πῶς οὐκ αἴσχιον ἑτέρων παρόντων λοιδορεῖσθαι καὶ διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους; δεῖπνος μὲν ἐντεύξεις καὶ φιλοφροζύνας διορρήτους πρὸς τ γυναῖκα ποιεῖσθαι, νυθεσία δ' καὶ μέμψει παῤῥησία χρῆσθαι φανερᾷ καὶ ἀναπεπταμένῃ. Cato senatu movit eum qui præsente filia osculatus erat uxorem, severius fortassis æquo. Sed tamen si est (ut profectò est) turpe conjuges in præsentia aliorum blandiri, osculari, & amplecti sese invicem: qui non sit turpius coram aliis rixari & convicia mutua jacere? & cùm quæ ad amorem pertinent agantur in occulto, qui conveniens sit maritum in castiganda, reprehendendave conjuge libertate uti aperta & omnibus conspicua.

Turpiter timet mortalem positus in sinu Dei.] *Dictum D. Augustini Sermone* VI.

Turpitudinem delicti nullo exemplo deleas.) *Gellius libro* X. *cap.* XIX: Inceſſebat quempiam Taurus philoſophus ſevera atque vehementi objurgatione adoleſcentem à rhetoribus & à facundiæ ſtudio ad diſciplinas philoſophiæ transgreſſum. quod factum quidem eſſe ab eo diceret inhoneſtè & improbè. at ille non ibat inficias feciſſe, ſed id ſolitum eſſe fieri defendebat; turpitudinemque delicti exemplorum uſu & conſuetudinis venia deprecabatur. atque ibi Taurus iſto ipſo defenſionis genere irritatior, Homo, inquit, ſtulte & nihili, ſi te à malis exemplis auctoritates & rationes philoſophiæ non abducunt, ne illius quidem Demoſthenis veſtri ſententiæ tibi in mentem venit? quæ, quia lepidis & venuſtis vocum modis vincta eſt, quaſi quædam cantilena rhetorica, facilius adhærere memoriæ tuæ potuit. nam ſi me, inquit, non fallit, quod quidem in primore pueritia legerim. Verba hæc ſunt Demoſthenis, adverſus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum ſuum peccatis alienis exemtum purgatumque ibat. *σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονεν ἕτω πολλάκις ἀλλ' ἐχ' ὡς πεφυκὸς γίγνεσθαι· ἐ γὰ ἔπι πώποτε μὴ κατὰ τὺς νόμυς ἐπεξάχθη, σὺ δὲ τὸ ἐμιμήζω, ἀφ' ἁπὺ ἀποφύγοις αὖ δικαίως· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἀλίσκοιο· ὥσπερ γὰ ἔπις ἐκείνων, πεφήλω, σὺ πόθ' ὁπ ἂν ἔγραψας οὕτως, ἂν σὺ νῦ ἀλῶς, ἄλλος, ἐ γράφει.* Sic Taurus omni ſuaſionum admonitionumque genere utens ſectatores ſuos ad rationes bonæ inculpataque indolis ducebat.

Tutius

Tutius eſt tyrannidem occupare quàm deponere.) *Phalaris Epiſtola* XXXVIII: Συγγνώμην ἔχω σοι τῶν παραινέσεων· τύραννος γὰρ ἀγένου ὡς, τυράννῳ συμβουλεύεις καταλῦσαι τυραννίδα· θεῶν μὲν οὐδένα μοι δίδως ἐγγυητὴν τῆς ἀσφαλείας, ᾧ τάχα αὖ καὶ ἔπεσθαι· ἀξιόπιστον δὲ σαυτὸν ἡγούμενος αὐάδοχον, [καὶ] ὥσπερ τηλικούτου πράγματος· σχεδὸν γὰρ οὐκ εἰδὼς, ὅτι χαλεπὸν τὸ παύσασθαι ἀρχῆς, ἢ τοῦ καταλῦσαι τυραννίδα ἐστὶ ῥᾴων· ὥσπερ γὰρ ἰδιώτῃ τυραννῆσαι πολλῷ λυσιτελέστερόν ἐστι τὸ μὴ τυραννῆσαι· οὕτω τυράννῳ καταλῦσαι, τὸ μὴ καταλῦσαι τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος. καθόλου δὲ τὸ περὶ τυραννίδος οὕτως, ὡς περὶ γενέσεως καὶ ζωῆς ἀνθρώπου φρονητέον. Veniam do tibi admonitionum tuarum. Nam cum nunquã fueris tyrannus, tyranno conſulis tyrannidem deponere: deorum quidem mihi neminem dans ſponſorem tutelæ, cui fortaſſis haberem fidem. Temetipſum autem fide dignum arbitraris tanta pro re fide juſſorem: ignarus propemodum, quod talem deponere principatum periculoſius ſit, quàm acquirere. Quemadmodum enim homini privato multo utilius eſt tyrannidem non occupare, quàm occupare: ita tyranno non deponere, quàm deponere tyrannidis principatum. In ſumma verò, de tyrannide ita, ut de hominis nativitate ac vita, ſentiendum eſt.

Tutius nihil vovere, quàm poſt votum haud reddere.] *Dictum Salviani libro* II. *contra Avaritiam*.

Tutius quidem eſt iter per plana, eſt at depreſ-

sius.) *Plinius libro* IX. *Epistola* XXVI. *p:* Dixi de de quodam oratore seculi nostri, recto quidem & sano, sed parum grandi & ornato, ut opinor, aptè: nihil peccat, nisi quòd nihil peccat. debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam effervescere, efferri, ac sæpe accedere ad præceps. nam plerumque altis & excelsis adjacent abrupta: tutius per plana, sed humilius & depressius iter: frequentior currentibus quàm reptantibus lapsus. sed his non habentibus nulla laus, illis non nulla laus etiam si labantur. Nam ut quasdam artes, ita eloquentiam nihil magis quàm ancipitia commendant.

V.

VAnitati veritas cedit, naturæ opinio.) *Usurpat Tullius libro* II. *Tusculan. quæst. cap.* I.

Vbi sitis fauces tenet puteum fodere, miserum est opus.) *Versus* XXXII. *è Plauti Mostellaria act.* II. *sc.* I.

Vectigalibus sublatis imperium dissolvitur.] *Sunt enim ferè ubique vectigalia, fructus quibus regna & Respublicæ sustinentur, de quibus non ineptè Senatus populi Romani adversus Neronem; apud Tacitum libro* XIII. *Annal. cap.* L. *m.*

Vel probi pictura quemvis ad virtutes excitet.] *Est Divi Nazianzeni dictum, à quo nihil abit Sallustii asseveratio capite* IV. *belli Jugurthini. &c.*

Veniam habere potest à furto qui cessat, non gloriam.] *Est vox D. Ambrosii cap.* IV. *ad Ephesios.*

Vera sunt sudor quæ longus elicuit præconia.) *Ennodius Dictione* V: Par quidem discipulis incipiens

piens magiſter eſt, & inter exordia doctor nulla eſt ab auditoribus ſorte ſublimior. expertis honor debetur ingeniis: vix mediocrem cultum exigunt non probati. Illa ſunt vera præconia, quæ longus ſudor elicuit: blandimentum eſt, non judicium, quotiens laborem gloria ingeſta præceſſerit. Inter maculas numeret, quoscumque triumphos ante diſcuſſionem campi miles adquiret. Qui properatis ſubeunt Olympiaca bella veſtigiis, nunquid eis ante conſummationem certaminis ſuppetit ſpes coronæ? dicente Apoſtolo, Non coronatur, niſi qui legitimè certaverit. Ecce nec illos decet ante meritum prædicatio, à quibus juſtè poſcitur poſt laborem.

Verba ſunt alata in omnem abire partem quod queant.) *Iulianus Imperator Eugenio*: Δαίδαλον μὲν Γκαεῖῳ φασὶν ἐκ κηρῦ πτερὰ συμπλάσασθαι, πλημμῆσαι τὴν φύσιν βιάσασθαι τῇ τέχνῃ· ἐγὼ δὲ ἐκεῖνον μὲν εἰ καὶ τ τέχνης ἐπαινῶ, τ γνώμης οὐκ ἄγαμαι· μόνῳ γὰρ κηρῷ λυσίμῳ τ παγὸς ὑπέμεινε τὴν ζωπηρίαν πτερύγων· εἰδέ μοι θέμις εἰπεῖν κ τὸν Τηΐων ἐκεῖνον μελοποιὸν εἰχῇ τὴν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δήπου πρὸς Ὄλυμπον, οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ' εἰς αὐτοὺς ἂν τ ὑμετέρων ὁρῶν τὰς πτέρυγας ἔστιν, ἵνα σε τὸ μέλημα τρυμὸν· ὡς φησιν, ἢ σαπρὸν· πτεροῦμαι· ἐπεὶ δέ με ἀνθρωπίνου ζώματος δεσμῷ καταχλείσασα ἡ φύσις, οὐκ ἐθέλει πρὸς τὸ μετέωρον ἀπολῶσαι τ λόγον, εἰς ἔχω σε μετέρχομαι, καὶ χαίρω, καὶ σύνειμι τ δυνατ τρόπον. πάντως που καὶ ὅμηρος αὐτὰς οὐκ ἄλλως γ χρῆναι, ἢ τρόπου, περάσεις ὀνομάζει, δι' ὅπη δυνῶνται παντάχοσ

φοιτᾶν, ὥσπερ οἱ ταχύπτεροι τῶν ὀρνίθων, ἢ ἂν ἐθέλωσιν, ἄπονοι. Dædalum narrant pennas Icario è cera finxisse, arteque naturam vincere tentasse: at ego illius quidem artem laudo, prudentiam tamen requiro: quippe cùm solus ex omni memoria sit ausus ceræ fluxæ ac fragili salutem filii committere; ego tamen, si mihi esset integrum juxta Teji illius lyrici votum, in avem mutari, non mehercule ad Olympum, neque ob amatorias aliquas querimonias, sed in ipsa montium vestrorum cacumina volarem, quò te meam (ut ait Sappho) curam amplecterer. Quoniam igitur natura me in hoc ergastulum corporis inclusit, neque in sublime verba mea explicare concedit, quibus possum alis te sequor, & scribo, & quo licet modo, tecum sum. Homerus certè non alia ex causa dixit verba alata, nisi quia omnem in partem ire possunt, ut velocissimæ aves, quocumque volunt, prosiliunt.

Verbera multi pertulere, qui haud tulere verbera.] *Sunt voces Ambrosii libro* II. *in Iob. cap.* 3. *p.*

Vere solvuntur mortales è brumali carcere.) *Libanius Ecphrasi Veris:* Τὸ δὲ ἔαρ φιλῶ τε μᾶλλον καὶ πάσας ἄλλας ὥρας, καὶ οἷόν ἐστιν ἐθέλω διηγήσασθαι· λύει μὲν γὰρ ὥσπερ ὀκ δεσμοτηρίων τοὺς ἀνθρώπους τὸν χειμῶνος· καὶ τὴν ἡμέραν πολλῷ δείνυσι μᾶλλον φέρουσαν τὴν νυκτός· ἐλαθερροῖ γὰρ τὰς ἀκτῖνας τῶν νεφῶν· καὶ πόπε δὴ φαιδρός πε ἥλιος καὶ ἥμερος, καὶ περπνὸς τοῖς ζώμασι· θερμότερος μὲν ἢ τοῦ χειμῶνος προσβάλλων· ὕπω δ' εἰς ἀμετρίαν τοῦ θερμοῦ εἰσβαίνων, ὃ δὴ θέρους πέφυκε ποιεῖν· ὡς δ' ἡδέως ἄντις ἐπ' αὐτῷ μέρος ἢ μικρὸν τῆς

ἡμέρας

ἡμέρας διαιρεῖψαι· τότε δὴ ἔτ' ἠῶ ῥοδοδάκτυλον ἔξεστι θεσπεσεῖν. Ver amo certè, plus quàm alias anni tempestates: & quale sit enarrare lubet. Solvit enim homines tanquam è carcere brumæ: diemque multo præstantiorem esse nocte docet. nam radios à nebulis liberat. Tum verò Sol nitidus & lenis ac jucundus est corporibus: Fervidior quidem incumbens, quàm hyberno tempore; sed nondum æstu urgens immoderato; prout æstivis mensibus facere solet: ut libenter quis non exiguam partem diei in Sole conterat. Tunc profectò Auroram à roseis digitis indigitare fas est.

Veritas potest premi, sed non potest item opprimi.] *Dionysius Halicarnassæus libro* I. *Antiquit. Romanarum:* Ἀμύλιος ἐπειδὴ παρέλαβε τὴν Ἀλβανῶν βασιλείαν, τὸν πρεσβύτερον ἀδελφὸν Νομίτωρα, τῷ κατισχύσαι, τὸ πατρῷον ἁμῆς ἀπείρξας, ἄλλα τε κτῆ πολλὰ ὑπερορύσιον τῶν δικαίων ἔδρα, καὶ τελευτῶν ἔρημον γῆρως τὸν οἶκον τὸν Νομίτωρος ἐπιβάλλοντο ποιῆσαι, δεῖ τε δείλαιον ὑποσχεῖν φόβῳ, καὶ ἔρωτι μὴ ἐκπαυσθῆναί πολὺ τὸ δέχης. βαλλόμενος δὲ πολλοῦ πρῶτον μὲν τὸν υἱὸν τοῦ Νομίτωρος Αἴγεστον ἄρτι γυμνάζοντα, φυλάξας ἔνθα ἐκυνήγει, συλλοχίσας τοῦ χωρίου τὸ ἀφανέστατον, ἐξελθόντα ἐπὶ θήραν ἀποκτείνει. πρὸς δὲ τοῦτον διαλέξας λέγεται μετὰ τὸ ἔργον, ὡς ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρεθείη τὸ μειράκιον· τῷ μέν τοι κρείττων ἡ κατεστασιασμένη δόξα τῆς ἐπιζητουμένης ἀληθείας ἐγένετο. ἀλλὰ καὶ πολλοῖς πρὸς τὸ ἀσφαλὲς ἐπολμᾶτο λέγεται τὸ πραχθέν. Amulius postquam depulso majore fra-

tre Numitore, vi occupavit Albanum imperium, præter alia multa ſuperbè & injuſtè facta, decrevit totam germani ſtirpem tollere, partim vindictæ metu, partim continuandi principatus cupidine. quod conſilium cùm diu multumq; agitaſſet animo, primum filium ejus Ægeſtum pubeſcentẽ tum maximè, cum obſervaſſet ubi venaretur, egreſſum venandi animo interemit, inſidiatorum manu in obſcuriſſimis latebris poſita: & poſt perpetratum facinus ſubornavit rumores, necatũ à latronibus adoleſcentulum. nec tamen conficta opinio tacitæ veritati prævaluit; ſed multi etiam cum periculo ſcelus id auſi ſunt eloqui.

Veritatem nunquam amabit, habere qui vult quæſtui.) *Manuel Imperator capite* XXII. Educationis regiæ: Ἀλήθης δ' ἂν ὄνησις νομίζοιτο, ὃς ὁ παλήθειν ἐμπορείαν ποιούμενος, ἵν' ἐκ τοῦδε τρέφοιτο καὶ πλουτῇ· τέλος δὲ, ᾧ τὴν ἀλήθειαν καθ' αὑτὴν ἀλλὰ παρεῖχον ἔχοντι, δόξαν παλήθης οὐκ ὠφέλιμον, καταπεπατῆσθαι μὲν ὑφ' ὧν, τῷ τοιούτῳ ζωγήσαι παῖσαι, πᾶς λόγος, πᾶν γραμμάτειον, πᾶν ἔργον καταπεφρόνηται δὲ ὅρκοι, ᾗ ὅτι περ φείδεσθαι ποιεῖ, ὥστε μόνον μὴ ψεύδεσθαι παρεῖχον ἔλαττον· ἀληθῶς οὖν ἀληθείας ἐραστής, οὐκ ὁ καπηλεύων αὐτὴν, ἀλλ' ὅτῳ μισητὸν τὸ ψεύδεσθαι, καὶ κακοήθεια, καὶ δόλος, ἅπερ καθ' αὑτὰ μίσους ἄξια. Verax autem reapſe ducetur, non qui promiſſorum præſtationem convertit in quæſtum, ut ex ea vel alat ſeſe, vel opes conſequatur. nam quum finis ei propoſitus, non ipſa per ſe veritas, ſed pecunia ſit; ſicubi verum ſibi non futurum emolumẽto putaverit, mox pedib. ab eo proculcantur

culcantur omnia pacta conventa, omne promiſſum, inſtrumentum omne, quidquid actum deniq;: ſimul ſacramẽta pręſtita pro nihilo ducuntur, & quicquid animis terrorem metu religionis injicit; tantum ne jactura pecuniæ fiat. Itaq; verè veritatẽ amore proſequitur, non qui habet eam quæſtui: ſed qui mendacium, malitiã, fraudẽ odit; ut res odio p ſe dignas.

Verum eſt verbum quod memoratur: Vbi amici, ibidem ſunt opes.) *Verſus è Truculento Plautina numero* XXXII. *actus* IV. *ſc.* IV.

Veſtis omnis eſt doloſa cui non albus eſt color.) *Plutarchus Quæſtione Romana* XXVI: Τῶν δὲ βαπτῶν τὰ μὲν ϗ πολυτέλειαν ἐμφαίνει, τὰ δὲ περιεργίαν· ἃ γὰρ ἧττόν ἐστι περὶς τὸ μέλαν ἢ τὸ ἀλυκρὸν εἰπεῖν, δολερὰ μὲν τὰ ἱμάτια, δολερὰ δὲ τὰ χρώματα. τὸ δὲ αὐτόχρων μέλαν, ϗχὶ τῶ τέχνης ἀλλὰ φύσι βαπτόν ἐστι. Ϲ μεμιγμένον τῷ σκιώδει κέκραται· μόνον οὖν τὸ λευκὸν, εἰλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς ϗ ἀμίαντόν ἐστι βαφῆ Ϲ ἀμίμητον. Quæ autem colore infecta ſunt, partim luxum, partim ſupervacaneaṙ rerum ſtudiũ arguunt. non enim minus de nigro, quàm de cœruleo colore dici poteſt: doloſæ ſunt veſtes, doloſus color. jã nigra ex ſeſe q̃ ſunt, nõ arte, ſed natura tincta ſunt, umbroſoque colore permixta. Solum itaq; albũ ſincerũ eſt mixturæque expers purum, & tinctura nõ imitabile.

Veſtimenta detrahente nil moleſtius Noto eſt.) *Plutarchus libro de Curioſitate cap.* V: Καί τοι καὶ τῶν ἀνέμων μάλιϛα λυϛχεραίνομεν, ὡς Ἀρίϛων φησὶν, ὅσοι τὰς περιβολὰς ἀναϛέλλονϛαι ἡμῶν. ὁ δὲ πολυπράγμων ϗ τὰ ἱμάτια τῶν πέλας, ϗδὲ τοὺς χιτῶνας, ἀλλὰ τοὺς τοίχους ἀπαμφιέννυσι, τὰς θύρας

tre Numitore, vi occupavit Albanum imperium, præter alia multa ſuperbè & injuſtè facta, decrevit totam germani ſtirpem tollere, partim vindictæ metu, partim continuandi principatus cupidine. quod conſilium cùm diu multumq; agitaſſet animo, primum filium ejus Ægeſtum pubeſcentē tum maximè, cum obſervaſſet ubi venaretur, egreſſum venandi animo interemit, inſidiatorum manu in obſcuriſſimis latebris poſita: & poſt perpetratum facinus ſubornavit rumores, necatū à latronibus adoleſcentulum. nec tamen conficta opinio tacitæ veritati prævaluit; ſed multi etiam cum periculo ſcelus id auſi ſunt eloqui.

Veritatem nunquam amabit, habere qui vult quæſtui.) *Manuel Imperator capite* XXII. Educationis regiæ: Ἀλήθης δ' ἂν οὕτως νομίζοιτο, ἔχ ὁ πάλη ἀληθεύειν ἐμπορείαν ποιούμενος, ἵν' ἐκ τοῦδε τρέφοιτο καὶ πλουτῇ· τέλος γὰρ, ᾧ τὴν ἀλήθειαν καθ' αὑτὴν ἀλλὰ ταμεῖον ἔχουσι, δόξαν πάλης ὄχ ὠφέλιμον, κατὰ πεπαιδευμένην μὲν ἀρετὴν, τῷ τοιούτῳ ζωῆς πάσης, πᾶς λόγος, πᾶν γράμμα εἰδὼς, πᾶν ἔργον κατὰ πρόνοιαν δὲ ὁρκοῖ, ἔχ ὅπη πὴρ φέρειν ποιεῖ, ὡς μόνον μὴ ψεύδεσθαι ταμεῖον ἔλαττον· ἀληθὴς ὡς ἀληθείας ἐραστής, ἔχ ὁ καπηλεύων αὐτὴν, ἀλλ' ὅτῳ μισητὸν τὸ ψεύδεσθαι, καὶ κακηθία, καὶ δόλος, ἅπερ καθ' αὑτὰ μείονος ἄξια. Verax autem reapſe ducetur, non qui promiſſorum præſtationem convertit in quæſtum, ut ex ea vel alat ſeſe, vel opes conſequatur. nam quum finis ei propoſitus, non ipſa per ſe veritas, ſed pecunia ſit; ſicubi verum ſibi non futurum emolumēto putaverit, mox pedib. ab eo proculcantur

culcantur omnia pacta conventa, omne promiſſum, inſtrumentum omne, quidquid actum deniq;: ſimul ſacramẽta pręſtita pro nihilo ducuntur, & quicquid animis terrorem metu religionis injicit; tantum ne jactura pecuniæ fiat. Itaq; verè veritatẽ amore proſequitur, non qui habet eam quæſtui: ſed qui mendacium, malitiã, fraudẽ odit; ut res odio ꝑ ſe dignas.

Verum eſt verbum quod memoratur: Vbi amici, ibidem ſunt opes.) *Verſus è Truculento Plautina numero* XXXII. *actus* IV. *ſc.* IV.

Veſtis omnis eſt doloſa cui non albus eſt color.) *Plutarchus Quæſtione Romana* XXVI: Τῶν δὲ βαπτῶν τὰ μὲν ϗ πολυτέλειαν ἐμφαίνει, τὰ δὲ ϖερεργίαν· ἃ γὰρ ἧττόν ἐστι ϖρὸς τὸ μέλαν ἢ τὸ ἀλυρὸν εἰπεῖν, δολερὰ μὲν τὰ ἱμάτια, δολερὰ δὲ τὰ χρώματα. τὸ δὲ αὐτόχρων μέλαν, ϗχὶ ϖαὸ τέχνης ἀλλὰ φύσει βαπτόν ἐστι. Ϛ μεμιγμένον τῷ σκιώδει κέκραται· μόνον οὖν τὸ λευκὸν, εἰλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς ϗ ἀμίαντόν ἐστι βαφῆ Ϛ ἀμίμητον. Quæ autem colore infecta ſunt, partim luxum, partim ſupervacaneariũ rerum ſtudiũ arguunt. non enim minus de nigro, quàm de cæruleo colore dici poteſt: doloſæ ſunt veſtes, doloſus color. jã nigra ex ſeſe q̃ ſunt, nõ arte, ſed natura tincta ſunt, umbroſoque colore permixta. Solum itaq; albũ ſincerũ eſt mixturæque expers purum, & tinctura nõ imitabile.

Veſtimenta detrahente nil moleſtius Noto eſt.) *Plutarchus libro de Curioſitate cap.* V: Καί τοι καὶ τῶν ἀνέμων μᾶλλον δυσχεραίνομεν, ὡς Ἀρίστων φησὶν, ὅσοι τὰς ϖερικολὰς ἀναστέλλουσιν ἡμῶν. ὁ δὲ ϖολυπράγμων ϗ τὰ ἱμάτια τῶν πέλας, ϗδὲ τοὺς χιτῶνας, ἀλλὰ τοὺς τοίχους ἀναμφιέννυσι, τὰς θύρας

ἀναπεταίννυσι, καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος, ὡς πνεῦμα, διαδύεται καὶ διέρπει, βακχεῖα καὶ χορὰς ἐπαννυχίδας ἐξεταίζων, καὶ συκοφαντῶν. Ventorum, ajebat Ariſto, moleſtiſſimi ſunt ii, qui amictum nobis retegunt. Curioſus non veſtes proximorum, non tunicas, ſed ipſos parietes detrahit, fores pandit, atque adeò venti inſtar etiam teneram virginem pervadit, bacchationes, choreas, & per noctem ductas hilaritates examinans atque calumnians.

Vidi equidem ex jumentis domita fieri, atque alias beſtias.] *& Truculento Plauti actus* II. *ſc.* II. *verſu* LXIV.

Vincla amoris ſanguinisque non diſſolvit dignitas.) *Ennodius libro* IX. *Epiſtolâ* XXVII: O ſi mihi liceret adhuc æquali cum beatitudine tua ſorte contendere! ſed dormiunt apud coronam tuam propinquitatis privilegia, poſtquam pater eſſe meruiſti. Retinet quisquam hominum perire ſuis jura neceſſitudinis incrementis; & acceſſione piæ dignitatis & generis, & diligentiæ vincla diſſolvi.

Vinculum neceſſitatis eſt voluntas maximum.) *De Lycurgo in vita ejus Trajani præceptor, cap.* XXII: τὰ μὲν οὖν κυριώτατα καὶ μέγιστα πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως καὶ ἀρετὴν ἐν τοῖς ἤθεσιν ὤετο δεῖν τῆς ἀγωγῆς τῶν πολιτῶν ἐγκαταλεσοιχειωμένα, μένειν ἀκίνητα, καὶ βεβαίαν ἔχοντα τὴν προαίρεσιν, δεσμὸν ἰσχυρότατον τῆς ἀνάγκης, καὶ λύσιν παντὸς ἐποιεῖτο τοῖς νέοις νομοθέτου διάθεσιν, ἀπεργαζομένην πρὸ ἕκαστον αὐτῶν. Præcipua atque ea quæ maximè referrent ad civitatis felici-

felicitatem virtutemque, moribus putavit & institutionibus civium, sicut rudimenta impressa, hærere inconcussa, quum stabili nitantur voluntate, validissimo ad compellendum vinculo & habitu, quo institutio imbuebat juventutem, quæ in unoquoque eorum officium efficiebat legislatoris.

Vindicare te de inimico si vis, usque sis probus.) *Dictum apud Plutarchum cap.* VI. *libro de utilitate capiendâ ex inimicis.*

Vir bonus haud mentitur, prudens nec dicit mendacium.) *Quid differat* mentiri *&* mendacium dicere, *invenies apud Gellium libro* XI. *cap.* XI. *Noct. Attic.*

Vir necesse sit bonus qui vult certare Olympicis.] *Quanto magis qui vult militare in togâ aut sago, nedum nomen dare Christo. D. Chrysostomus Homiliâ* XVII. *in Epistolam ad Hebræos:* Εἰπὲ δέ μοι, τῶν ἀγωνιζομένων ἐν τοῖς ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν ἆρά τις ἔστηκεν ὁ κήρυξ βοῶν μέγα καὶ ὑψηλὸν, εἴ τις τοῦτον κατηγορεῖ, λέγων, μὴ δοῦλός ἐστι, μὴ κλέπτης, μὴ τῶν πονηρῶν; καίτοι τὰ ἀγωνίσματα ἐκεῖνα οὐ ψυχῆς ἐστὶν οὐδὲ τρόπων, ἀλλὰ γνώμης καὶ σώματος. εἰ τοίνυν ἐν τοῖς σώμασιν ἐστὶν ἄσκησις, πολλῇ μᾶλλον ἐνταῦθα ἐν τῷ περὶ ψυχῆς ἀγῶνι. Dic mihi, rogo, in Olympicis certaminibus non stat præco magnâ & altâ voce clamans & dicens, Nunquid aliquis eum accusat: sitne servus, aut fur, aut malis moribus? Atqui illa certamina non sunt animi, nec morum, nec mentis, sed corporis. Si ergo ubi est exercitatio corporum, instituti &

tuti & voluntatis magna fit inquisitio, multò magis hic, ubi tota est animi decertatio.

Virium æmuli persæpe cedunt per reverentiam.) *Petitum ex libro* XII. *Annalium cap.* X. *f. Taciti.*

Viribus plerunque præstat temporum opportunitas.) *Laudatione Vlyssis Libanius*: Πεφύγματα γὰρ ὁρῶν ἔνδοθι τῆς οἰκίας, ἃ καὶ λίθον ἐξεβιάσαντο φωνεῖν, μνηστήρων ὕβριν, ἁρπήματα αἰσχυνόμενα, φθειρόμενον οἶκον, γυναῖκα ἄκουσαν ἐλκομένην εἰς γάμον, δῆλον εἰς αὐτὸν παροινίας, ὅπερ δὴ καὶ ἐλαχπίζετο· σιγῇ πάντα φέρειν ἠξίου, καὶ κρύπτειν ἑαυτὸν πλωχῷ σχήματι, καὶ τοὺς καιροὺς ἀναμένειν. ὧν ἐπελθόντων, ἔδειξέ τε ὃς ἦν, καὶ τοὺς ὑβρίζοντας τοξεύων ἀπήλασε. Nam ea domi negotia nactus, quæ lapides etiam loqui compulissent, procorum petulantiam, opum vastationem, pessundatam domum, conjugem ingratiis ad nubendum solicitatam, servorum temulentorum contumeliam in se tantam, ut calcibus quoque eorum peteretur: tacitè placidèque omnia ferre voluit: & mendici habitu semet occultare, ac tempus opportunum expectare. quòd cùm advenisset, tum quis esset ostendit, & petulantes ac pervicaces sagittis confodit.

Virgo inops, sese maritum vix tandem dignum invenit.) *Formam enim ei venustatemque regina Pecunia donat. videsis Plutarchi Aristidem capite* I.

Virgo non tantum esse debet, sed credi atque intelligi.] Vt nemo cùm virginem viderit, dubitet an

virgo

virgo sit, *inquit D. Cyprianus Tractatu altero de Habitu virginum, cuius item sunt præcedentia.*

Virgo sum; non didici verba nupta innupta dicere.) *Versus Plauti è Discolo.*

Virtus est loquax, nec tantum ostendit se, sed ingerit.) *Clodius Turrinus libro* x. *controversia* 11. Tu Mucio diceres, Non est quòd ostendas istam manum. Tu Scipioni post deletam Carthaginem, Tace? Loquax est virtus, nec ostendit se tantum, sed ingerit.

Virtutis loco voluptatem aucupantur Principes] *Pluribus id ostendit Plutarchus in vitâ Demetrii sub finem.*

Virtuti nullum theatrum majus conscientiâ est.) *Voces M. Tullii è libro* 11. *Tuscul. quæst. cap.* XXVI. *f.*

Virtutem adprobare debent, non adhibere Cælites.) *Metellus Numidicus apud Gellium libro* 1. *Noct. Atticarum capite* VI: Dii immortales plurimum possunt; sed non plus velle nobis debent, quàm parentes. at parentes, si pergimus errare, suis bonis nos exheredant. Quid ergo nos à diis immortalibus divinitus exspectemus, nisi errationibus finem faciamus? iisdem deos propitios esse æquum est, qui sibi adversarii non sunt. Dii immortales virtutem approbare, non adhibere debent.

Vinci â suis virtute, turpe Principi.] *Brevior est versus quàm ut hoc consistat per legem Pediam. Interim verba petita sunt ex Germaniâ Taciti cap.* 14 *p.*

Vis amoris intercipitur paginæ abstinentia.] *Id est si literarum inter absentes cesset scriptio mutua. Dictum est Ennodii, è libro* 1. *Epistola* XI. *p.*

Vis

Vis benevolus esse cunctis? ferto eorum injurias] *Plutarchus in Apophthegmatis Regum*: τήλεκλος ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐγκαλοῦσι τοῖς πολίταις ὡς ἀγνωμονέστερον αὐτῷ προσφερομένοις ἢ ἐκείνῳ, Σὺ γὰρ, εἶπεν, οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι. Teleclus rex fratri cives apud ipsum accusanti, quòd se non tanta quanta ipsum benevolentia prosequerentur; Causa est, inquit, quòd ferre injurias tu non nosti.

Vis dolere, vis gaudere parcius. vivas tibi.) *Simillimum illi Martialis*: Nulli te facias nimis sodalem. Gaudebis minus? & minus dolebis.

Vis malorum, etiam experiri cuncta cogit belluas.) *Verbum Plinii libro* VIII. *Nat. Histor. cap.* XVI. *f.*

Vis manus tenere puras? abstine conviciis.) *Vult credo, puras à sanguine. Vix enim ad manus venitur, nisi præcesserint convicia. Nisi me fallit dictum est Divi Chrysostomi.*

Vis placere cunctis? multis quære, non tibi utile.) *Sententia D. Ambrosii libro* IV. *de officiis cap.* 52.

Vis salutaris decori est; injuriosa prægravat.) *Montanus Votienus lib.* IX. *controv.* V: An si pro illo fuit, fieri vim, quæ facta dicitur, non teneatur qui fecit. Vis injuriosa damnatur: solet enim esse & salutaris. Cùm latrones aliquid obsiderent, si perfodissem villam armata manu, conjugem, liberos eius rapuissem, accusari possem. Quòd vivit puer, beneficium meum est. Et medici alligant, & corporibus nostris, ut medeantur, vim afferunt.

Vis sua omnis juramentis ex timore oritur Deûm.)

ûm.) *Libanius Oratione Achillis contra Agamemnonẽ*: Ἡμεῖς οὖν ἐκεῖνα εἰδότες, ταῦτα πιστεύσομεν; ὥσπερ ἀγνοοῦντες ὅτι πᾶς ὅρκος ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς θεοὺς φόβου τὴν ἰσχὺν λαμβάνει. Τῇ δὲ εἰς ἐκείνους ὀλιγωρίᾳ πίστις οὐκ ἕπεται. Ἀγαμέμνων τοίνυν εἰ μὲν ἐδεδοίκει τοὺς θεούς, οὐδὲ ἂν ἐκεῖνα ὕβριζε. καταφρονῶν δὲ ὅλως, οὐκ ἂν τοὺς ὅρκους ἐφοβεῖτο. ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν ἐντυγχάνοντα παίειν, κἂν εἴπῃ τὸν αὐτὸν κακῶς, οὐδὲν ὑποστέλλεται· τῆς γὰρ αὐτῆς ἄμφω θρασύτητος. οὕτως ὁ φαυλίζων τοὺς θεούς, κἂν ὀμόσῃ ῥᾳδίως, τὰ ψευδῆ μέλλων ὀμεῖσθαι. Τῆς γὰρ αὐτῆς ὕβρεως ἀμφότερα.

Ergo nos qui illa novimus, isthæc credemus? quasi ignoraremus, omne jusiurandum ex metu Deorum vim suam accipere: sed numinis despectionem fides nulla sequitur. Si ergo Agamemnon Deos veritus fuisset, neutiquam adeò insolenter contumelia usus esset: verùm numine prorsus contempto, ne ipsa quidem juramenta formidaret. Nam quemadmodum qui obvium audet ferire, multò liberius maledicta in illum contulerit, absque ulla cunctatione. utrumque enim eiusdem audaciæ est. eodemque modo qui Deos spernit, facilius falsa juraverit, si jusiurandum exigatur. utrumque nimirum eiusdem insolentiæ est.

Vis thesaurum habere perennem? fac benefi-
cus sis probis.) *Videatur Basilius Imperator exhortationum ad filium cap.* XXII.

Vita cui non Christiana est, mors ei nec martyrum est.) *Dictum D. Augustini Epist.* LXI.

Vita felix esse non quit, si non solitaria est.) *Pausanias lib. 1. in Attic.* Κατὰ δὲ τὸ τῆς χώρας, φαίνεται πύργος Τίμωνος, ὃς μόνος εἶδε μηδένα τρόπον εὐδαιμονίας εἶναι γλιχόμενος, πλὴν τοῦ ἄλλους φεύγοντα ἀνθρώπους. In hac agri parte Timonis eminet turris, illius nempe, qui solus novit, felicitatis compotem esse non posse, qui hominum aliorum consuetudinem non defugisset.

Vita cuique certo agenda est genere quodam, haud quolibet.) *Verba Ciceronis è libro* III. *de Finibus cap. 7.*

Vita non minus jocosis indiget quàm seriis.) *Lepidè Plutarchus Symposiacon libro* VIII. *Quæstione* 14. Ἐπεὶ δὲ τοῦ βίου τὸ μὲν σπουδῆ, τὸ δὲ παιδιᾶς μέρος ἐστὶ, καὶ δεῖται τοῦ μουσικῶς καὶ μετρίως, τὸ μὲν σπουδαίζον ἡμῖν, ἥ τε Καλλιόπη, καὶ ἡ Κλειὼ, καὶ ἡ Θαλία τῆς περὶ θεοὺς ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἡγεμὼν οὖσα, δόξομεν ἐπιτρέφειν καὶ συγκαταρτύειν· αἱ δὲ λοιπαὶ τὸ μεταβάλλον ἐφ' ἡδονὴν καὶ παιδιὰν, ὑπὸ ἀσθενείας μὴ φεύγοντα ἀνειμένον ἀπολάσεως καὶ θηλωδῶς, ἀλλὰ ὀρχήσει καὶ ᾠδῇ καὶ χορείᾳ ῥυθμὸν ἐχούσῃ, καὶ ἁρμονίᾳ καὶ λόγῳ κεκραμένῳ, διαχυμόνως καὶ κοσμίως εἰς δέχεσθαι καὶ παραπέμπειν. Porrò cùm vitæ nostræ pars alia seriis, alia jocosis rebus transigatur, & utrique opus sit, ut hoc concinnè fiat atque moderatè: seria videntur Calliope, Cleio, & Thalia, quæ nos ad notitiam Deorum introducit, procurare, & ad bene gerendam rem auxilio esse. reliquæ autem id, quod ob imbecillitatem nostram ad immoderatum & ferum aliquid jam inclinat, non negligere, sed saltatione, cantilena, & chorea

modos

modos habente suos, harmoniaque & ratione temperatum modestè excipere, atq; composita oblectatione prosequi.

Vita tota viri boni perennis est precatio.) *Maximus Tyrius videndus Dialexi* XXX. *non longè à fine.*

Vitæ mensura, est honestum, haud temporis prolixitas.) *Adeatur Plutarchus cap.* XXIX. *consolatione ad Apollonium.*

Vivere, haud mori putandus, per virtutem qui perit.) *Phalaris Epistola* LXXII. Τί παθοῦσαι τοι γάρ τοι πάλιν ἐπανερομένου μου, φημὶ ἀποθανούσας αὖ μοι τοὺς μίσους τῶν κατ' ἀξίαν. ἀποθανούσας μετρίως ἔθηκαν. ζῆν δὲ οὐ τεθνάναι κρίνας, σὺν μετὰ τοιαύτης ἀρετῆς ἀποθνήσκοντας. Φρονήματός τε τοσούτου, Περίσθενες, ἐγώ τε δικαίως ἐφθονέμην. σύ τε πάντ' ὅσα μετὰ τούτων ἔλαβες ὅτε ἤλισκοντο, μετὰ πεμψάμενος αὐτῶν σὺν ἀναγκαίους ἀπόδος, ἵνα μὴ μηδενὸς ὡς ἠδικημένας μέμψωνται.

Quid igitur passæ (rursum me interrogante) dignas mihi huius odij pœnas poteritis persolvere? Si moriamur, addiderunt. Quum ergo vivere, non mori iudicarem eos, qui cum tali virtute moriuntur, tantæ illarum animi magnitudini, Peristhenes, iure peperci ego: tuque omnia quæ cum his captis accepisti, accersitis illarum necessariis, redde, ut nulla de re, tanquam iniuria affectæ, querantur.

Vix exercitum Hieme sæva retineas sub pellib.) *Tacitus libro* XIII. *Annalium cap.* 35. Retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme sæva

adeò, ut obducta glacie, nisi effossa humus, tentoriis locum non præberet, &c.

Vix facinus magnum ullum accrevit absque ingratitudine.) *Seneca libro* I. *de Beneficijs cap.* X. Ceterùm idem semper de nobis pronunciare debebimus, malos esse nos, malos fuisse, invitus adiiciam, & futuros esse. Erunt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores: infra ista omnia ingratus est, nisi quod omnia ista ab ingrato animo sunt, sine quo vix ullum magnum facinus accrevit. Hoc tu cave tanquam maximum crimen, ne admittas: ignosce tanquam levissimo, si admissum est.

Vix Fortuna malignitatis oblivisci*tur sui.*) *Valerius Maximus libro* VII. *capite* I. Volubilis fortunæ complura exempla retulimus: constanter propitiæ admodum pauca narrari possunt: Quo patet, eam adversas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere: Eadem ubi malignitatis oblivisci sibi imperavit, non solum plurima ac maxima, sed etiam perpetua bona congerit.

Vix hodie fidei fides fit sine fidei dispendio.) *Joannes Sarisberiensis Epistola* CLXXX. Magni utique facio quod feci*sti*, sed eò maioris, quò fidem in hominibus, iuxta Prophetam Euangelij iam chariorem esse perspicuum est: præsertim cùm in ea ætate & gente editi simus, ubi sine dispendio fidei vix aliquis fidem facit fidei suæ. Verissimum namque argumentum fidei est contempta fides; & qui Domino promissam fidem ad arbi-

trium

